




INSTITVTIONVM
MEDICINAE
PRACTICAE

QVAS

AVDITORIBVS SVIS PRAELEGEBAT

IO. BAPT. BVRSERIVS

DE KANILFELD

VOLVMEN TERTIVM

DE

PRAECIPVIS SINGVLARVM CORPORIS PARTIVM MORBIS

AC PRIMVM DE IIS,

QVAE AD CAPVT PERTINENT.

EDITIO NOVA.

LIPSIAE,
SVMTIBVS CASPARI FRITSCH,
MDCCXCVIII.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

LECTORI BENEVOLO!

Superioribus libris et omne febrium genus, et morbos exanthematicos febriles complexi sumus. Nunc morbos singularum corporis partium, in primis interiorum, explicandos aggredimur, initium ab iis, qui ad caput pertinent, facientes. Ordinem de industria, quem natura prope ipsa, quem sedes, quem functionum laesio, quem partium, et locorum connexio, quem simplex, et primus adspectus commonstrant, cuicunque alii, etsi ad speciem eximio, et acute excogitato, multas ob caussas praetulimus; nihil veriti censoriam virgulam, aut eorum objurgationes, qui id aegre admodum ferent, imo nobis etiam subirascentur, quod in tanta methodorum, quas Nosologi nostri temporis in scholas inuexerunt, commendatione, et celebritate vulgarem, antiquamque rationem sequamur. Verum, si quid in hoc

 culpae

culpae exſiſtit, facile nobis condonatum iri ſperamus, ſimul ac nouerint (vti vltro fatemur), nos natura ſic conſtitutos, ac factos eſſe, vt difficillime ſola rerum nouitate moueamur. Non enim quid nouum, vt vulgo fit, ſed, quid verum, quid rectum, quid vtile, commodumque ſit, quaerimus, et ſectamur. Noſologorum labores, et curas, quibus morbos in claſſes, ordines, genera, et ſpecies Botanicorum exemplo redigere annifi ſunt, non modo admiramur, ſed etiam ſua laude, ex eo quod memoriae cum ad eos nominandos, tum ad diſtinguendos magno ſunt adjumento, fraudari nolumus, nec patimur. At (quid diſſimulem?) eorum ſyſtemata omnia hactenus cognita, quantumuis elaboratiſſima, eiſdem propemodum vitiis, ac difficultatibus laborant, eiſdemque ſcopulis, et ſyrtibus objiciuntur, in quae impegerunt illa Botanicorum. Atque, vt nouorum nominum, quibus abutuntur, barbariem, arbitrariamque veterum, vſuque receptorum mutationem praetermittam, quanta (dii boni!) rerum confuſio, quantus a receptis doctrinis diſceſſus, quantae demum, et quot tenebrae, obſcuritateſque ſuperſunt! Illud maxime, ac ſaepiſſime vſu venit, vt morbi ſummopere diſcrepantes, genereque diuerſi

diuersi in vna, eademque classe contra naturae institutum comprehendi, coaceruari, et vi quadam compelli cernantur; dum alii, natura affines, propinqui, et veluti colligati, systematis caussa, ac necessitate pene diuelluntur, separantur, atque ineptissime disponuntur. Exemplis quibusdam res illustranda est, vt magis clara, ac perspicua fiat. JO. BAPTISTA MICHAEL SAGARIVS in altera, et nuperrima sui *systematis* editione *classem XIII.* conficit ex morbis, quos, SAVVAGESIVM tanquam ducem secutus, vocat *vesanias*. In hujus classis *ordine I.* collocat *hallucinationes*, nouum, inauditumque denominationis genus. Ad has vero varia morborum genera, *vertiginem* nempe, *suffusionem*, siue *cataractam*, *diplopiam*, siue duplicatam objectorum visionem, *syrigmum*, siue aurium tinnitum, *hypochondriasin*, siue passionem hypochondriacam, et *somnambulismum* referunt. Quis non videat illico maximum interuallum, quod interest vertiginem inter, et cataractam, inter aurium tinnitum, et duplicatam visionem, inter hypochondriasin, et somnambulismum? Tirones ipsi vel leuissime morborum scientia imbuti judicium de hisce ferant. In *ordine II.* ejusdem classis ponit *morositates*, nouum id pariter, et

 penitus

penitus antehac medicis ignotum morborum nomen. Morositatibus adnumerat *picam*, *bulimiam*, *polydipsiam*, *antipathiam*, siue auersationem, *nostalgiam*, siue patriae desiderium, *panophobiam*, siue pauorem in somno, *satyriasin*, siue penis tentiginem cum effreni veneris cupiditate; *nymphomaniam*, siue furorem vterinum, *tarantismum*, *hydrophobiam*, et *rabiem*. En pauorem in somno confusum cum satyriasi, nostalgiam cum furore vterino, tarantismum cum hydrophobia, cum siti, cum appetitus aucti vitiis, cum rabie; morbis, ni fallor, toto coelo distantibus. En monstra, en profecto vesanias, hallucinationesque noui systematis! Quemadmodum vero diversos, alienosque morbos vna conjungi systematis ratione demonstrauimus; sic eorum, qui licet affines, et proximi, tamen systematis ejusdem culpa disjunguntur, exemplum ex eodem auctore depromere non erit alienum. *In ordine I. class. XI.*, in qua *inflammationes*, siue *phlegmasias* congessit, recensentur *phlegmasiae musculosae*, nempe *phlegmone*, siue tumor inflammatorius, *cynanche*, *myosotis*, *carditis*. In *ordine II. phlegmasias membranaceas*, nempe *phrenitin*, *diaphragmatin*, *pleuritidem*, *gastritidem*, *enteritidem*, *epiploitidem*, *cystitidem* etc. In his duobus *ordinibus*

cynan-

cynanche, siue angina, et pleuritis tantummodo verae, et legitimae, id est phlegmonodes, locum obtinent. Hinc anginarum, et pleuritidum reliqua genera, siue species, vti angina spuria, catarrhalis, vlcerosa, gangraenosa, conuulsiua, paralytica, aliaeque; itemque pleuritis rheumatica, putrida, biliosa, verminosa etc., licet ratione sedis, et symptomatum similitudine morbi prope connexi, systematis vi, ac violentia segregantur, et plerique ad alias classes rejiciuntur. Recte id fieri, et tironibus instituendis vtile esse, aut clinicis ipsis commodum quis dixerit? Nimius essem, si ejusmodi systematum nosologicorum vitia vellem percurrere. Satis erit exemplum aliquod adhuc specierum pene innumerabilium adducere, quae a quibusdam ponuntur, et, fere dixerim, temere multiplicantur. In primis illae superuacuae videntur, quae a leui aliquo adjuncto symptomate desumuntur. Errare etiam non leuiter ii videntur, qui quodlibet symptoma pro morbo accipiunt. Oscitatio, pandiculatio, horror febrilis iis pro tot morbis sunt. Quae res sane morborum non modo genera, verum etiam species sine vllo emolumento adauget in infinitum. Quapropter non nostrum, sed Cl. LVDWIGII judi-

cium velim audiatur. Is enim post recensionem systematis nosologici a SAGARIO editi, *si vero*, inquit, *nobis liceat dicere, quid nos sentiamus de hoc libello, ac de Cl.* SAVVAGES, *omnibusque aliis ejusmodi libellis hac methodo conscriptis, intelligimus quidem insignem hujus rei difficultatem, summamque in eo studii assiduitatem, potissimum in B.* SAVVAGES *Nosologia methodica; tamen non possumus non fateri, has nimias symptomatum diuisiones plus confundere, quam erudire, atque vero diuisionis fundamento talia systemata destituta nobis videri a*). Ad LVDWIGII sententiam propemodum accedit ALBRECHTVS THAER, eos affirmans, qui diuisiones morborum a symptomatibus conficiunt, vtplurimum deuios, transuersosque agi; quia idem morbus, eademque ex caussa ortus pro aegrotantis, constitutionis, aetatis, vitae generis, et curationis diuersitate plurimum varietatis habet, et diuersa itidem symptomata suscipit: et contra morbos plane diuersos in multis saepe symptomatibus conuenire; atque idcirco, si ob solam symptomatum conuenientiam sub eadem specie, et nomine comprehendantur, confundi morbos omnino

a) *Comment. de reb. in med. et scient. nat. gest. Vol. XVIII. P. 3. p. 451.*

omnino diuersos necesse esse *b*). Quas ob caussas satius visum est, morbos singularum corporis partium digerere eo prorsus ordine, quem loca ipsa praebent. Quilibet enim earum morbus non modo aegris, verum etiam medicis se ostendit imminuta, aut deprauata, aut deficiente actione, et functione alicujus partis. Si singuli morbi, in quibus actio, et functio illa laeditur, vnus post alium explicentur, signaque tradantur, quibus diuersa laesionum genera patescunt, atque haec omnia medentis memoria teneantur, citius, promtius, faciliusque, me quidem ju-[illegible] is poterit conjicere, quo morbi genere quis laboret; quam si sparsim, et passim morborum species, et differentiae expositae sint, variisque, et diffitis ex locis, siue classibus conquiri debeant. Placuit etiam morbos potius describere, quam definire, quod eorum caussae proximae plerumque ignorantur; atque ideo rectius ex phaenomenis, quam ab essentia, vt ZIMMERMANNIVS *a*), LOCKIVS *a**), et NIETCHIVS *b*) judicant, deducuntur. Species et differentias

 perpau-

b) *De actione systēm. neruos. in febrib.* §. 2. *p.* 5. *n. a. et n. b.*

a) ZIMMERM. *De l'experienc. T. I. p.* 296.

*a**) *De Intell. human.*

b) *Pathologia etc.*

perpaucas admisimus, ne in idem vitium, quod in aliis damnauimus, incideremus; et vt plurimum eas a caussis euidentibus desumsimus, quod etiam ab aliis magnae auctoritatis viris probari c) videmus. Quanquam vero parcissimi fuerimus in constituendis generibus, speciebus, et differentiis, inaudio tamen esse non nullos male feriatos, laborisque impatientes, qui alta voce, fluentibusque buccis exclamant, artem nostram breuiorem, facilioremque reddendam esse, nec talem effici tot diuisionibus, differentiis, praeceptis, cautionibusque, quibus hae nostrae Institutiones iis abundare videntur; imo discipulos copia, et difficultate rerum a Medicinae studiis deterreri, et prope ad desperandum adduci, vix fore vnquam, vt ad ejus acquisitionem perueniant; praeterea, cuncta haec superuacua, et fere inutilia esse, cum sine his complures Medici et honores, et opes, et nominis celebritatem sibi compararint. Sed qui ita obstrepunt, nae faciunt, vt nimis intelligendo nihil intelligant. Diuisiones vtique, et differentias aut nimias, aut mente subtilius confictas, naturisque morborum haud respondentes, nos ipsi rejecimus; idque adeo verum est, vt, si confe-

c) ZIMMERM. *l. c. p.* 302.

conferantur cum iis, quas Nosologi quidam habent, facile calumnia appareat. Paucas vero, et necessarias, quales ad clariorem rerum intelligentiam nos non modo posuimus, verum etiam in ipsis aegris demonstrare Tironibus nunquam destitimus, quamdiu in Nosocomio Ticinensi eos ad clinicen instituere nobis incubuit, quis reprobet, quis missas faciat, cum sine his nulla ars, nulla disciplina exsistere, ac doceri vnquam possit? Vltro quidem fatemur, hisce, *multis*que aliis de caussis medicinam et longam esse, et perdifficilem. Atqui fietne facilior, et breuior omissis iis, quae cum eadem conserta, et fere connata videntur? Nonne potius manca, mutila, imperfecta, atque inanis? Nemo vnus in reliquis artibus necessarias notiones, diuisiones, subdiuisiones, differentiasque e rerum *ipsarum* sinu petitas aut praeteriit, aut praetereundas unquam duxit. Licet his vti oratoribus, et physicis; licet botanicis; licet chemiae magistris: soline medicinae non liceat? Quid, si non istarum rerum neglectu, non in praeceptorum inopia, et jejuna, quasi dixerim, delibatione consistat Medicinam faciliorem reddendi ratio? Velint, nolint lepidi isti criminatores, nulla alia ratione ex longa breuior, ex difficili facilior,

facilior, ex obſcura planior, expeditiorque medendi ſcientia euaſura eſt, quam ſi apto, concinno, perſpicuo, commodoque ordine vniverſa exponatur; ſi de ſingulis clarae, diſtinctae, et, quod ajunt, adaequatae notiones praeſtituantur; ſi morborum hiſtoria quam fieri poteſt abſolutiſſime tradatur; ſi hypotheſes, commentitiaeque opiniones deuitentur; ſi dubia, incerta, et controuerſa, niſi dilucidari queant, exulare jubeantur, aut a veris, certis, demonſtratiſque ſeparentur; ſi facta, et obſeruata omnis aeui memorentur; morbi a morbis diſtinguantur, eorumque ſpecies, et differentiae, variique gradus notentur; ſigna, quibus praeſentia cognoſci, futura praedici poſſint, nec generalia tantum, ſed peculiaria, et propria cujuſque aegrotationis proferantur; et demum curatio pro differentiarum, cauſſarum, temporum, graduum, locorum, aetatum, ſexuum, temperamentorumque ratione accommodatiſſima omnium perſcribatur: quod ſine praeceptis, ſine exceptionibus, cauteliſque multis fieri profecto nequit. Sic difficultates, ſic impedimenta, quibus ars implicatur, difficiliſque, et longa redditur, vtique expediuntur, et propemodum euaneſcunt. Equidem haec omnia praeſtare

pro

pro viribus ſtudui. Num ſcopum attigerim, meum non eſt judicare: judicent vero velim qui aut longa annorum ſerie multis aegris medicinam fecerint, aut contra ii, qui e ſcholis egreſſi primum clinicae manum admouent. Illi facile agnoſcent, an naturam vbique ſecutus ſim, et ad lydium experientiae lapidem omnia temperauerim; hi vero perſpicient, vtrum quae a nobis propoſita, et ſcripta ſunt cum iis, quae in aegrotantibus obſeruant, ac deprehendunt, omnino conſonent, dubiiſque in rebus, atque obſcuris aliquid lucis ſibi inde affulgeat. Vtrorumque igitur iſtorum ſtare malo, quam aliorum judicio. Reliqui lucubrationes noſtras deprimant, abjiciant, arceantque a ſe, per me licet. Quaeritent, vt ſolent, Compendia, Enchiridia, Spicilegia, in quibus et ſumma morborum genera breuibus, contractiſque deſcriptionibus adumbrata, et generales quaſdam medendi rationes, perſaepe empiricas inueniant; quae legi facile, et addiſci vel ab iis poſſint, qui ad medicinam nequaquam rite inſtituti ſunt, neque ei nomen dedere. Se hinc in medicos leui negotio, et ſine multo labore, ac ſtudio erigant; morbos ad pauca capita redactos e prima facie ſine haeſitatione, et audacter definiant;

niant; de multiplici caussarum varietate nec multum laborent, nec diligenti indagatione adhibita operam perdant; vnam quamcunque, quae primum se se offert, arripiant; hanc mordicus, quam semel statuerint, sustineant; salutem omnibus circulatorum non dissimiles promittant, suis arcanis, et antidotis confisi; verbo experimenta per mortes faciant. Quod si hac facili, et plana artis breuitate fiat, vt in cognoscendis, declarandisque morbis turpiter errauerint, cadauerum sectione eorum errores detegente, aut in vita, et morte praesagienda temere se gesserint, exitu rem non comprobante (quod saepe iis accidere nouimus); animum tamen nequaquam despondeant, pergantque sine verecundia gloriari, se breuiorem, facilioremque medendi disciplinam facere. Nos contenti erimus paucis, solertibus, veri, rectique studiosis lectoribus; quibus scilicet persuasum est, non sine assiduo, et pene improbo labore medicinae scientiam acquiri posse; nec vllibi eam esse, nisi vbi magna animi contentione, summaque industria apud aegros exercetur, et colitur.

INDEX

INDEX CAPITVM.

PARS PRIMA.

PARS ALTERA.

CAP.

CAPVT I.

DE DOLORE CAPITIS.

§. I.

De morbis, qui certas, et potiſſimum interiores ſedes habent, acturus, vt ordine quodam pertractentur, initium faciam a capite, ſublimi, ac nobili illa veluti arce, qua mens, ejuſque facultates recondi videntur. Et protinus inter vitia, quibus illud obnoxium eſt, primum ſe ſiſtit *dolor*, ad ſentiendi facultatem proprie ſpectans. Is generatim non vna ab omnibus ratione definitur; quamquam recte, vt ego arbitror, ii ſentire videantur, qui eum *triſtem ſenſationem* exiſtiment, *quam ea ratione mens percipit, vt eam referat ad partem corporis, cui ex cauſſa aliqua ſiue externa ſiue interna, vis praeter naturam infertur a*). Speciatim ergo qui ad caput attinet, definiri poterit moleſta, atque inſolita quaedam grauitatis, punctionis, diſtentionis, compreſſionis, pulſationis, vel ſimilis alius ingratae ſenſationis totum caput, aut ejus partem afficientis perceptio. Haec autem reſpondet peculiari cuidam ignotae, et ſenſibus imperuiae mutationi, quam *ſenſorio communi* vis aliqua impreſſit, interdum adeo validae, atque inhaerenti, et fixae, vt poſt etiam ceſſantem, aut amotam cauſſam, doloris, quamcunque ipſe tenuerit partem, idea, ſiue imago ſupereſſe, atque animo obuerſari queat, quod in primis mutilati aliquo membro *b*) experiuntur.

Definitio doloris in genere.

Definitio ejusdem in ſpecie.

a) CALDAN. *Inſtitut. Patholog. Cap. XXI.* §. 304. *b*) *Id. ibid.* §. 306. *p.* 232. *et* VAN SWIETEN *in Aphor.* BOERHAAV. *de cogn. et curand. morb.* §. 220.

§. II.

Hinc pro ratione iſtiuſmodi *ſenſationis* (§. I.) dolor capitis vel *obtuſus*, et *grauis* eſt, vel *lancinans*, et

Differentia ex modo.

et *pungens*, vel *diſtrahens*, vel *premens*, vel *pulſans*, vel *dilacerans*, et ſic porro. Praeterea ſi dolor recens ſit, aut a cauſſis euidentibus, non tamen nimis violentis fiat, Κεφαλαλγία pleriſque nominatur; ſi inueteratus, et pertinacior, Κεφαλαία; ſi vnum duntaxat capitis latus affligat, ἡμικρανία; demum *continuus*, vel *periodicus*, prout continenter diſcruciat, vel ſtatis quibuſdam horis, aut temporibus accedit, aut recrudeſcit, et paribus interuallis deſinit, aut ſe ſe remittit. Eſt quoque qui peculiarem locum torquet, ſpatioque exiguo, quod oui fere magnitudinem adaequet, continetur, et tunc *ouum* a quibusdam appellatur; *clauus* vero, cum nempe intolerabile doloris genus eſt, et multo minus ſpatium occupat, acuti veluti claui alte defixi ſpeciem referens. Ac quoniam hic poſterior foeminas frequenter hyſtericas corripit, ideo *clauus hyſtericus* vulgo vocitatur.

Cephalalgia. Cephalaea. Hemicrania. Continuus. Periodicus. Ouum. Clauus. Clauus hyſtericus.

§. III.

At modo interiores, modo exteriores capitis partes dolor afficit; hinc aptiſſime diuiditur in *interdum*, aut *externum*; quod plurimum intereſt recte dignoſcere. Obſeruatio autem edocuit, non ſemper ejus cauſſam capiti inſidere, ſed quandoque aliis diſſitis partibus, ex quarum conſenſione caput laborat. Quare, prout vna, aut altera ratione dolor fit, alia hinc oritur ejus diuiſio, videlicet in *idiopathicum*, aut *ſympathicum*. Nec deſunt qui, praeter hujuſmodi differentias, alias atque alias excogitarunt pro originis, cauſſarumque varietate. Hinc non inepte diſtingui ſolet in *protopathicum*, ſiue primarium, *deuteropathicum*, ſiue ſecundarium, in *ſymptomaticum*, *febrilem*, *inflammatorium*, *ſanguineum*, *климбilioſum*, *pituitoſum*, *rheumaticum*, *catarrhalem*, *arthriticum*, *ſcorbuticum*, *venereum*, *hypochondriacum*, *hyſtericum*, *conuulſiuum*, et demum ETTMVLLERO duce in

Dolor internus, et externus. Idiopathicus, et ſympathicus. Aliae differentiae.

in *calidum*, et *frigidum*, quamquam plures ex his ad priores illas referri quodammodo possint.

§. IV.

Caussae remotiores.

Ad caussas, quae proxime dolorem capitis efficiunt, redigitur quidquid partes siue interiores, siue exteriores, sentiendi facultate praeditas vrget, distrahit, diuellit, comprimit, erodit, aut quocumque alio modo irritat, ac laedit. Quo spectant vehementior sanguinis motus, aut nimia copia, aut congestio, exteriorum partium, communium velamentorum, musculorum, aponeurosium, pericranii, aut interiorum, meningum videlicet, et cerebri vasa, et cellularia quandoque spatiola, atque alia receptacula distendens; serum accumulatum, praesertim acre, aut confertim, et repente effusum, in primis intra membranas, et ventriculos; inflammatio; erysipelas; cacochymia scorbutica, venerea, pituitosa, arthritica, rheumatica; acritates herpeticae, scabiosae, variolosae, et alius generis; virus plicae polonicae, praesertim repulsum, aut retentum *); metastases variae; tumores; abscessus; exostoses; tophi; caries; mala cranii ipsius conformatio; dura mater indurata, aut ossea facta; ejusdem processibus innatae osseae squamae, aut verrucae durae, acutae, pungentes; lapilli alicubi concreti; suturarum defectus; spasmi quicunque liberum humorum circuitum impedientes; atque alia hujusmodi, quae cum proxime, tum remote comprimendo eas partes, quae neruis, atque adeo sensu pollent, aut irritando, et conuellendo dolorem excitare multimodis possunt **).

*) Quamquam capilli in Plica polonica maxime vitientur, et in caudas horribiles conferruminentur, non tamen huic morbo inter morbos capitis locus a nobis datur, quia ad morbos totius corporis, et ad peculiare cachexiae genus

 nus

nua spectare nobis videtur. De Plica vero polonica egregie scripserunt multi, sed prae ceteris HERCVLES SAXONIA, *Tract. de Plic.*, DANIEL SENNERTVS, *oper. T.* 3. *p.* 849. EPHEMERID. *N. C. Dec.* 1. *an.* 6. *p.* 190. SAILLANT *mém. historiq. sur la maladie singuliere de la Veuve Melin lû à la faculté de Méd. de Paris au prima mensis de Fevrier* 1776. Sed in primis eminet Cl. VICAT, scriptor recentissimus, cujus libellus *de la Plique Polonique*, Lausannae editus ann. 1775. apud *Franc. Grasset*, lectu videtur dignissimus.

**) *Maximi dolores capitis visi sunt*, inquit illustris HALLERVS ex fide, atque obseruationibus complurium medicorum indubiae auctoritatis, *nasci a cortice cerebri inflammato; a sanguine in cerebro effuso; a fungosa caruncula sub cranio; a grumo sanguinis corpus striatum, et corpus callosum comprimente; a glandula scirrhosa ad processum falciformem; a sanguine in ventriculum anteriorem congesto; a calculo pinealis glandulae; a scirrho cerebelli; a duro corpore, quod calloso corpori insidebat; a cerebri labe putrida, aut ichorosa, aut abscessu; a sero in ventriculis stagnante, et cum corrupto cerebro, aut cum tumore scirrhoso conjuncto; a stilo in cerebro latente; a verme in cerebello abscondito; a cerebelli abscessu; a carotidibus osseis, et calculosis; a sanguine demum vnice per frigidum balneum in caput compulso etc.* Element. Physiolog. T. IV. lib. X. sect. VII. §. XX.

§. V.

Polypi sinuum venosorum.

Praecipuae hae sunt caussae (§. IV.), quas cadauerum diligentior anatome pluries inuenit, et historiae medicae consignauit. Non pauci tamen ex Medicis, qui fama doctrinae inclaruerunt, non dubitant, quin sanguis in finibus quoque durae meningis in polypos interdum concrescat, circuitui humorum obicem ponat, per venas reditum retardet, et caussam doloris praebeat. Quod sane non valde a vero abesse videtur, in iis praesertim, in quibus vitiata sinuum structura, et laxata praeter naturam compages sic sanguinis motum lentescere sinit, vt fibrosa pars, atque ad concrescendum procliuior a reliquis secedat, paullatimque, vti ejus natura fert, compingatur. At incertum admodum putauerim,

vbi

vbi ejusmodi polypi in cadaueribus inueniuntur, an ante mortem in ipsis exstiterint, num vero a morte solum concreuerint. Vbi ante mortem reapse existant, tunc dolorem secundum sinuum longitudinem, et directionem protendi contendunt. A vitiis vero malae conformationis, et praesertim a durae matris, ejusque appendicum ossea duritie derivandas non raro contumacissimas quasdam cephalaeas, atque hemicranias periodicas, quae nullis remediis auscultant, suspicatur aequissimus harum rerum judex MORGAGNIVS *a*).

Cephalaea contumax vnde? Item hemicrania periodica pertinacior?

a) *De sed. et causs. morb. epist. I. n.* 11.

§. VI.

Inter caussas doloris capitis vermes etiam in cerebro nidulantes recenseri solent. At hujusmodi opinio, vt falsa, rejicitur a Cl. MORGAGNIO *a*). Non enim eos in cerebro reperiri posse ipse credit, nisi in illud extrinsecus irrepserint; neque vermibus, aut *Tabaci* fumo, ejusue pulueri, vt vulgo opinantur, in cranii caueam vllum patere aditum, nisi vlcere naribus, aut caluariae ossibus exesis via illuc paretur; quod vtique rationi valde consentaneum videtur. Attamen postquam quorumdam illustrium naturae scrutatorum oculi plus, quam lyncei animalcula viuentia in brutorum cerebro, in hydatidibus, aliisque visceribus detexerunt, prudentis hominis erit hac super re omne judicium cohibere, donec dies certiora protulerit.

An vermes doloris capitis caussa?

a) *L. c. n.* 9.

§. VII.

Id vnum non inficiamur, saepe narium, frontaliumque sinuum caua, aliaque loca sub cute posita obsideri, incolique a vermibus aut illuc clanculum illapsis, aut ex ouis ibi depositis demum natis, qui rodendo atrocissimum quandoque dolorem pariunt,

Vermes in caueis narium, et sinuum frontalium.

quamcunque medelam spernentem, nec prius desiturum plerumque, quam foras prodierint. In id prae ceteris incidunt mali genus, qui variis muscarum, praecipue tabanorum, atque asilorum, et fortasse etiam papilionum speciebus objiciuntur, nec semper sibi cauere ab ejusmodi hostibus possunt, dum sub dio in campis, aut pratis humi prostrati, et labore fessi somno occupantur. Nam tunc in eorum naribus, aut circa proximas partes ab his animalculis oua, vnde vermiculi deinde excluduntur, aut vermes ipsi, nam quaedam viuipara vere sunt, deponuntur; aut inspiratione intro adducuntur, ibique locata atque alta adolescunt. Oua etiam insectorum, quae in floribus deposita fuerunt, flores incaute olfaciendo in nares attrahi possunt, ibique excludi. Hujusmodi exempla existunt apud FERNELIVM *a*), TRINCAVELLIVM *b*), ROLFINCKIVM *c*), aliosque admirabilium obseruationum collectores *d*). Imo quandoque euenit, vt lumbrici ipsi sursum repentes, in caua narium perueniant, ibique consistant *), doloremque capitis procreent.

a) *Patholog. l. V. cap. 7.* *b*) *l. 9. cap. IV.* *c*) *De dolore capit.* *d*) Videatur in primis IOHAN. AVGVST. WOHLFARTI *Obseruatio de vermibus per nares excretis, Hal. Magdeb.* edita *ann.* 1768., in qua non solum vermes ab eo visi, sed ab aliis etiam notati referuntur. Ipse enim *vermes ex sinistra cauea narium senis septem et sexaginta annorum per octiduum pertinaci cephalaea, et dexteri capitis lateris tumore excruciati, praegressa narium per triduum continuante haemorrhagia, excretos narrat. Prodierunt vero cum leuamine aegri vermes hujusmodi ad duodeuiginti, albidi omnes, qui vase vitreo terram continente inclusi, paucis diebus interjectis in erucas subnigras, et duras mutati, integro mense elapso, muscas dederunt oculis subrufis, antennis filiformibus. Vermes corpus habebant vndecies intersectum, in capite vncos binos, anguliformes, nigros, duros, mobiles, quibus dum inter rependum posteriorem corporis partem attrahere contendunt, caput firmant, eosque alias ita retrahunt, vt plane lateant. Vltimae intersectioni depressio inerat cum duobus stigmatibus,*

matibus, totoque corpore pilis nigris, breuibus, et ſparſis ſcatebant. Auctor autem in ſene hoc genitos eſſe exiſtimat, quod *muco de naſo dormientis forte propendenti impoſuerit ſua ouula muſca quaedam, quae vna cum muco retracta, inque ſinibus frontalibus fota vermes excluſerint.* Comment. de reb. in ſcient. nat. et medic. geſt. V. XVII. p. 159. et ſeqq. Non abſimilem obſeruationem habet cel. RAZOU, quae legi poteſt in ejus *Tabulis noſologicis p.* 265. gallica lingua euulgatis. In *commentariis* etiam *medicis, et philoſophicis ſocietatis medicae Edimburgenſis T.* 2. *P.* 3. *p.* 65. 66. *edit. Venet.* vermes ſcolopendris ſimiles, ſeſquipollicem longi e naribus excreti ex fide Cl. HILLII, et MONROI referuntur. Ante aliquot annos GELMETTIVS, Medicus Mantuanus longe praeſtantiſſimus, qui clinicen in noſocomio Ticinenſi me duce, dum ibi eam profitebar, excoluerat, hiſtoriam cephalalgiae intolerabilis per tres vermiculos excretos tandem domitae mecum communicauit. Hi autem vermiculi, non e narium cauo prodierunt, ſed ex tuberculo, quod ad apicem naſi paullatim extrorſum prorupperat. Frontem primum dolor torſerat, deinde ad radicem naſi deſcenderat, atque tandem oborto ad apicem ejus, vt dixi, tuberculo, erumpentibuſque vermiculis penitus euanuit. Quos cum in vas vitreum demiſiſſet, ſeruaſſetque dies aliquos, vt metamorphoſin, vt putabat, ſubirent, magno cum animi oblectamento, vtpote hiſtoriae naturalis ſtudioſiſſimus, eos in muſcas quaſdam nigras e majorum genere, quales equos inſectari ſolent, transformari vidit.

*) Exſtat apud THOMAM BARTHOLINVM epiſtola I. LANGELOTTI, in qua deſcribitur ſequens obſeruatio: *Foemina ruſtica cum per multum tempus diros ſenſiſſet capitis dolores, tandemque ii adeo increuiſſent, vt inſtar maniacae hinc inde diſcurreret, venit ad paſtorem pagi Neukirchen, famoſum tunc inter ruſticos medicinae practicum, qui non ita pridem e viuis exceſſit, magnis clamoribus opem implorans. Is ſtatim conſuetum ſibi in cephalalgiis ptarmicam miſerculae adhibuit; quo capus vehementer concuſſum vna infauſtum hoſpitem loco mouit, eque naribus exire compulit; quo facto immanis capitis dolor ſtatim conquieuit.* Hoſpes autem iſte erat vermis *digiti medii longitudine. Epiſt. medicinal. cent. II. epiſt. LXXIV.*

De vehementi hemicrania fere per annum continua cum ſpaſtica palpebrae contractione, a verme in ſinu frontali hoſpitante orta, quae illico poſt eum egreſſum ceſſauit, mentionem facit SALTZMANNVS. *De verm. e narib. ex-*

cusso §. 5. Similem casum auditor olim meus, nunc clinicus in patria felicissimus, DAVID BUZZIVS ad me perscripsit. Laborabat vehementissima hemicrania rusticus quidam, cui, cum multa incassum adhibuisset, excreto demum lumbrico terete e naribus, mox rediit perfecta sanitas.

§. VIII.

Caussae remotiores. Hactenus de his obscurioribus caussis satis. Restat, vt eas, quae remotiores sunt, et magis apertae, breuiter enumeremus. Tales vniuersim censentur suppressae sanguinis consuetae euacuationes; intermissa venae sectio in iis, qui ei assueuerint; vlcera incaute exsiccata; grauiditas; liquorum fermentatorum abusus; insolatio; calor; frigus; ventus; austrinae constitutiones; repletio; cruditates primarum viarum; lenta, et difficilis ciborum digestio; lumbrici, aliaeque vermium species ventriculum, aut intestina obsidentes; hypochondriaca, atque hysterica affectio; odores acuti, et graues; nimia neruorum, vt vocant, sensibilitas *); vectio celeris per strata inaequalia viarum; ictus; casus; contusiones, et alia hujusmodi.

*) Hanc caussam jam cognouerat BALLONIVS. Nam in 2. *epidem. p.* 162., vt habet BONETVS in sua epitome, *capitis*, inquit, *dolores quidam oriuntur ex acuitate sensus, quemadmodum quidam facile syncopisant, et resoluuntur ob acutiem sensus.*

Diagnosis.

§. IX.

Signa doloris externi. Externas affici partes cognoscimus, si capilli quasi rigent, et dolor solo eorum attactu, aut cutis compressione extrinsecus facta intenditur; si rubor, aut tumor aliquis oculis pateat, functionibus interim cerebri nihil, aut parum omnino laesis. *Interni.* Contra ejus sedem intra caluariam esse indicant contrariae notae: in primis tunc, cum dolore mens stupet, oculi

oculi caligant, aures tinniunt, aut grauius audiunt, aut ſtrepitum quemque moleſtius ferunt; imo, ſi GALENO credimus, dolor ad oculorum vſque radices porrigitur. Vox etiam ſubinde ſine vlla alia cauſſa intercipitur; deglutiendi facultas laborat; muſculi ceruicis, et mandibulas adducentes contrahuntur, et dolent; membra contremiſcunt; caput crebra vertigine tentatur, et, ſi vehementior morbus eſt, vomitus, aut vomendi conatus, et delirium tandem accedunt. Interdum tanta eſt interiorum partium noxa, vt ad retinam, et tunicam choroideam propagetur, oculi lucis impatientiſſimi fiant, doleantque acriter, aut rubore ſuffuſi tumeant *), atque illacryment.

*) *Interdum* oculi ita inflammantur, et tument ex hac cauſſa, vt ophthalmiam, et quidem vti primariam re praeſentent, quod ſequens hiſtoria comprobabit. Virgo annorum XXV., quae prope Diui Franciſci fanum habitabat Fauentiae, mense Nouembri an. 1752. dolore acutiſſimo totam ſiniſtram capitis partem affligente correpta fuit, eoque quindecim ferme continuos dies vehementer ingemuit, quin medicam opem imploraret. Tandem cum ophthalmia oculus ſiniſter rubere, et tumere incepiſſet, nec quiete, et patientia quidquam malum remitteret, imo intra paucos dies ita increuiſſet, vt vniuerſa exterior palpebrarum, et vicinarum partium facies in ingentem tumorem rubrum, et dolentem attolleretur; auxilium tunc primum quaeſitum eſt. Gena praeterea tota intumuerat, et rubore roſeo, qui digitis compreſſus albicaret, vndique ſuffundebatur. Phlegmonen eryſipelatodem dixiſſes. Febris aderat valida admodum, et ſumma jactatio, atque anxietas. Palpebrae autem ob tumorem, inflammationemque ita claudebantur, vt oculi bulbus nec detegi, nec inſpici vllo modo poſſet. Protinus ea curatio adhibita, quae magnis inflammationibus conuenit, extrinſecuſque mitiſſima emollientia impoſita ſunt. Poſt aliquot tamen dies phlegmonen ſuppuratio excepit, et rupto ſponte ad angulum oculi externum abſceſſu magna ſcaturiit vis puris foetentiſſimi, quod non modo ex cauo orbitae, et ex circumpoſitis oculo locis, verum etiam ex potiore genae parte, quando comprimerentur, vbertim effundebatur. Hinc breui deturnuerunt

 palpe-

palpebrae, et proximae partes, vt oculus detegi, atque inspici potuerit. Tunc tota adnata oculi membrana ruberrima, et tumidiſſima apparuit, vt corneae planum, veluti in Chemoſi, ſuperaret. Cornea nihilominus nitida, et pellucida videbatur. At pupilla juſto amplior erat, vt in mydriaſi, et omnis videndi facultas in eo oculo perierat. Quarto a rupto abſceſſu die acceſſit vehemens, vniuerſaliſque neruorum diſtentio, quae paullo poſt in reſolutionem deſiit, ſiue paralyſin omnium membrorum cum ſenſuum omnium abolitione, reſpiratione languida, inaequali, et ſtertoroſa, pulſu exiguo, intermittente, ac deficiente, et ſic intra breuiſſimum tempus diem obiit extremum. Hora poſt mortem vigeſima quarta capitis anatome inita eſt. Tota adipoſa, et cellularis tela, quae ſub cute ad palpebras, orbitam, et genam ſpectat, vſque ad mandibulam inferiorem corrupta, ac deſtructa erat, et ejus loco ſpatium, quod inter oculi bulbum, muſculoſque ejus, et orbitae ipſius fundum interiacet, pure vero, et foetidiſſimo plenum. Oculus ſolus illaeſus videbatur, itemque contenti in eo humores. Cornea vero lucida nitorem, pelluciditatemque non nihil amiſerat. Reſecto cranio, lobus anterior, et ſiniſter cerebri vſque ad ventriculum ejuſdem lateris ſuppuratione magnam partem abſumtus cernebatur. Suppuratio autem totum neruum opticum circumibat, quin tamen ipſe nec extrinſecus, nec intrinſecus manifeſto labem oſtenderet; communicabatque extrorſum cum orbitae cauo. Diſſectioni, vti morbo interfuerunt PETRVS PAVLLVS DALLARMIVS, et LAVRENTIVS BENEDICTVS, qui tunc clinices tyrocinium obibant.

§. X.

Quomodo externae etiam partes conſentiant.

Non modo ad oculos, verum etiam ad alia exteriora loca protenditur interdum dolor, quamquam interiores ſedes teneat; eo quod *dura meninx*, quando ipſa potiſſimam doloris cauſſam continet, etſi ſenſu carere videatur, per pericranium, et vaſa ſanguifera cum exterioribus partibus connexionem habet, aut quod neruorum adminiculo exteriores quoque in conſenſum trahuntur.

Signa doloris altius ſiti.

Si profundior doloris ſenſus percipitur, cerebrum, et in primis ejus medullam altius affici, vexarique, plerumque ſignificat;

ficat; neque absurdum est, tunc *piam matrem*, quae laterales, et reliquos cerebri ventriculos, ejusque basin subtendit, maxime laborare *a*), dummodo doloris sedes non ipsa, sed alba, et medullaris cerebri pars ab illa pressa, distracta, aut aliter irritata intelligatur. Neque hinc mirum erit, si tum ad verticem quoque dolor excurrat, quia cerebrum quaquaversum distentum ad verticem adprimi etiam potest, aut *pia mater*, quae illuc protenditur, eo scilicet loco sentientem cerebri medullam laedit, vt ibi quoque non absimilis molestiae sensus cieatur. *Sedes doloris in medulla cerebri.*

a) MORGAGN. *l. c. Epist. I. n. 7.*

§. XI.

Sed singulas etiam caussas, a quibus dolor est, internoscere oportet. Itaque signa cujusque propria, quoad fieri potest, diligentissime nunc tradam. *Singularum caussarum notae.* Ac primum a sanguine fieri cephalalgiam ostendunt plethora; venarum, arteriarumque tumor; pulsus magnus, plenus, vehemens, aut quandoque suppressus; calor, et feruor circa frontem; pulsatio temporum; aurium tinnitus; lucis auersatio; faciei, aut oculorum rubor; temperamentum sanguineum; aetas juuenilis; haemorrhagiae *a*); et caussae, quae sanguinis copiam auxerint, aut motum impetumque ejus ad caput allexerint, et concitarint *). *Sanguinei doloris signa.*

a) VANDERMOND. *Recueil d' observations etc.* T. 8. p. 275.

*) Non hic de eo dolore, qui inflammationis comes est, verba facimus. Inflammatorii enim opportunius meminerimus, ejusque peculiaria signa afferemus, vbi de cephalitide, et phrenitide differendum erit.

§. XII.

Qui a seroso humore, aut a pituita proficiscitur dolor, plerumque in eos cadit, qui in temperamento *Signa serosi, et pituitosi.* phleg-

phlegmatico, habitu corporis cachectico, et decolore, aetate senili, aut puerili donantur; eum vero antecesserunt caussae, quae aquei, et pituitosi humoris illuuiem inferunt. Pallet facies, et tumet; venae subsidunt; membra flauescunt, et frigent; abest calor, et pulsatio; aegri in somnum propendent, et jam antea torpore, vertigine, hebetudine, et sopore plerumque laborarunt. Sed potissimum catarrhus, quo membrana pituitaria, aliaeque partes afficiuntur, adesse consueuit.

§. XIII.

Dolor quando acutus, quando obtusus esse possit.

DOLAEVS cum hujusmodi dolore (§. XII.) conjungi docet grauitatis, siue ponderis sensum, mentis segnitiem, ac stuporem: contra, si a bilioso humore gignatur, acutum valde esse, imo lancinantem, insignique calore stipatum. Ad DOLAEVM quodam modo accedit Cl. MORGAGNIVS a), vbi doloris cum acuti, tum obtusi caussam inquirit. Nam etsi paullo aliter rem ipse explicet, cum eo tamen consentit, dum putat, si in latere, quod dolor occupat, ventriculus aqua pura, atque insipida repleatur, dolorem obtusiorem existere, licet plena sint omnia: si vero impura, acri, aut salsa turgeat, acutum. Plenitudo quippe sola non videtur doctissimo viro semper sufficere ad dolorem acutum excitandum, nisi simul plenitudini acritas humoris adjungatur, aut plenitudo ea sit, quae repente facta partes vehementer, et continuo diuellat, dilaceretque. Quare vero saltem simillimum erit, acutum, pungentemque dolorem, cuicunque parti insederit, fere ab acri, mordacique humore; grauem vero, atque obtusum ab aqueo quidem, aut viscido, sed insipido procreari.

a) *L. c.*

§. XIV.

Signa dolo-

Vermes, atque insecta animalcula (§§. VI. VII.) subesse

subesse suspicabimur, si dolor fixus, et peruicax, qua radix nasi fronti adnectitur, aut qua alteruter sinuum frontalium situs est, maneat; nullique remedio cedat; si frequens sternutamentum corripiat; si nares arescant, aut alterutra tantum plus justo humectetur; si pruriant; si foetidus inde, aut ex ore odor exhalet, et vertigo subinde *a*) recurrat. Signum vero magis proprium, et ferme peculiare doloris ab hac caussa illud saepe est, quod cum rosionis, et bestiolae se se intus mouentis sensu conjungi consueuit. *ris a vermibus.*

a) VOGEL. *Acad. Praelect. de cogn. et curand. morb.* §. 420.

§. XV.

Sympathicum capitis dolorem efficiunt vitia aliarum partium. Saepissime is a ventriculo originem ducit, vel etiam ab vtero. Qui a ventriculo fit, anteriorem capitis partem magis occupat, plerumque a cruditatibus, aut a pastu, aut a crapula aggreditur, eumque nausea; oris amarities; vomitus materiae viscidae, acris, acidae, aut biliosae; dolores ventriculi, aut intestinorum; flatus; ructus, aliaeque cacochyliae in primis viis existentis notae comitantur. Quibus caput ex hujusmodi caussa dolet, ii vomitu, quem dixi, aut alui fluxu leuari solent: id quod minime idiopathice laborantibus solatio est. Ieiunos vtplurimum affligit; sed in his ab assumto cibo sedatur, aut etiam ex toto euanescit, ablata nimirum per cibum spastica ventriculi affectione, aut temperato acri, irritantique ejus fomite. Lumbricos vero, aliaque vermium genera, a quibus dolor capitis sympathicus non raro profluit, in intestinis latitare intelliges ex eorumdem propriis signis, alibi a nobis *) recensendis. *Signa doloris sympathici.*

*) Vid. *Volumen de morb. imi ventris cap. de vermibus.*

§. XVI.

§. XVI.

Signa doloris ab vtero.

Qui ab vtero dolor capiti obuenit, verticem, occiputque magis diuexat, et sensum veluti frigoris ibidem parit *a*). Plerumque suppressis catameniis, aut difficulter fluentibus, maloque hysterico superuenit. Vixque ab eo differt, qui ab affectis imi ventris visceribus, vel ab atra bile, vel a nimia neruorum sensibilitate aut ataxia dimanans hypochondriacos, sensibilioresque homines infestat. Cum hujusmodi dolore concurrunt vt plurimum spasticae aliarum partium affectiones, et speciatim extremorum, inferiorumque artuum frigus. Fereque perpetuum in eo est, ab exteriore compressione mitescere, neruorum videlicet per eam sensu vel coërcito, vel plane intercepto.

a) BAGLIV. *Prax. med. l.* I. *de dolore in gener. p.* 65.

§. XVII.

Signa hemicraniae, oui, et claui hysterici.

Saepe huc (§§. XV. XVI.) spectare videntur *Hemicrania*, *Ouum*, et *Clauus hystericus.* Hemicranicus autem dolor plerumque periodice accedit, deceditqué, vti febris quotidiana, tertianaue intermittens. Hinc non nulli febrem laruatam, aut topicam intermittentem vocant. Ad solis ortum plerumque incipit, vehementius desaeuit ad meridiem, sole vero declinante remittitur, et desinit. Idcirco *morbus* etiam *solaris* a quibusdam nuncupatur. Interdum vespertinis, aut nocturnis horis suos circuitus obit; sed hoc quidem rarius contingit. Rarissimum casum vidit PETRVS SALIVS DIVERSVS, Medicus Fauentinus sui temporis celeberrimus, hemicraniam nempe quouis octauo die periodice reuertentem, eamque curauit in sacerdote quodam e Diui Dominici familia, qui ea *per tres annos continuos, et menses septem* atrociter excruciatus *a*) fuerat. Octanae febri intermittenti diuturnae, cujus alibi

alibi *b*) mentionem fecimus, quam simillimam diceres. Quandoque tamen *hemicraniam* arthritica labes, aut sanguinea sinuum frontalium congestio gignit; sed tunc non adeo manifestos, et constantes circuitus habet, et praeterea eorum morborum indicia non deficiunt. Sic quoque *symptomaticum*, aut *secundarium* capitis dolorem, vti *inflammatorium*, *febrilem*, *scorbuticum*, *venereum* a reliquis distinguere non erit arduum, si in primarii affectus, e quo veluti ex sua radice germinat, praesentiam sedulo inquisiveris, et per sua signa detexeris.

a) *Annotation. in lib.* ALTOMARI *cap. XII. p.* 394. vbi Cl. Auctor rem ita narrat: *Religiosus vir per tres annos continuos, et menses septem passus est hemicraniam in parte capitis dextera vna cum ingenti, et acuto dolore circa temporalem musculum, quae vnoquoque die Lunae dicato semper eadem ferme hora inuadebat. Exacerbatio ad viginti octo, aut triginta horas ad summum perseuerabat, quo tempore nec lumen adspicere, nec strepitum audire sine manifesta laesione, nec etiam cibum assumere, aut gustare poterat. Hoc tempore elapso, sanissimus erat, omniaque munia tam naturalia, quam animalia feliciter obibat.* *b*) *Volum. I. §. LXV.*

§. XVIII.

Quomodo distinguitur dolor a vitiis organicis genitus.

Multo difficilius plane est cognitu, quando istiusmodi dolor a vitio aliquo organico (§§. IV. V.) proficiscatur. Diuturnitas tamen morbi, nihil proficientibus artis auxiliis, cum signis (§§. IX. X.), atque absentia eorum, quae a §. VIII. et XI. ad XVI. vsque proposuimus, valde probabilem de eo conjecturam reddit. Cystidem pure plenam oui columbini magnitudine, inuolucro satis firmo, et crasso cinctam in dextero cerebri lobo sub osse parietali, qua ossi temporum adnectitur, sitam deprehendi in robustissimo viro, quem eo in loco dolor atrocissimus, subinde adeo ingrauescens, vt conuulsiuis motibus, et tremoribus totius corporis, praesertim e latere adverso

Historiae abscessuum cerebri, et cerebelli.

verſo agitaretur, atque humi ferme concideret, menſes aliquot miſerrime confecerat, quin ab adhibitis valentioribus medicinae praeſidiis quidquam leniretur *). Tumorem rubentem, ſteatomati ſimilem, ejuſdem ferme magnitudinis, in dextero anteriori cerebri loco ſub cortice ipſo locatum gerebat ſenex quidam ciſiarius, quem diuturna febris crebro recidiua cum capitis dolore fere perpetuo ad verticem, et paralyſi lateris oppoſiti, et motibus conuulſiuis ad quaedam interualla inordinate recurrentibus, non ſine vlceroſa pulmonum labe, poſt quatuor menſium lapſum, tandem exſtinxit. Mulier conſiſtentis aetatis poſt ſcabiem temere retropulſam incidit in cephalaeam incertae propemodum ſedis, qua aliquot menſes, vix interdum febricitans, ita conflictata eſt, vt ſaepe ob doloris tormentum *toto* corpore contremiſceret, ejularet, et fere nunquam ſomnum capere poſſet, pulſibus variis, paruis, contractis, et inaequalibus, raro frequentibus. Tandem morbo conſumta obiit. Diſſecto ejus cadauere inventus eſt in medullari poſterioris cerebri lobi parte prope tentorium abſceſſus, pure plenus, in cujus cauo capi nux major cum ſuo cortice potuiſſet. Tumorem in calloſo corpore durum, ex albido rubentem JOH. FANTONO *a*) exhibuit ſectio cadaueris viri cujuſdam prouectae aetatis, qui plurium annorum ſpatio cephalaea, poſtremis menſibus acerbiſſima laborauerat. Is cum de loco affecto rogaretur, verticem capitis indicabat. Epilepſia quoque corripi ſubinde, et de maxima ſaliuae acritate, atque importuna fame conqueri ſolebat. Quando vehementius dolore iſto angebatur, abſurda plerumque effutiebat. Tandem profundo ſomno obrutus, ſimulque conuulſus interiit. Neque in hiſtoria hujus aegroti vlla de febre mentio facta eſt.

Obſeruatio Fantoni.

*) Non valde differt ab hac obſeruatione illa, quam memorat

morat LANCISIVS, *De subitan. mortib. l. I. cap. XII §. XI. pag.* 65.

a) *Epist. de obseruat. med. et anat. ad Cl.* MANGETVM, *epist. V.*

§. XIX.

Dexterum cerebelli lobum abscessu magnam partem corruptum vidit cel. JANVS PLANCVS Ariminensis in nobili puero, qui a suppresso puris ex aure ejusdem lateris fluxu, cui a primis vsque annis obnoxius fuit, inciderat in acerrimam cephalalgiam cum febre continua acuta, ex qua intra breue temporis spatium mortem oppetiit a). Febris pluries intra diem exacerbabatur, et horrifica erat, sic vt hemitritaeo similis videretur. Accedebat subinde aphonia, et trismus, sed breui redibat loquendi potestas. Tandem paralysi non oppositi, vt moris est, sed ejusdem lateris correptus, sensibusque orbatus fato cessit *). Memoria quoque digna sunt, quae DOVGLASSIVS b) habet de homine, qui ex cerebelli abscessu decumbebat; nam dolorem, et pondus in anteriore capitis parte accusabat. Sanguinis missio, purgatio, vlcerata cantharidibus ceruix nihil profuerant. Cogebatur residere capite antrorsum inclinato; quia dolor contrario positu inualescebat atrocius. Is quoque febre, quod mirum maxime est, prorsus carebat, neque vllis conuellebatur spasticis affectionibus. Verum fere perpetuo nauseabat, et vix vnquam somno recreabatur. Praeterea cum oculos celerius conuertere vellet, dolorem duplo intensiorem illico experiebatur. Tres menses ita excruciabatur. Denique quodam vespere dolor repente euanuit, vt et coenare, et dormire nocte insequente placide potuerit. At mane postero ex syncope subitanea obiit, quin vlla alterutrius lateris conuulsio, aut paralysis antecessisset. In medio cerebelli repertus est abscessus, qui

Obseruatio I. Planci.

Douglassii.

duas uncias puris albi continebat. Aderat quoque sanguinis effusi non parua vis, qui ex rupto sinu laterali sinistro manauerat, quique fortasse tam inexspectatum malo finem imposuit. Ex symptomatis in hujusmodi aegris supra (§§. XVIII. XIX.) obseruatis plurimum lucis affulgebit attentiori, diligentiorique Clinico, vt conjecturam cum veri non exigua similitudine similibus in casibus faciat. Abditiora vero vitia malae conformationis, et structurae a naturali statu abludentibus singillatim praenoscere humanae mentis pene limites excedit. Attamen qui historias plerarumque caussarum, quae ad hoc genus (§§. IV. V.) spectant, expendere cupierit, vt inde aliquid adjumenti ad diagnosin rite instituendam sibi hauriat, is consulat BONETUM *c*), FANTONUM *d*), MORGAGNIUM *e*), LIEUTAUDIUM *f*), aliosque ejusmodi obseruationum collectores, sed in primis Diaria medica, et Academiarum acta, et commentarios *g*).

a) *Storia medica d'una Postema del lobo destro del cervelletto ec.*

*) Non absimilis historia legitur in *Comment. Med. et Philosoph. Societ. med. Edimburg. Vol. 2. P. 2. p. 54. edit. Venet.* de viro quodam sex et triginta annos nato, quam hic repetere non puto alienum. Huic a puero ex aure dextera puris aliquid identidem effluere consueuerat: at non inde valde molestabatur. Auditum tantummodo ejus auris aliquot ante annis amiserat. Demum eadem auris dolore atroci corripitur, qui breui non solum ad caput diffundebatur, verum etiam nauseam mouebat cum oris ventriculi morsu conjunctam. Die decima in somnum, stuporisque speciem aegrotus prolabitur; atque inter dormiendum vana obloquitur. Die vndecima omnino delirat, garrit, et febricitat. Die duodecima delirium, et sopor alternatim sibi succedunt; aluus resoluitur; vesperi caroticus fit. Nocte membra identidem conuelluntur: tendines crebro subsiliunt. Cuncta haec diebus XIII. XIV. XV. ingrauescunt. Conuulsiui motus frequentiores; delirium apertius; arteriarum micatus amplius centum intra minutum;

tum; vrinae ſtrangurioſae; pupilla immobilis, et dilatata, quae ne viuidioris quidem lucis appulſu contrahitur. Die XVI. vera anaeſtheſia. Praeter crebros motus conuulſivos, et tendinum ſubſultus ſpiritus difficilis eſt; pulſus maxime varius, ſed plerumque frequentiſſimus. Veſica vrina turget. Die XVII. prima luce ſtertens, et anhelans diem obiit poſtremum. Reſecta caluaria deprehenſus eſt medius poſterior lobus dexteri hemiſphaerii arcte duorum circiter digitorum latitudine adhaerens durae matri, qua os petroſum ſpectat, et tentorio ipſi cerebello ſuper extenſo. Subter in ipſa cerebri ſubſtantia abſceſſus inuentus eſt, qui duas prope vncias puris foetidiſſimi, et vireſcentis includebat, et cerebrum ipſum arroſerat. Corporis ſtriati ſiniſtri ſumma facies inflammata viſa eſt. Ambo etiam thalami neruorum opticorum rubro, et fuſco colore tingebantur. Infra, et poſterius inerat puris aliquid ſubviridis. Septum lucidum, fornix, et latera tertii ventriculi, proceſſuſque anterior cerebelli, qui ſupra valuulam VIEVSSENII locatur, laxius quam ſolent, cohaerebant, virebant, et teterrimum exſpirabant odorem. In ventriculis lympha limpida ad duo exigua cochlearia reperta eſt. Dura matur, qua os petroſum ſubcingit, nigricabat. Os ipſum petroſum non nihil obſcurius apparebat, quam ſiniſtrum, ſed nequaquam erat carioſum. Meatus auris dexterae replebatur pure fuſco, ſubuiridi, et foetido, quo pariter ſcatebat tota cauea tympani, cujus et membrana, et oſſicula penitus deſtructa jam pridem fuiſſe videbantur.

b) *Eſſais de Médecine d'Edimburg. T. VI. p.* 174. *c*) *Sepulchret. Anatom. lib. I. ſect. I. de dolore capitis.* *d*) *Obſerv. anat. III. VI. IX. XXV.* Item *Epiſt. ad* MANGET. *V. VIII. n.* 3. 6. *e*) *De ſed. et cauſſ. morb. epiſt. I.* atque alibi; loca videſis in tertio illius operis indice ad v. *cerebrum.* *f*) *Hiſtor. anatom.* *g*) Nempe *Tranſact. Anglican. Hiſt. et Mémoir. de l'Acad. des Scienc. de Paris, Journal de Médecine de M.* VANDERMONDE, *Giornale Medico di Venezia, Novelle Letterar. del* LAMI, *Avviſi ſulla ſalute umana del Sig. D.* LVIGI TARGIONI, *Raccolta d'Opuſcoli medico-pratici, e fiſico-medici* DELLO STESSO, *Giornale Medico di Firenze, Magazzino toſcano del Sig.* MANETTI, *Comment. de reb. in med. et ſcient. natur. geſtis, Lipſ. etc.*

palpebrae, et proximae partes, vt oculus detegi, atque inspici potuerit. Tunc tota adnata oculi membrana ruberrima, et tumidissima apparuit, vt corneae planum, veluti in Chemosi, superaret. Cornea nihilominus nitida, et pellucida videbatur. At pupilla justo amplior erat, vt in mydriasi, et omnis videndi facultas in eo oculo perierat. Quarto a rupto abscessu die accessit vehemens, vniuersalisque neruorum distentio, quae paullo post in resolutionem desiit, siue paralysin omnium membrorum cum sensuum omnium abolitione, respiratione languida, inaequali, et stertorosa, pulsu exiguo, intermittente, ac deficiente, et sic intra breuissimum tempus diem obiit extremum. Hora post mortem vigesima quarta capitis anatome inita est. Tota adiposa, et cellularis tela, quae sub cute ad palpebras, orbitam, et genam spectat, vsque ad mandibulam inferiorem corrupta, ac destructa erat, et ejus loco spatium, quod inter oculi bulbum, musculosque ejus, et orbitae ipsius fundum interiacet, pure vero, et foetidissimo plenum. Oculus solus illaesus videbatur, itemque contenti in eo humores. Cornea vero lucida nitorem, pelluciditatemque non nihil amiserat. Resecto cranio, lobus anterior, et sinister cerebri vsque ad ventriculum ejusdem lateris suppuratione magnam partem absumtus cernebatur. Suppuratio autem totum neruum opticum circumibat, quin tamen ipse nec extrinsecus, nec intrinsecus manifesto labem ostenderet; communicabatque extrorsum cum orbitae cauo. Dissectioni, vti morbo interfuerunt PETRVS PAVLLVS DALLARMIVS, et LAVRENTIVS BENEDICTVS, qui tunc clinices tyrocinium obibant.

§. X.

Quomodo externae etiam partes consentiant.

Non modo ad oculos, verum etiam ad alia exteriora loca protenditur interdum dolor, quamquam interiores sedes teneat; eo quod *dura meninx*, quando ipsa potissimam doloris caussam continet, etsi sensu carere videatur, per pericranium, et sanguifera cum exterioribus p[illegible] bet, aut quod neruo[illegible] que in conf[illegible] ris sensi[illegible] medi[illegible]

Signa doloris altius siti.

ficat; neque absurdum est, tunc *piam matrem*, quae laterales, et reliquos cerebri ventriculos, ejusque basin subtendit, maxime laborare *a*), dummodo doloris sedes non ipsa, sed alba, et medullaris cerebri pars ab illa pressa, distracta, aut aliter irritata intelligatur. Neque hinc mirum erit, si tum ad verticem quoque dolor excurrat, quia cerebrum quaquaversum distentum ad verticem adprimi etiam potest, aut *pia mater*, quae illuc protenditur, eo scilicet loco sentientem cerebri medullam laedit, vt ibi quoque non absimilis molestiae sensus cieatur. *Sedes doloris in medulla cerebri.*

a) MORGAGN. *l. c. Epist. I. n. 7.*

§. XI.

Sed singulas etiam caussas, a quibus dolor est, internoscere oportet. Itaque signa cujusque propria, quoad fieri potest, diligentissime nunc tradam. *Singularum caussarum notae.* Ac primum a sanguine fieri cephalalgiam ostendunt plethora; venarum, arteriarumque tumor; pulsus magnus, plenus, vehemens, aut quandoque suppressus; calor, et feruor circa frontem; pulsatio temporum; aurium tinnitus; lucis auersatio; faciei, aut oculorum rubor; temperamentum sanguineum; aetas juuenilis; haemorrhagiae *a*); et caussae, quae sanguinis copiam auxerint, aut motum impetumque ejus ad caput allexerint, et concitarint *). *Sanguinei doloris signa.*

a) VANDERMOND. *Recueil d' obseruations etc. T. 3. p. 275.*

*) Non hic de eo dolore, qu[illegible] [illegible]dinis comes est, [illegible]

phlegmatico, habitu corporis cachectico, et decolore, aetate senili, aut puerili donantur; eum vero antecesserunt caussae, quae aquei, et pituitosi humoris illuuiem inferunt. Pallet facies, et tumet; venae subsidunt; membra flauescunt, et frigent; abest calor, et pulsatio; aegri in somnum propendent, et jam antea torpore, vertigine, hebetudine, et sopore plerumque laborarunt. Sed potissimum catarrhus, quo membrana pituitaria, aliaeque partes afficiuntur, adesse consueuit.

§. XIII.

Dolor quando acutus, quando obtusus esse possit.

DOLAEVS cum hujusmodi dolore (§. XII.) conjungi docet grauitatis, siue ponderis sensum, mentis segnitiem, ac stuporem: contra, si a bilioso humore gignatur, acutum valde esse, imo lancinantem, insignique calore stipatum. Ad DOLAEVM quodam modo accedit Cl. MORGAGNIVS *a*), vbi doloris cum acuti, tum obtusi caussam inquirit. Nam etsi paullo aliter rem ipse explicet, cum eo tamen consentit, dum putat, si in latere, quod dolor occupat, ventriculus aqua pura, atque insipida repleatur, dolorem obtusiorem existere, licet plena sint omnia: si vero impura, acri, aut salsa turgeat, acutum. Plenitudo quippe sola non videtur doctissimo viro semper sufficere ad dolorem acutum excitandum, nisi simul plenitudini acritas humoris adjungatur, aut plenitudo ea sit, quae repente facta partes vehementer, et continuo diuellat, dilaceretque. Quare vero saltem simillimum erit, acutum, pungentemque dolorem, cuicunque parti insederit, fere ab acri, mordacique humore; grauem vero, atque obtusum ab aqueo quidem, aut viscido, sed insipido procreari.

a) *L. c.*

§. XIV.

Signa dolo-

Vermes, atque insecta animalcula (§§. VI. VII.) subesse

ſubeſſe ſuſpicabimur, ſi dolor fixus, et peruicax, qua radix naſi fronti adnectitur, aut qua alteruter ſinuum frontalium ſitus eſt, maneat; nullique remedio cedat; ſi frequens ſternutamentum corripiat; ſi nares areſcant, aut alterutra tantum plus juſto humectetur; ſi pruriant; ſi foetidus inde, aut ex ore odor exhalet, et vertigo ſubinde *a*) recurrat. Signum vero magis proprium, et ferme peculiare doloris ab hac cauſſa illud ſaepe eſt, quod cum roſionis, et beſtiolae ſe ſe intus mouentis ſenſu conjungi conſueuit. *ris a vermibus.*

a) VOGEL. *Acad. Praelect. de cogn. et curand. morb.* §. 420.

§. XV.

Sympathicum capitis dolorem efficiunt vitia aliarum partium. Saepiſſime is a ventriculo originem ducit, vel etiam ab vtero. Qui a ventriculo fit, anteriorem capitis partem magis occupat, plerumque a cruditatibus, aut a paſtu, aut a crapula aggreditur, eumque nauſea; oris amarities; vomitus materiae viſcidae, acris, acidae, aut bilioſae; dolores ventriculi, aut inteſtinorum; flatus; ructus, aliaeque cacochyliae in primis viis exiſtentis notae comitantur. Quibus caput ex hujuſmodi cauſſa dolet, ii vomitu, quem dixi, aut alui fluxu leuari ſolent: id quod minime idiopathice laborantibus ſolatio eſt. Ieiunos vtplurimum affligit; ſed in his ab aſſumto cibo ſedatur, aut etiam ex toto euaneſcit, ablata nimirum per cibum ſpaſtica ventriculi affectione, aut temperato acri, irritantique ejus fomite. Lumbricos vero, aliaque vermium genera, a quibus dolor capitis ſympathicus non raro profluit, in inteſtinis latitare intelliges ex eorumdem propriis ſignis, alibi a nobis *) recenſendis. *Signa doloris ſympathici.*

*) Vid. *Volumen de morb. imi ventris cap. de vermibus.*

§. XVI.

§. XVI.

Signa doloris ab vtero.

Qui ab vtero dolor capiti obuenit, verticem, occiputque magis diuexat, et sensum veluti frigoris ibidem parit *a*). Plerumque suppressis catameniis, aut difficulter fluentibus, maloque hysterico supervenit. Vixque ab eo differt, qui ab affectis imi ventris visceribus, vel ab atra bile, vel a nimia neruorum sensibilitate aut ataxia dimanans hypochondriacos, sensibilioresque homines infestat. Cum hujusmodi dolore concurrunt vt plurimum spasticae aliarum partium affectiones, et speciatim extremorum, inferiorumque artuum frigus. Fereque perpetuum in eo est, ab exteriore compressione mitescere, nervorum videlicet per eam sensu vel coërcito, vel plane intercepto.

a) BAGLIV. *Prax. med. l.* I. *de dolore in gener. p.* 65.

§. XVII.

Signa hemicraniae, oui, et claui hysterici.

Saepe huc (§§. XV. XVI.) spectare videntur *Hemicrania*, *Ouum*, et *Clauus hystericus*. Hemicranicus autem dolor plerumque periodice accedit, deceditqué, vti febris quotidiana, tertianaue intermittens. Hinc non nulli febrem laruatam, aut topicam intermittentem vocant. Ad solis ortum plerumque incipit, vehementius desaeuit ad meridiem, sole vero declinante remittitur, et desinit. Idcirco *morbus* etiam *solaris* a quibusdam nuncupatur. Interdum vespertinis, aut nocturnis horis suos circuitus obit; sed hoc quidem rarius contingit. Rarissimum casum vidit PETRVS SALIVS DIVERSVS, Medicus Fauentinus sui temporis celeberrimus, hemicraniam nempe quouis octauo die periodice reuertentem, eamque curauit in sacerdote quodam e Diui Dominici familia, qui ea *per tres annos continuos, et menses septem* atrociter excruciatus *a*) fuerat. Octanae febri intermittenti diuturnae, cujus alibi

alibi *b*) mentionem fecimus, quam simillimam diceres. Quandoque tamen *hemicraniam* arthritica labes, aut sanguinea sinuum frontalium congestio gignit; sed tunc non adeo manifestos, et constantes circuitus habet, et praeterea eorum morborum indicia non deficiunt. Sic quoque *symptomaticum*, aut *secundarium* capitis dolorem, vti *inflammatorium*, *febrilem*, *scorbuticum*, *venereum* a reliquis distinguere non erit arduum, si in primarii affectus, e quo veluti ex sua radice germinat, praesentiam sedulo inquisiveris, et per sua signa detexeris.

a) *Annotation. in lib.* ALTOMARI *cap. XII. p.* 394. vbi Cl. Auctor rem ita narrat: *Religiosus vir per tres annos continuos, et menses septem passus est hemicraniam in parte capitis dextera vna cum ingenti, et acuto dolore circa temporalem musculum, quae vnoquoque die Lunae dicato semper eadem ferme hora inuadebat. Exacerbatio ad viginti octo, aut triginta horas ad summum perseuerabat, quo tempore nec lumen adspicere, nec strepitum audire sine manifesta laesione, nec etiam cibum assumere, aut gustare poterat. Hoc tempore elapso, sanissimus erat, omniaque munia tam naturalia, quam animalia feliciter obibat.* *b*) *Volum. I.* §. *LXV.*

§. XVIII.

Multo difficilius plane est cognitu, quando istiusmodi dolor a vitio aliquo organico (§§. IV. V.) proficiscatur. Diuturnitas tamen morbi, nihil proficientibus artis auxiliis, cum signis (§§. IX. X.), atque absentia eorum, quae a §. VIII. et XI. ad XVI. vsque proposuimus, valde probabilem de eo conjecturam reddit. Cystidem pure plenam oui columbini magnitudine, inuolucro satis firmo, et crasso cinctam in dextero cerebri lobo sub osse parietali, qua ossi temporum adnectitur, sitam deprehendi in robustissimo viro, quem eo in loco dolor atrocissimus, subinde adeo ingrauescens, vt conuulsiuis motibus, et tremoribus totius corporis, praesertim e latere adverso

Quomodo distinguitur dolor a vitiis organicis genitus.

Historiae abscessuum cerebri, et cerebelli.

verſo agitaretur, atque humi ferme concideret, menſes aliquot miſerrime confecerat, quin ab adhibitis valentioribus medicinae praeſidiis quidquam leniretur *). Tumorem rubentem, ſteatomati ſimilem, ejuſdem ferme magnitudinis, in dextero anteriori cerebri loco ſub cortice ipſo locatum gerebat ſenex quidam ciſiarius, quem diuturna febris crebro recidiua cum capitis dolore fere perpetuo ad verticem, et paralyſi lateris oppoſiti, et motibus conuulſiuis ad quaedam interualla inordinate recurrentibus, non ſine vlceroſa pulmonum labe, poſt quatuor menſium lapſum, tandem exſtinxit. Mulier conſiſtentis aetatis poſt ſcabiem temere retropulſam incidit in cephalaeam incertae propemodum ſedis, qua aliquot menſes, vix interdum febricitans, ita conflictata eſt, vt ſaepe ob doloris tormentum *toto* corpore contremiſceret, ejularet, et fere nunquam ſomnum capere poſſet, pulſibus variis, paruis, contractis, et inaequalibus, raro frequentibus. Tandem morbo conſumta obiit. Diſſecto ejus cadauere inventus eſt in medullari poſterioris cerebri lobi parte prope tentorium abſceſſus, pure plenus, in cujus cauo capi nux major cum ſuo cortice potuiſſet. Tumorem in calloſo corpore durum, ex albido rubentem JOH. FANTONO *a*) exhibuit ſectio cadaueris viri cujuſdam prouectae aetatis, qui plurium annorum ſpatio cephalaea, poſtremis menſibus acerbiſſima laborauerat. Is cum de loco affecto rogaretur, verticem capitis indicabat. Epilepſia quoque corripi ſubinde, et de maxima ſaliuae acritate, atque importuna fame conqueri ſolebat. Quando vehementius dolore iſto angebatur, abſurda plerumque effutiebat. Tandem profundo ſomno obrutus, ſimulque conuulſus interiit. Neque in hiſtoria hujus aegroti vlla de febre mentio facta eſt.

Obſeruatio Fantoni.

*) Non valde differt ab hac obſeruatione illa, quam memorat

morat LANCISIVS, *De subitan. mortib. l. I. cap. XII §. XI. pag. 65.*

a) *Epist. de obseruat. med. et anat. ad Cl.* MANGETVM, *epist. V.*

§. XIX.

Dexterum cerebelli lobum abscessu magnam partem corruptum vidit cel. JANVS PLANCVS Ariminensis in nobili puero, qui a suppresso puris ex aure ejusdem lateris fluxu, cui a primis vsque annis obnoxius fuit, inciderat in acerrimam cephalalgiam tum febre continua acuta; ex qua intra breue temporis spatium mortem oppetiit a). Febris pluries intra diem exacerbabatur, et horrifica erat, sic vt hemitritaeo similis videretur. Accedebat subinde aphonia, et trismus, sed breui redibat loquendi potestas. Tandem paralysi non oppositi, vt moris est, sed ejusdem lateris correptus, sensibusque orbatus fato cessit *). Memoria quoque digna sunt, quae DOVGLASSIVS b) habet de homine, qui ex cerebelli abscessu decumbebat; nam dolorem, et pondus in anteriore capitis parte accusabat. Sanguinis missio, purgatio, vlcerata cantharidibus ceruix nihil profuerant. Cogebatur residere capite antrorsum inclinato; quia dolor contrario positu inualescebat atrocius. Is quoque febre, quod mirum maxime est, prorsus carebat, neque vllis conuellebatur spasticis affectionibus. Verum fere perpetuo nauseabat, et vix vnquam somno recreabatur. Praeterea cum oculos celerius conuertere vellet, dolorem duplo intensiorem illico experiebatur. Tres menses ita excruciabatur. Denique quodam vespere dolor repente euanuit, vt et coenare, et dormire nocte insequente placide potuerit. At mane postero ex syncope subitanea obiit, quin vlla alterutrius lateris conuulsio, aut paralysis antecessisset. In medio cerebelli repertus est abscessus, qui

Obseruatio I. Planci. *Douglassii.*

duas uncias puris albi continebat. Aderat quoque sanguinis effusi non parua vis, qui ex rupto sinu laterali sinistro manauerat, quique fortasse tam inexspectatum malo finem imposuit. Ex symptomatis in hujusmodi aegris supra (§§. XVIII. XIX.) obseruatis plurimum lucis affulgebit attentiori, diligentiorique Clinico, vt conjecturam cum veri non exigua similitudine similibus in casibus faciat. Abditiora vero vitia malae conformationis, et structurae a naturali statu abludentibus singillatim praenoscere humanae mentis pene limites excedit. Attamen qui historias plerarumque caussarum, quae ad hoc genus (§§. IV. V.) spectant, expendere cupierit, vt inde aliquid adjumenti ad diagnosin rite instituendam sibi hauriat, is consulat BONETVM *c*), FANTONVM *d*), MORGAGNIVM *e*), LIEVTAVDIVM *f*), aliosque ejusmodi obseruationum collectores, sed in primis Diaria medica, et Academiarum acta, et commentarios *g*).

a) *Storia medica d'una Postema del lobo destro del cervelletto ec.*

*) Non absimilis historia legitur in *Comment. Med. et Philosoph. Societ. med. Edimburg. Vol. 2. P. 2. p. 54. edit. Venet.* de viro quodam sex et triginta annos nato, quam hic repetere non puto alienum. Huic a puero ex aure dextera puris aliquid identidem effluere consueuerat: at non inde valde molestabatur. Auditum tantummodo ejus auris aliquot ante annis amiserat. Demum eadem auris dolore atroci corripitur, qui breui non solum ad caput diffundebatur, verum etiam nauseam mouebat cum oris ventriculi morsu conjunctam. Die decima in somnum, stuporisque speciem aegrotus prolabitur; atque inter dormiendum vana obloquitur. Die vndecima omnino delirat, garrit, et febricitat. Die duodecima delirium, et sopor alternatim sibi succedunt; aluus resoluitur; vesperi caroticus fit. Nocte membra identidem conuelluntur: tendines crebro subsiliunt. Cuncta haec diebus XIII. XIV. XV. ingrauescunt. Conuulsiui motus frequentiores; delirium apertius; arteriarum micatus amplius centum intra minutum;

tum; vrinae ſtranguriosae; pupilla immobilis, et dilatata, quae ne viuidioris quidem lucis appulſu contrahitur. Die XVI. vera anaeſtheſia. Praeter crebros motus conuulſivos, et tendinum ſubſultus ſpiritus difficilis eſt; pulſus maxime varius, ſed plerumque frequentiſſimus. Veſica vrina turget. Die XVII. prima luce ſtertens, et anhelans diem obiit poſtremum. Reſecta caluaria deprehenſus eſt medius poſterior lobus dexteri hemiſphaerii arcte duorum circiter digitorum latitudine adhaerens durae matri, qua os petroſum ſpectat, et tentorio ipſi cerebello ſuper extenſo. Subter in ipſa cerebri ſubſtantia abſceſſus inuentus eſt, qui duas prope vncias puris foetidiſſimi, et vireſcentis includebat, et cerebrum ipſum arroſerat. Corporis ſtriati ſiniſtri ſumma facies inflammata viſa eſt. Ambo etiam thalami neruorum opticorum rubro, et fuſco colore tingebantur. Infra, et poſterius inerat puris aliquid ſubviridis. Septum lucidum, fornix, et latera tertii ventriculi, proceſſuſque anterior cerebelli, qui ſupra valuulam VIEVSSENII locatur, laxius quam ſolent, cohaerebant, virebant, et teterrimum exſpirabant odorem. In ventriculis lympha limpida ad duo exigua cochlearia reperta eſt. Dura matur, qua os petroſum ſubcingit, nigricabat. Os ipſum petroſum non nihil obſcurius apparebat, quam ſiniſtrum, ſed nequaquam erat carioſum. Meatus auris dexterae replebatur pure fuſco, ſubuiridi, et foetido, quo pariter ſcatebat tota cauea tympani, cujus et membrana, et oſſicula penitus deſtructa jam pridem fuiſſe videbantur.

b) *Eſſais de Médecine d'Edimburg. T. VI. p.* 174. *c*) *Sepulchret. Anatom. lib. I. ſect. I. de dolore capitis. d*) *Obſerv. anat. III. VI. IX. XXV.* Item *Epiſt. ad* MANGET. *V. VIII. n.* 3. 6. *e*) *De ſed. et cauſſ. morb. epiſt. I.* atque alibi; loca videſis in tertio illius operis indice ad v. *cerebrum. f*) *Hiſtor. anatom. g*) Nempe *Tranſact. Anglican. Hiſt. et Mémoir. de l'Acad. des Scienc. de Paris, Journal de Médecine de M.* VANDERMONDE, *Giornale Medico di Venezia, Novelle Letterar. del* LAMI, *Avviſi ſulla ſalute umana del Sig. D.* LVIGI TARGIONI, *Raccolta d'Opuſcoli medico-pratici, e fiſico-medici* DELLO STESSO, *Giornale Medico di Firenze, Magazzino toſcano del Sig.* MANETTI, *Comment. de reb. in med. et ſcient. natur. geſtis, Lipſ. etc.*

Prognosis.

§. XX.

Externus tutior interno. Jam vero quod attinet ad prognosin, generaliora quaedam non praetermittam, quae animadvertenda videntur. Dolor, qui exteriores capitis partes tenet, vt minus periculi habet, sic etiam facilior curatu est: contra qui interiores. *Signa mali praesagii.* Timendum enim est, ne posterior in coecitatem, neruorum distentionem, aut rigorem, insaniam, phrenitidem, epilepsiam, memoriae jacturam, apoplexiam, sphacelismum, abscessum, et mortem terminetur. Serosus, et pituitosus simplex, diuturnus quidem est, sed minus plerumque periculosus, nisi internas cerebri partes laedat. Malum significat febri acutae superueniens, si cum vrina tenui, et pellucida, quae prius crassa, et sedimentosa fuerit, copuletur; itemque si senescentibus, aut ex angina discussa, aut citius recedente, repente *a*) superueniat. Ad cerebrum enim morbidam ferri materiem, phrenitidemque imminere, certum indicium est. Tristia etiam minatur, si ex acuto, vehementique mitior statim euadat, aut cesset, nulla euacuatione critica, aut imminutione reliqui morbi praegressa, aut subsequente. Sentiendi enim facultatem exstingui, gangraenamque inchoari, comperimus.

a) AVCTOR *Coac. Praenot. n.* 372. *edit. Lindenianae Lugd. Batav.* 1665., quam, vbi loci Hippocratici mihi indicandi sunt, plerumque sequor.

§. XXI.

Alia signa mala. Perniciosum quoque est in capitis dolore frequenter vomere, praesertim aeruginosa, et cum surditate vigilare *a*), quod de idiopathico intelligatur velim. Tum enim vomitus sympathicus est,

tracto

tracto in consensum per vagum neruorum par ventriculo, atque abdomine. Vbi hoc euenit, cito, et vehementer insaniunt. Malum praeterea vtero gerentibus caput dolere, et somno cum grauitate obrui *b*), aut conuelli *c*). Id enim a congesto circa cerebrum sanguine fieri videtur. Pessimum vniversim signum censetur capitis dolor in febre acuta cum prauis aliis notis *d*), vel cum virium exsolutione ex rigore, aut cruentis vrinis *e*), vel cum vocis defectione, siue aphonia, et rigore subinde accedente *f*).

a) *Prorrhet. I.* *b*) *Ibid.* *c*) *Coac. n.* 517. 534. d) *Coac. n.* 160. *Praenot. n.* 129. *e*) *Coac. n.* 22. 28. *f*) *Ibid. n.* 255.

§. XXII.

Signa lethalia.

Qui *ex rigore*, inquit Auctor Coacarum praenotionum *a*), *valde frigent cum capitis, et ceruicis dolore, aphonia, et tenui sudore, ii vbi vires resumserint, ac se veluti recollegerint, moriuntur.* Idem perniciose habere tradit eos, qui capite dolent cum leui aliqua surditate, manuum tremore, ceruicis dolore, et nigras emittunt vrinas, ac densas, si nigra quoque vomitu effuderint. Mortiferum demum reputatur *b*), in capitis dolore quaedam ante faciem obuersari, frustra muscas venari, et festucas legere, et floccos de vestibus carpere, et de pariete paleas detrahere.

a) *Coac. n.* 1. *b*) *Praen. n.* 17.

§. XXIII.

Signa boni praesagii.

Teste HIPPOCRATE, *caput laboranti, et circumcirca dolenti pus, aut aqua, aut sanguis effluens per nares, aut per os, aut per aures soluit morbum a*). Nolim tamen id perpetuum credas, et nunquam fallere. Tanta interdum interior laesio est, vt tali

euacuatione tolli nequeat; quod non femel obferuauimus. Liberat quoque vlcerum eruptio, interdum et fomnus, et alui fluxus, aut fputa craffa, et inodora *b*), itemque vrinae craffae, et veficae difficultas *c*), aut abfceffus ad inferiora *d*). Conuulfiuus capitis dolor, itemque fympathicus ex ftomacho, vtero, aliifue partibus plerumque diuturnior eft. Interdum tamen, etfi faepe per vices redeat, fomno, quiete, et abftinentia intra viginti et quatuor horas mitefcit. Qui hemicraniis frequenter obnoxii funt, faepe aetatis mutatione, imminuta videlicet fenfibilitate, et firmata folidarum partium cohaerentia, quam plurimum leuari confueuerunt. Hemicraniae vero periodicae, matutinis praefertim horis, vt dixi, reuertentes, plerumque intra octo, aut nouem, vel quod longiffimum eft, intra quatuordecim dies fponte foluuntur.

Quid de conuulfiuo dicendum?

Quid de hemicraniis?

a) *Aphorifm.* 10. *fect. VI. De judicat. n.* 81. *b*) *Coac. n.* 172. *c*) *Coac. n.* 170. *Praedict. I. n.* 152. *d*) *Praenot. n.* 129. *Coac. n.* 160.

Curatio.

§. XXIV.

Sanguinis miffio.

Curatio cauffarum diuerfitati aptanda eft. Vbi a copia fanguinis, aut ejus congeftione, aut a phlegmone, aut ab incitatiori febris motu morbus eft, fanguinem mitti oportet liberali manu, et lato vulnere ex brachiis, pedibufque, habita femper temperamenti, habitus, aetatis, fexus, et virium ratione. Si id non leuarit, vena frontis, aut jugularis *, imo arteria temporum incidi poterit. Arteriotomen autem in contumaciori malo jam ante ducentos annos GESNERVS *a*), et DOLAEVS *b*) tamquam vfu comprobatam commendarunt, eamque nuperiorum experientia extollit. Cucurbitulae etiam

Iugularium fectio, et arteriotomia.

etiam dorſo, ſcapulis, collo vtiliter admouentur tam ſcarificatae, quam ſiccae, itemque occipiti, aut hirudines temporibus, et pone aures c), aut naribus, quin etiam haemorrhoidibus, praeſertim in hypochondriacis, aut haemorrhoidum, et menſtruorum fluxu imminuto, aut ſuppreſſo laborantibus. Praeſtantiſſimum vero eſt ſanguinem e naribus euocare fotu, aut vapore aquae calentis, aut immiſſo calamo ſcriptorio in acutam aciem extenuato, et multifariam inciſo, vt vulneret; quod in primis conuenit, ſi ſuppreſſa narium haemorrhagia cauſſam dolori dederit. Depletis autem vaſis aluus lenientibus medicamentis, ſed iterato ducenda eſt, balneiſque pedum tepidis, aut cataplaſmatis, quae molliunt, aut quae ſinapis ſemen habent, atque irritant, ſanguinis curſus a capite quam maxime auertendus.

Cucurbitulae. Hirudines. Qua ratione ſanguis e naribus euocetur. Reuellentia.

*) Solent Chirurgorum non pauci, quando venas jugulares ſecare jubentur, injecto collo vinculo ſanguinis a capite reditum retardare, vt venae intumeſcant. Sed hoc capitis morbis nocumento eſt. Curandum igitur, omiſſo vinculo, vt manu paullo ſupra clauiculam poſita, et capite poſterius reclinato, vena jugularis comprimatur; ſic enim intumeſcet ſola, et apta ſectioni fiet, quin caput quidquam mali patiatur.

a) TISSOT. *Epiſtol. varii argument. de cephalaea p.* 185. *edit. venet.* b) *Miſcellan. N. C. ann. VI. obſerv.* 60. *p.* 90. c) *Ibid. obſerv.* 8. *et* 90.

§. XXV.

Quando ſeroſa colluuies, aut pituita in cauſſa eſt, hanc ſoluere, euacuare, et reuellere oportet. Sanguinis miſſio hic locum non habet, niſi cum vaſorum euidenti plenitudine, quod interdum incidit, conjuncta fuerit. Sed tum parciori manu, et magna prudentia detrahendus ſanguis eſt; ne plus damni, quam emolumenti conſequatur. Minus difficulta-

Curatio doloris a ſeroſa cauſſa.

tis habent cucurbitulae scarificatae scapulis apposi-
tae, vtpote quae facilius feruntur, et serum simul
Cathartica, hydragoga. cum pauco cruore sine noxa subducunt. Opportuniora sunt cathartica, et speciatim hydragoga, subinde iterata, cujusmodi habentur ialapium, scammonium, sales medii, et subamari, vti anglicus, mutinensis, carolinus, itemque porrectanus, atque his affines, senae folia, agaricum, pilulae de hermodactylis, de succino CRATONIS, tartareae, aut hydropicae BONTII, rhabarbarum cum manna, *Incidentia, et diuretica.* mercurius dulcis, et hujus generis alia. Incidunt, resoluunt, et per vrinae vias serosi humoris copiam exturbant gummi ammoniacum, radices ari, et scillae, aselli, juniperi baccae, liquor cornu cerui succinatus, terra foliata tartari, et demum vinum ex genistae cineribus medicatum. Interponi his possunt diluta plantarum cephalicarum, vti saluiae, betonicae, majoranae, rorismarini, radicis valerianae syluestris, paeoniae, angelicae, atque aliarum ejusmodi. *Decocta sudorifera.* His non proficientibus, ad sudorifera demum transeundum est, quorum vsum ad longum tempus producere necesse plerumque est. Inter haec excellunt decocta ligni guajaci, juniperi, buxi, visci quercini, sassafras, radicum sarsaeparillae, bardanae, chinae, smilacis asperae, et similium. Decocto saponariae feliciter vsi fuisse non nulli summi viri dicuntur. Reuellunt, et simul euacuant vesicantia, setacea, et fonticuli, praesertim posteriori ceruici impositi *a*), fricationes, atque alia hujus generis pluries jam memorata. Et quod attinet ad vesicantia, haec in contumaciore malo post vniuersalia auxilia, opportunasque euacuationes loco in primis dolenti, imo vniuerso capiti deraso admouenda jubent neoterici, et prae ceteris Anglorum plerique, vt praesentissimum remedium reuellens, discutiens, euacuans, doloremque mirifiee tollens.

Quod

Quod remedii genus nec nouum est, nec nobis inusitatum, cum jam LVDOVICVS SEPTALIVS adhibere illud, et commendare solitus *b*) fuerit. Haec vero nec cuncta simul coaceruari, nec singula indiscriminatim, nec in omnibus sine prudenti delectu adhiberi debent. Naturam cujusque aegrotantis, et temperiem, et habitum, et aetatem, et regionem, et morbi caussam, et gradum, et multa alia indicantia, aut prohibentia peculiaria, et propria inspicere oportet, vt recte iis vtamur. Quae sane res medicum sapientem, atque exercitatum exposcit. Neque his contentus ipse fuerit; nam depulso etiam per ista morbo, interdum homo ita languet, et in cachexiam propendet, vt chalybe, et cortice peruuiano firmari debeat.

a) CAROL. PISO *de scrof. colluv. sect.* 2. *P. I. cap. I.* p. 42. 43. VAN SWIETEN §. 396. *b*) *Animadv. et caution. medic. l.* 6. *p.* 141. vbi haec habet: *Sed cum cutis capitis crassior sit, quam vt liberum humori aditum concedat, neque vlla sensu patens fiat euacuatio humorum, ego saepissime expertus sum, praestare derasis capillis vesicantia imponere aut parti dolenti, aut toti etiam capiti; sic enim attracta ad externa materia euacuatur, maxime ea, quae tenuior est, et calida, et acris; vix enim, etiam si diuturnus dolor a crassa materia fiat, fieri potest, vt vehementia doloris adsit, nisi portio aliqua illius humoris admixta sit.*

§. XXVI.

Abstinentia, alui ductione, aut vomitu curandus dolor est, quem crapula, aut repletio induxit. Eccoproticis, stomachicis, et roborantibus vti conuenit, si primae coctionis vitium morbo occasionem dederit. In hoc casu emesim etiam proponere non dubitat ANTONIVS FELICIVS, Medicus apud Picentinos non incelebris *a*). Decoctum fabarum caffe vt praesentissimum remedium a BAGLIVIO *b*) praedicatur aduersus capitis dolores, qui vitio stomachi male

Dolor capitis a stomacho. *Eccoprotica.* *Emetica.* *Potus caffe.*

Piperis vſus. male digerentis pomeridianis horis accedunt. Binos homines hemicrania ex ſtomachi imbecillitate laborantes liberauit LANGIVS *c*) datis jejuno ventriculo quouis mane ad octiduum piperis integri granis duodecim, et deſuper propinato aquae frigidae *Aquae medicatae.* ſcypho. Ego vero non ſemel miros effectus a potu aquarum medicatarum, in primis acidularum martialium, editos vidi in hac mali ſpecie.

a) *Diſſertat.* 4. *b*) *De capit. affect. in acut. in ejus prax.* *c*) *Miſcell. veritat. faſc.* 1. *p.* 68. 69.

§. XXVII.

Curatio hemicraniae periodicae. Cum hemicrania periodice ſingulis diebus ad ſtatas horas redit, abitque; febrem quotidianam laruatam, vt dixi (§§. II. XVII.), propemodum aemulatur. Reapſe videtur eſſe febris partialis, et topica, vt vocatur BALLONIO, quia pars dolore affecta non ſolum vehementiſſime dolet, ſed etiam calet; arteriaeque temporum validius, et crebrius mouentur, eo ferme modo, quo in febre accidit. Nec rarum eſt, a leui frigore, aut horrore acceſſionem incipere, quamquam in reliquo corpore arteriae placide ſuos motus obeant. Hanc poſt ſanguinis miſſionem, atque alui blandam, repetitamque ductionem, quae ſaepiſſime vitari nequit, ſi ſponte non ceſſerit, feliciſſime tollit cortex peruuianus largiori manu ſumtus. Non raro antequam ſanguinis copia imminuta fuerit, et primae viae expiatae, immature datus effectu ſuo caruit. Interdum hemicrania adeo pertinax eſt, vt, niſi ſecta arteria temporali, abigi *a*) nequeat. Plerumque tamen ſufficit poſt vnam vel alteram phlebotomiam in plethoricis, et diatheſi inflammatoria laborantibus jugularem venam incidere, cujus ſummam vtilitatem in hoc affectu nedum antiquiſſimi medici, verum etiam nuperiores, et praeſertim CAROLVS RI-

CHA

ſA Taurinenſis celebrarunt *b*). Hic ipſe parem ope effectum ex hirudinibus temporibus applicisſe obtinuiſſe teſtatur.

a) PROSP. ALPIN. *Medicin. Aegypt. l. 2. cap.* 12. *et* DWIG. *Comment. de reb. in ſcient. natural. et medicin.* ſt. *Vol.* 3. *p.* 535. *b*) *Conſtit. Taurin. alter. p.* 79.

§. XXVIII.

Aperientia, emmenagoga, anthyſterica expoſtu- *Aperientia, emmenagoga quando conveniant?* at dolor is, qui ab obſtructis viſcerum abdominalium, vterique vaſis, aut ab hyſteria, aut hypochondriaſi ſimili ex cauſſa progenita dependet. Anthel- *Anthelminthica vbi?* minthicis vero ille oppugnandus eſt, quemadmodum ſuo loco docebimus, ſi lumbrici, aliiue inteſtinorum vermes eum promouere videantur. Nerui- *Paregorica.* na porro non praetermittantur, et ſedantia, vt quae opium habent, vbi ſpaſmi ſe ſe prodant, et nimia ſit neruorum ſenſibilitas. Hinc laudantur pilulae hyſtericae Antidotarii Bononienſis, triphera magna cum opio, diaſcordium Fracaſtorii, theriaca Andromachi, philonium romanum, mithridatium Damocratis, laudanum nepenthes Quercetani, liquidum Sydenhamii, extractum opii gummoſum Baumaei, caſtoreum, moſchus, camphora, ſal volatile, et ſpiritus ſuccini, oleum ejuſdem, atque alia id genus. BAGLIVIVS proponit puluerem de *gutteta* RIVERII ad drachmae *a*) pondus cum decocto primulae veris, quem tamen a multis inanibus, inutilibuſque rebus expurgatum hodie cuperent Medici ſapientiores, ne earum cauſſa, vti virium medicarum expers, rejiciendus eſſet. In vniuerſum temperatiora *Animaduerſio.* deficatis, ſenſibilioribuſque accommodentur; quibus etiam, ſi rigidiori, et ſicciori fibrarum natura donentur, balnea tepida, et largior aquae puriſſimae potatio conueniunt. Contra vbi fibrarum laxitas, aut languor peccat, vti in temperamentis pituitoſis,

habitu

habitu cachectico, paralysi, somnolentia, memoriae, et sensuum imminutione, praestant ea, quae blanda aromatica virtute pollent, quae leniter et stimulant, quae roborant, imo etiam, quae extrinsecus imposita rubefaciunt et vesicas eleuant *b*).

a) *De dolor. capit. in genere.* *b*) HOFFMANNVS *Med. systemat. T.* 3. *Sect. I. cap. V.* §. 45.

§. XXIX.

Dolor a sero acri quomodo tractandus. *Refrigerantia.* *Lac.* *Hippocratis monitum explicatur.*

Serosus humor, tenuis tamen, atque acer, qualis est, quem veteres salsum, aut biliosum vocabant (§. XIII.), si alicubi constiterit, haeseritque, et *dolorem calidum* (§. III.) inferat, decocta herbarum refrigerantium, serum lactis, et lac ipsum requirit, neque hoc in casu quidquam obstat HIPPOCRATIS *auctoritas*, lac caput dolentibus noxium asseuerantis; nam hoc monitum intelligi, vt ego quidem arbitror, de eo debet capitis dolore, qui a laesa ciborum coctione, ventriculique acida cruditate originem trahit.

Dolor a nimia sensibilitate quid postulet.

Hanc quoque medendi rationem imperandam arbitror in ea doloris specie, cui neruorum nimia sensibilitas, atque ataxia ex leui quauis caussa obnoxia esse consueuit. Neque tunc aliena habeantur opium *), laudanum liquidum SYDENHAMII, syrupus de meconio ejusdem, et reliqua, quae supra (§. XXVIII.) memoraui. Quod si quae opium continent, et somnifera sunt, non bene ferantur, vt interdum **) euenit, aut alia ibi proposita male cedant, iis substitui tuto possunt liquor anodynus mineralis HOFFMANNI, aether vitrioli, spiritus antepilepticus PEZOLDTI, emulsa ex seminibus frigidis majoribus, et papaueris albi, aqua destillata ex floribus violarum, et papaueris rhoeados, vel nucum viridium cohobata, quibus blanda, et mira inest vis anodyna, et sedans.

*) Cum magna suspicio est *sensus acuitatis*, vt leui de caussa

nisa oriatur capitis dolor, qui ob eam *acutiem* ingens fit, narcotica confugiendum jubet BALLONIVS *Epid.* 2. *et* *fil.* I. *et* 43. *lib.* 3. ex BONETI recensione.

**) Saepissime in foeminas, aut viros incidimus, qui- is ob peculiarem idiosyncrasiam loco quietis, et somni nxietates, aestum, vertigines, ruborem faciei, nauseam, igilias opium procreat. His igitur danda potius sunt ano- yna, cujusmodi ea profecto sunt, de quibus supra memini. oui virginem vestalem, cui duo, vel tria moschi grana tilius dabantur; et foeminam aliam, quae somno non uebatur, nisi fumo singulis noctibus exiguo cochleari piritus antepileptici FREOLDTI ex haustu aquae frigidae.

§. XXX.

Quaenam auxilia opem ferant dolori capitis, quando aliorum morborum symptoma (§. III.) est, non attinet dicere, cum iis apta curatione deinctis ipse etiam tollatur. Ad eum tamen, qui luem ve- neream sequitur, profligandum decocta lignorum sudorifera passim proponuntur. Quibus si antimo- nium crudum addatur, eo valentiora euadere cre- duntur. MALPIGHIVS, vt a Cl. BECCARIO accepi- mus, tanti faciebat decoctum ex lignis vulgo di- ctum, et ex putaminibus nucum, vt eo contuma- cissimas lues venereas, quae mercurii vim eluse- rant, saepius a se curatas testari solitus *) esset. Quod tamen non ita tenendum crediderim, ac si nunquam istiusmodi remedium spem fallere posset. Nam accidit quandoque, vt illud frustra detur; quod vbi contingit, et certa luis venereae non de- sint indicia, ad hydrargyrosin, tamquam effica- cissimum praesidium, properandum profecto est. *Symptomatici curatio.*

*) *Decoctum antiuenereum* M. MALPIGHII.

Rec. Antimon. crud. contus. et nodulo inclus. vnc. IV. Rad. sarsaeparill. elect. et incis. vnc. iij. Putam. nuc. virid. vnc. iij. M. Infund. per h. XXIV. in aq. font. lib. viij. super ciner. calidos. Deind. decoq. ad tert. part. consumt. Col. colat. vnc. viij. dentur ter in die per dies XX. aut XXX. non omisso decocto secundario pro potu ordinario.

§. XXXI.

§. XXXI.

Quae curatio conueniat dolori a vermibus sinus frontales occupantibus.

Si de vermibus suspicio oboriatur, nares, a... nus frontales, aut subcutanea alia loca incolenti... ii vapore humido, atque errhinis illinc elici... sunt, aut suffimentis ex *tabaci* foliis, et camp... rae puluere crematis enecandi. Puluere *tabac*... nares attracto vermis expulsus est, vt narrat... LITTRII fide CAMERARIVS *a*). In hunc finem... mus a VOGELIO *b*) proponitur naribus, atque... hiante excipiendus, ex foliorum absinthii, ma... bii, betonicae, florum centaurii minoris, singu... rum drachmis duabus, radicis angelicae, zedoari... succini, singulorum drachma vna, antimonii cr... vncia dimidia in puluerem redactis, et bene com... mixtis, carbonumque igni inspersis.

a) *Differt. epistolar. XII.* *b*) *De cognoscend. et curand. morb.* §. 420.

§. XXXII.

Topica remedia.

Praeterea non hic reticenda sunt ea, quae extrin... secus sedando dolori admoueri solent. Epithemat... ex aqua rosarum, aut florum sambuci, et ace... fronti applicata, siue tepida, siue frigida, calorem... compescunt, discutiunt, reprimunt, et motum san... guinis quodammodo temperant. Temporibus com... mode, praesertim in dolore conuulsiuo, et spastico... illinitur vnguentum *populeon*, aut aliquid opii cum... camphorae, et croci tantillo in aqua reginae Hun... gariae solutum; aut aether vitriolicus, qui dolorem... sopit, et calorem imminuit. Verbenae succus, aut... herba ipsamet contusa, et dolenti loco imposita... cuicunque doloris caussae prodesse creditur, qua... *specifica* esset. In nares etiam indi, atque attra... cum magna leuaminis spe tincturam aliquam an... dynam, aut *balsamum vitae* HOFFMANNI *), a... spiritum vini camphoratum iubent non nulli; ...

eni

enim a neruis olfactoriis proxime delinitis reliquos quoque vim medicamenti persentire, non alienum ratione putant. Vniuersim vtilissime dolens locus calida, aut lacte tepenti, aut cineribus sacculo inclusis foueri potest. In hemicraniis periodicis, ante accessum aliquot horis, ad eum anteuertendum soleo theriacam cum galbano, et camphora, addito aceti momento subactam temporibus, et siqui frontali super dare. Resoluit enim, discutit, et sensum imminuit, vnde saepe tolerabilior, et mitior accessio succedit.

*) *Balsamum vitae* HOFFMANNI.
Rec. Ol. destillat. Lauendul.
Majoran.
Caryophyll.
Macis
Cinnamom. an. scrup. j.
Rutae
Succin. alb. an. scrup. sem.
Citri e cortic. express. scrup. j.
Ambr. gryseae scrupul. sem.
Olea cum ambra, et balsami peruuiani scrupulo vno misceantur, atque in spiritus vini rectificatissimi vnciis decem soluantur. Intern. datur a gutt. X. ad XX. ad nauseam, ad colicam, ad diarrhoeam. Extrinsecus ad roborandas, firmandasque partes.

§. XXXIII.

Silentio hic praeteriri non debet curatio, quam raro exemplo, magnoque ausu tentauit celeberrimus TISSOTIVS saeuissimae, et diuturnae cephalaeae in virgine triginta annorum, alioquin sana, et robusta, vt ruricolae esse solent *a*). Sedes autem, qua dolor acerbius saeuiebat, erat *angulus internus posticus ossis parietalis dexteri*, spatiumque occupabat, quale *asse texisses*. Vna vero *consentiebat totum anterius caput*. Nihil ei profuerant venae sectiones, nihil arteriotome, nihil balnea pedum tepida, *Historia rarae curationis.*

pida, nihil immersio totius corporis in frigida, nihil aquae gelidae stillicidium, nihil opium, nihil setaceum. Leuamen tantummodo, sed breue p ceperat, ex *cruentis cucurbitulis dolenti applicata p ti; paullulum diuturnius ex larga suppuratione, qua excitarunt cantharides capiti impositae.* Dolore istum esse *externum* conjecit vir acutissimus, cu que nihil *infra cutim, et musculos* esse cogitar *quod dolere posset, locum dolentem lato vulnere ad vsque* crucis in modum *incidi* curauit, *vt disc neruis cutaneis, aut musculosis* sensus deleretur. I eo momento, quo sectio peracta est, dolor euanuit, et longa suppuratione inducta, etiam qui anterius caput affligebat, paullatim cessauit *). Verum nemo, nisi qui tanti viri acre judicium, et anatomes penitioris scientiam possederit, audebit ad ejusmodi chirurgiam se conuertere. Fortasse dato intrinsecus lignorum, vt vocant, decocto, extrinsecus vero litu mercuriali prudenter adhibito haerens morbi caussa dimoueri, resoluique simili in casu posset, quin immiti, ancipitique experimento opus sit. Saepe pertinax doloris fixi natura, et loci affecti ratio, sagaxque omnium rerum examen ad simplicem hanc, et simul efficacem medicinam, etiam vbi nulla luis venereae suspicio subesset, non sine boni exitus laude viam Clinicis aperuere.

a) *Epist. med. var. argum. p. 185. ed. Venet.*

*) Huc quodammodo referenda est obseruatio GAVASETTI (*De cauter. c. 3.*) Dolor capitis perpetuus et sympathicus ex contuso pollice erat. Pollice audacter inusto cessauit. Vid. HALLER. *Elem. Physiolog. T. 4. lib. X. sect. VII.* §. XXIII.

§. XXXIV.

Diaeteticum regimen.

Postremo hoc vnum addam, antiquissimis medicinae proceribus opportunissimum generatim visum esse, in quouis capitis dolore abstinere a cibo, aquam

bibere

bibere, caput tondere ad cutim; in eo, qui a causſa calida ſit, aqua frigida multa caput perfundere, vel roſam, et acetum ex aqua imponere; ſi vero frigus nocuerit, aut tenax, craſſusque humor reſolui debeat, caput calida fouere, perfricare, aut ſtillicidio ſubmittere, deinde oleo calido inungere, et veſte operire; pedes in balneum tepidum demittere, et nares errhinis purgare, ſaliuam apophlegmatizantibus prolicere, aluum ſubducere, et ſinapi, aut cantharidibus, aut ferro candenti vlcera, vnde morbo exitus paretur, excitare *a*). Docuit etiam magiſter vſus in diuturno, et confirmato capitis dolore interdum licere balnea frigida experiri, neque inutile eſſe capillos in illis, qui raſo capite erant, alere, et saepius pectere; quo auxilio ab aſſidua cephalaea liberatum vidi nobilem virum aetate florentem, habitu pituitoſo, et obeſo praeditum, mihi amiciſſimum. Praeterea magni intereſt in doloribus capitis pedes velare, caputque attollere; quae animaduerſio etiam ad prophylaxin, praeſertim literarum ſtudioſis, perneceſſaria eſt.

a) *Vid.* CORNEL. CELS. *l. IV. cap.* 2. *n.* 5. *ad* 160.

CAPVT II.

DE HYDROCEPHALO ET SPINA BIFIDA,

SIVE

AQVEO SPINAE TVMORE.

§. XXXV.

PROXIME venit ὑδροκέφαλον, quia ſaepe id cum capitis dolore conjungitur, aut a paribus cauſſis dimanat. Sic olim appellatum fuit morbi genus, in quo caput humore aqueo turget, intumeſcit, et prementi digito facile cedit. Hodie vero vno hoc *Hydrocephalon.* *Definitio.*

pida, nihil immersio totius corporis in frigid… nihil aquae gelidae stillicidium, nihil opium, n… setaceum. Leuamen tantummodo, sed breue p… ceperat, ex *cruentis cucurbitulis dolenti applicatis* … *ti; paullulum diuturnius ex larga suppuratione, qu… excitarunt cantharides capiti impositae.* Do… istum esse *externum* conjecit vir acutissimus, e… que nihil *infra cutim*, *et musculos* esse cogita… *quod dolere posset*, *locum dolentem lato vulnere* … *vsque* crucis in modum *incidi* curauit, *vt dis… neruis cutaneis*, *aut musculosis* sensus deleretur. … eo momento, quo sectio peracta est, dolor euan… et longa suppuratione inducta, etiam qui antea … caput affligebat, paullatim cessauit *). Verum … mo, nisi qui tanti viri acre judicium, et anatom… penitioris scientiam possederit, audebit ad ejusmod… chirurgiam se conuertere. Fortasse dato intrinsecus lignorum, vt vocant, decocto, extrinsecus vero litu mercuriali prudenter adhibito haerens morbi caussa dimoueri, resoluique simili in cas… posset, quin immiti, ancipitique experimento op… sit. Saepe pertinax doloris fixi natura, et loci … fecti ratio, sagaxque omnium rerum examen ad sim… plicem hanc, et simul efficacem medicinam, etiam vbi nulla luis venereae suspicio subesset, non sine boni exitus laude viam Clinicis aperuere.

a) *Epist. med. var. argum. p.* 185. *ed. Venet.*

*) Huc quodammodo referenda est obseruatio GAT… SETTI (*De cauter. c.* 3.) Dolor capitis perpetuus et s… pathicus ex contuso pollice erat. Pollice audacter ins… cessauit. Vid. HALLER. *Elem. Physiolog. T.* 4. *lib.* X. s… *VII.* §. XXIII.

§. XXXIV.

Diaeteticum regimen. Postremo hoc vnum addam, antiquissimis medicinae proceribus opportunissimum generatim vis… esse, in quouis capitis dolore abstinere a cibo, aq… bibe…

bibere, caput tondere ad cutim; in eo, qui a cauſſa calida ſit, aqua frigida multa caput perfundere, vel roſam, et acetum ex aqua imponere; ſi vero frigus nocuerit, aut tenax, craſſusque humor reſolui debeat, caput calida fouere, perfricare, aut ſtillicidio ſubmittere, deinde oleo calido inungere, et veſte operire; pedes in balneum tepidum demittere, et nares errhinis purgare, ſaliuam apophlegmatizantibus prolicere, aluum ſubducere, et ſinapi, aut cantharidibus, aut ferro candenti vlcera, vnde morbo exitus paretur, excitare *a*). Docuit etiam magiſter vſus in diuturno, et confirmato capitis dolore interdum licere balnea frigida experiri, neque inutile eſſe capillos in illis, qui raſo capite erant, alere, et ſaepius pectere; quo auxilio ab aſſidua cephalaea liberatum vidi nobilem virum aetate florentem, habitu pituitoſo, et obeſo praeditum, mihi amiciſſimum. Praeterea magni intereſt in doloribus capitis pedes velare, caputque attollere; quae animaduerſio etiam ad prophylaxin, praeſertim literarum ſtudioſis, perneceſſaria eſt.

a) *Vid.* CORNEL. CELS. *l. IV. cap.* 2. *n.* 5. *ad* 160.

CAPVT II.

DE HYDROCEPHALO ET SPINA BIFIDA,

SIVE

AQVEO SPINAE TVMORE.

§. XXXV.

PROXIME venit ὑδροκέφαλον, quia ſaepe id cum capitis dolore conjungitur, aut a paribus cauſſis dimanat. Sic olim appellatum fuit morbi genus, in quo caput humore aqueo turget, intumeſcit, et prementi digito facile cedit. Hodie vero vno hoc *Hydrocephalon.* *Definitio.*

nomine plures morbi cum ſede, tum effectis diſcrepantes comprehendi ſolent, in quorum aliquo nullus interdum exterior tumor apparet. Singulis autem commune eſt ab aliqua aquae, ſiue lymphae coaceruatione oriri. Haec vel inter cutem, et pericranium, vel inter pericranium, et caluariam, vel intra cranii cauum effuſa colligitur. Poſtremum contingit duplici ratione, nimirum vel oſſibus cranii diductis, quod foetibus, et pueris fere accidit; vel iis minime diductis, quod conſiſtentis aetatis praeſertim proprium eſt; quamquam non diffiteor, exempla ſuppetere adultorum, et ſenum, quibus interdum oſſa cranii morbo diducta hiarunt. Id mali RAMAZZINIO, atque HAMBERGERO medicinae profeſſoribus vndecunque praeclariſſimis diuturno, et vehementi capitis dolore diſcruciatis obueniſſe ferunt.

Differentiae.

§. XXXVI.

Diuiſio in externum, et internum. *Deſcriptio externi.*

Hinc prima Hydrocephali diſtinctio ducta eſt in *externum*, et *internum*. In externo, ſi humor primo loco (§. XXXV.) congeritur, *tumor*, inquit Cl. PLATNERVS, *ad immanem magnitudinem increſcit*, et per cutim *vt in vitro*, *aut cornu* humorem translucidum oculis ſpectandum exhibet: ſi altero (§. *eod.*), quod rarius euenit, *caput non adeo intumeſcit*, *ſed preſſum ſicut vter impletus*, *atque arcte conſtrictus renititur* a).

a) *Inſtitut. chirurg.* §. 745.

§. XXXVII.

Internum duplex. *Primi deſcriptio.*

Interni duplex genus ſtatuitur, vt ſupra (§. XXXV.) jam dixi, quorum alterum ex interno, et externo quaſi compoſitum dixeris; quia in eo aqua cerebri interiora ita replet, et diſtendit, vt oſſa etiam cranii extrorſum vrgeat, ſuturas diducat, ſic vt dehiſcant,

ſcant, et tandem exterius profuſa ingenti ſe prodat capitis tumore: idque praecipue in foetibus factum eſſe videtur, qui cerebro carere viſi ſunt profecto-ribus: viſi, inquam, ſunt; non enim, eos cerebro ab initio vere caruiſſe, Cl. MORGAGNIVS putat, ſed potius cerebrum ab aqua paullatim ita maceratum, diſſolutum, liquatumque, vt per aliquod foramen, puta occipitis, ſiue ſpinae, demum effluxerit; quod ſane multo probabilius videtur.

§. XXXVIII.

Deſcriptio alterius.

Alterum vero, cum ſine oſſium cranii diuulſione fiat, nec vllo exteriori tumore manifeſtum ſe reddat, non apud omnes hydrocephali nomen obtinuit. Namque non deſunt, qui exiſtiment, vbi *caput* non tumeat, ibi hydrocephalon eſſe non poſſe. Plerique tamen, inter quos MORGAGNIO principem locum damus, non dubitandum *a*) cenſent, quin huic quoque malo idem nomen apprime conveniat: nam, cum multa aqua intra cranium ſenſim coaceruetur, et quotidie magis magiſque excreſcat, ſi huic cedere, vt in tenellis, oſſa poſſent, euidentiſſimum eſt, tumorem capitis exterius etiam proditurum eſſe; quia pleraeque cauſſae ex iis, propter quas in tenerorum infantum cranio aqua contrahitur, eaedem prorſus in adultis exiſtunt, ob quas in horum capite cumulatur *). Iſtud autem hydrocephali interni genus diſtingui poteſt in acutum, et chronicum; prius illud appello, quod celeri curſu, et cum febre non leui ad mortem properat; poſterius, quod lento paſſu, et ſine febre, aut leuiſſima, et vix ſenſibili enecat.

a) *De cauſſ. et ſedib. morb. etc. Epiſt. XII. n.* 3.

*) De hydrocephalo legendus IO. RVD. ZWINGERVS, qui in *Actis Heluetic. Vol. I. c. I.* non ſolum illius exempla collegit, ſed etiam diligenter, et ordinate inter ſe comparauit.

Piperis vsus. male digerentis pomeridianis horis accedunt. Bin[a] homines hemicrania ex ſtomachi imbecillitate lab[o]rantes liberauit LANGIVS *c*) datis jejuno ventric[u]lo quouis mane ad occiduum piperis integri gran[is] duodecim, et deſuper propinato aquae frigida[e] *Aquae medicatae.* ſcypho. Ego vero non ſemel miros effectus [in] potu aquarum medicatarum, in primis acidularu[m] martialium, editos vidi in hac mali ſpecie.

a) *Diſſertat.* 4. *b*) *De capit. affect. in acut. in ejus prax.* *c*) *Miſcell. veritat. faſc.* 1. *p.* 68. 69.

§. XXVII.

Curatio hemicraniae periodicae. Cum hemicrania periodice ſingulis diebus ad ſta[tu]tas horas redit, abitque; febrem quotidianam larvatam, vt dixi (§§. II. XVII.), propemodum aemulatur. Reapſe videtur eſſe febris partialis, et topica, vt vocatur BALLONIO, quia pars dolore affecta non ſolum vehementiſſime dolet, ſed etiam calet; arteriaeque temporum validius, et crebrius mouentur, eo ferme modo, quo in febre accidit. Nec rarum eſt, a leui frigore, aut horrore acceſſionem incipere, quamquam in reliquo corpore arteriae placide ſuos motus obeant. Hanc poſt ſanguinis miſſionem, atque alui blandam, repetitamque ductionem, quae ſaepiſſime vitari nequit, ſi ſponte non ceſſerit, feliciſſime tollit cortex peruuianus largiori manu ſumtus. Non raro antequam ſanguinis copia imminuta fuerit, et primae viae expiat[ae], immature datus effectu ſuo caruit. Interdum [he]micrania adeo pertinax eſt, vt, niſi ſecta art[eria] temporali, abigi *a*) nequeat. Plerumque tam[en] ſufficit poſt vnam vel alteram phlebotomiam [in] plethoricis, et diatheſi inflammatoria laborantib[us] jugularem venam incidere, cujus ſummam vtili[ta]tem in hoc affectu nedum antiquiſſimi medici, [ve]rum etiam nuperiores, et praeſertim CAROLVS [PISO]

CH

HA Taurinensis celebrarunt *b*). Hic ipse parem rope effectum ex hirudinibus temporibus applicitis se obtinuisse testatur.

a) PROSP. ALPIN. *Medicin. Aegypt. l. 2. cap.* 12. *et* LVDWIG. *Comment. de reb. in scient. natural. et medicin. gest. Vol.* 3. *p.* 535. *b*) *Constit. Taurin. alter. p.* 79.

§. XXVIII.

Aperientia, emmenagoga quando conveniant? Aperientia, emmenagoga, anthysterica expostulat dolor is, qui ab obstructis viscerum abdominalium, vterique vasis, aut ab hysteria, aut hypochondriasi simili ex caussa progenita dependet. *Anthelminthica vbi?* Anthelminthicis vero ille oppugnandus est, quemadmodum suo loco docebimus, si lumbrici, aliiue intestinorum vermes eum promouere videantur. *Paregorica.* Neruina porro non praetermittantur, et sedantia, vt quae opium habent, vbi spasmi se se prodant, et nimia sit neruorum sensibilitas. Hinc laudantur pilulae hystericae Antidotarii Bononiensis, triphera magna cum opio, diascordium Fracastorii, theriaca Andromachi, philonium romanum, mithridatium Damocratis, laudanum nepenthes Quercetani, liquidum Sydenhamii, extractum opii gummosum Baumaei, castoreum, moschus, camphora, sal volatile, et spiritus succini, oleum ejusdem, atque alia id genus. BAGLIVIVS proponit puluerem de *gutteta* RIVERII ad drachmae *a*) pondus cum decocto primulae veris, quem tamen a multis inanibus, inutilibusque [illegible] expurgatum hodie cuperent Medici sapientiores, ne earum caussa, vti virium medicarum expers, rejiciendus esset. *Animaduersio.* In vniuersum temperatiora [illegible], sensibilioribusque accommodentur; quinetiam, si rigidiori, et sicciori fibrarum natura [illegible]tur, balnea tepida, et largior aquae purissimae potatio conueniunt. Contra vbi fibrarum laxitas, aut languor peccat, vti in temperamentis pituitosis,

habitu

habitu cachectico, paralysi, somnolentia, me-
riae, et sensuum imminutione, praestant ea, q
blanda aromatica virtute pollent, quae leniter
stimulant, quae roborant, imo etiam, quae ext-
secus imposita rubefaciunt et vesicas eleuant *b*).

a) *De dolor. capit. in genere.* *b*) HOFFMANNVS
systemat. T. 3. *Sect. I. cap. V.* §. 45.

§. XXIX.

Dolor a sero acri quomodo tractandus.

Refrigerantia.

Lac.

Hippocratis monitum explicatur.

Serosus humor, tenuis tamen, atque acer, q-
lis est, quem veteres salsum, aut biliosum vocab-
(§.XIII.), si alicubi constiterit, haeseritque, et dolor
calidum (§. III.) inferat, decocta herbarum refrig-
rantium, serum lactis, et lac ipsum requirit, neq
hoc in casu quidquam obstat HIPPOCRATIS aucto-
ritas, lac caput dolentibus noxium asseverantis;
nam hoc monitum intelligi, vt ego quidem arbitro
de eo debet capitis dolore, qui a laesa ciborum co-
ctione, ventriculique acida cruditate originem tra-
hit. Hanc quoque medendi rationem imperan-

Dolor a nimia sensibilitate quid postulet.

dam arbitror in ea doloris specie, cui neruorum ni-
mia sensibilitas, atque ataxia ex leui quauis caussa
obnoxia esse consueuit. Neque tunc aliena habean-
tur opium *), laudanum liquidum SYDENHAMII,
syrupus de meconio ejusdem, et reliqua, quae su-
pra (§. XXVIII.) memoraui. Quod si quae opium
continent, et somnifera sunt, non bene ferantur
vt interdum **) euenit, aut alia ibi proposita mal
cedant, iis substitui tuto possunt liquor anodynu
mineralis HOFFMANNI, aether vitrioli, spiritu
antepilepticus PEZOLDTI, emulsa ex feminibus fri-
gidis majoribus, et papaueris albi, aqua destillat
ex floribus violarum, et papaueris rhoeados, v
nucum viridium cohobata, quibus blanda, et mi
inest vis anodyna, et sedans.

*) Cum magna suspicio est *sensus acuitatis*, vt leui
cau

ssa oriatur capitis dolor, qui ob eam *acutiem* ingens fit, narcotica confugiendum jubet BALLONIVS *Epist.* . *et fl.* 1. *et* 43. *lib.* 3. ex BONETI recensione.

*) Saepissime in foeminas, aut viros incidimus, quis ob peculiarem idiosyncrasiam loco quietis, et somni ietates, aestum, vertigines, ruborem faciei, nauseam, ilias opium procreat. His igitur danda potius sunt anona, cujusmodi ea profecto sunt, de quibus supra memini. oui virginem vestalem, cui duo, vel tria moschi grana llius dabantur; et foeminam aliam, quae somno non ebatur, nisi fumo singulis noctibus exiguo cochleari ritus antepileptici FREOLDTI ex haustu aquae frigidae.

§. XXX.

Quaenam auxilia opem ferant dolori capitis, *Symptomatici curatio.* ando aliorum morborum symptoma (§. III.) est, on attinet dicere, cum iis apta curatione deuictis se *etiam* tollatur. Ad eum tamen, qui luem venereeam sequitur, profligandum decocta lignorum dorifera passim proponuntur. Quibus si antimoium crudum addatur, eo valentiora euadere creantur. MALPIGHIVS, vt a Cl. BECCARIO accepius, tanti faciebat decoctum ex lignis vulgo dium, et ex putaminibus nucum, vt eo contumassimas lues venereas, quae mercurii vim elusent, saepius a se curatas testari solitus *) esset. uod tamen non ita tenendum crediderim, ac si nquam istiusmodi remedium spem fallere posset. am accidit quandoque, vt illud frustra detur; od vbi contingit, et certa luis venereae non deit indicia, ad hydrargyrosin, tamquam efficassimum praesidium, properandum profecto est.

*) *Decoctum antiuenereum* M. MALPIGHII. *Rec. Antimon. crud. contus. et nodulo inclus. vnc. IV. ad. sarsaeparill. elect. et incis. vnc. iij. Putam. nuc. virid. c. iij. M. Infund. per h. XXIV. in aq. font. lib. viij. sur ciner. calidos. Deind. decoq. ad tert. part. consumt. Col. colat. vnc. viij. dentur ter in die per dies XX. aut XXX. n omisso decocto secundario pro potu ordinario.*

§. XXXI.

§. XXXI.

Quae curatio conueniat dolori a vermibus sinus frontales occupantibus.

Si de vermibus suspicio oboriatur, nares, a nus frontales, aut subcutanea alia loca incolent ii vapore humido, atque errhinis illinc elici sunt, aut suffimentis ex *tabaci* foliis, et camp rae puluere crematis enecandi. Puluere *tabaci* nares attracto vermis expulsus est, vt narrat LITTRII fide CAMERARIVS *a*). In hunc finem mus a VOGELIO *b*) proponitur naribus, atque hiante excipiendus, ex foliorum absinthii, mar bii, betonicae, florum centaurii minoris, singu rum drachmis duabus, radicis angelicae, zedoari succini, singulorum drachma vna, antimonii cr vncia dimidia in puluerem redactis, et bene com mixtis, carbonumque igni inspersis.

a) *Differt. epistolar. XII.* *b*) *De cognoscend. et curand morb.* §. 420.

§. XXXII.

Topica remedia.

Praeterea non hic reticenda sunt ea, quae extri secus sedando dolori admoueri solent. Epithem ex aqua rosarum, aut florum sambuci, et ac fronti applicata, siue tepida, siue frigida, calore compescunt, discutiunt, reprimunt, et motum sa guinis quodammodo temperant. Temporibus com mode, praesertim in dolore conuulsiuo, et spastico illinitur vnguentum *populeon*, aut aliquid opii cu camphorae, et croci tantillo in aqua reginae H gariae solutum; aut aether vitriolicus, qui dolo sopit, et calorem imminuit. Verbenae succus, herba ipsamet contusa, et dolenti loco impo euicunque doloris caussae prodesse creditur, q *specifica* esset. In nares etiam indi, atque att cum magna leuaminis spe tincturam aliquam a dynam, aut *balsamum vitae* HOFFMANNI *), spiritum vini camphoratum jubent non nulli;

en

[…]im a neruis olfactoriis proxime delinitis reliquos […]que vim medicamenti persentire, non alienum […]tione putant. Vniuersim vtilissime dolens locus […]da, aut lacte tepenti, aut cineribus sacculo in[…]s foueri potest. In hemicraniis periodicis, […] accessum aliquot horis, ad eum anteuerten[…] soleo theriacam cum galbano, et camphora, […]ito aceti momento subactam temporibus, et si[…]i frontali super dare. Resoluit enim, discutit, […] sensum imminuit, vnde saepe tolerabilior, et […]tior accessio succedit.

*) *Balsamum vitae* HOFFMANNI.
[…] *Ol. destillat. Lauendul.*
Majoran.
Coryophyll.
Macis
Cinnamom. an. scrup. j.
Rutae
Succin. alb. an. scrup. sem.
Citri e cortic. express. scrup. j.
Ambr. gryseae scrupul. sem.

Olea cum ambra, et balsami peruuiani scrupulo vno mi[…]antur, atque in spiritus vini rectificatissimi vnciis decem […]antur. Intern. datur a gutt. X. ad XX. ad nauseam, ad […]icam, ad diarrhoeam. Extrinsecus ad roborandas, fir[…]andasque partes.

§. XXXIII.

Silentio hic praeteriri non debet curatio, quam *Historia rarae curationis.* […]ro exemplo, magnoque ausu tentauit celeberri[…]us TISSOTIVS saeuissimae, et diuturnae cepha[…] in virgine triginta annorum, alioquin sana, et robusta, vt ruricolae esse solent *a*). Sedes autem, […]a dolor acerbius saeuiebat, erat *angulus internus […]sticus ossis parietalis dexteri*, spatiumque occupa[…], quale *asse texisses.* Vna vero *consentiebat to[…] anterius caput.* Nihil ei profuerant venae se[…]iones, nihil arteriotome, nihil balnea pedum tepida,

pida, nihil immersio totius corporis in frigid[a] nihil aquae gelidae stillicidium, nihil opium, n[i] setaceum. Leuamen tantummodo, sed breue p[er]ceperat, ex *cruentis cucurbitulis dolenti applicatis p[ar]ti; paullulum diuturnius ex larga suppuratione, qu[am] excitarunt cantharides capiti impositae.* Dolore[m] istum esse *externum* conjecit vir acutissimus, cu[m]que nihil *infra cutim, et musculos* esse cogitar[et] *quod dolere posset, locum dolentem lato vulnere ad vsque* crucis in modum *incidi* curauit, *vt dissectis neruis cutaneis, aut musculosis* sensus deleretur. eo momento, quo sectio peracta est, dolor euan[uit] et longa suppuratione inducta, etiam qui antea caput affligebat, paullatim cessauit *). Verum nemo, nisi qui tanti viri acre judicium, et anatomes penitioris scientiam possederit, audebit ad ejusmodi chirurgiam se conuertere. Fortasse dato intrinsecus lignorum, vt vocant, decocto, extrinsecus vero litu mercuriali prudenter adhibito haerens morbi caussa dimoueri, resoluique simili in casu posset, quin immiti, ancipitique experimento opus sit. Saepe pertinax doloris fixi natura, et loci affecti ratio, sagaxque omnium rerum examen ad simplicem hanc, et simul efficacem medicinam, etiam vbi nulla luis venereae suspicio subesset, non sine boni exitus laude viam Clinicis aperuere.

a) *Epist. med. var. argum. p.* 185. *ed. Venet.*

*) Huc quodammodo referenda est obseruatio GAVASETTI (*De cauter. c.* 3.) Dolor capitis perpetuus et sympathicus ex contuso pollice erat. Pollice audacter inusto cessauit. Vid. HALLER. *Elem. Physiolog. T.* 4. *lib. X. sect. VII.* §. XXIII.

§. XXXIV.

Diaeteticum regimen.

Postremo hoc vnum addam, antiquissimis medicinae proceribus opportunissimum generatim visum esse, in quouis capitis dolore abstinere a cibo, aquam bibere

bibere, caput tondere ad cutim; in eo, qui a cauſſa calida ſit, aqua frigida multa caput perfundere, vel roſam, et acetum ex aqua imponere; ſi vero frigus nocuerit, aut tenax, craſſusque humor reſolui debeat, caput calida fouere, perfricare, aut ſtillicidio ſubmittere, deinde oleo calido inungere, et veſte operire; pedes in balneum tepidum demittere, et nares errhinis purgare, ſaliuam apophlegmatizantibus prolicere, aluum ſubducere, et ſinapi, aut cantharidibus, aut ferro candenti vlcera, vnde morbo exitus paretur, excitare *a*). Docuit etiam magiſter vſus in diuturno, et confirmato capitis dolore interdum licere balnea frigida experiri, neque inutile eſſe capillos in illis, qui raſo capite erant, alere, et saepius pectere; quo auxilio ab aſſidua cephalaea liberatum vidi nobilem virum aetate florentem, habitu pituitoſo, et obeſo praeditum, mihi amiciſſimum. Praeterea magni intereſt in doloribus capitis pedes velare, caputque attollere; quae animaduerſio etiam ad prophylaxin, praeſertim literarum ſtudioſis, pernceſſaria eſt.

a) *Vid.* CORNEL. CELS. *l. IV. cap.* 2. *n.* 5. *ad* 160.

CAPVT II.

DE HYDROCEPHALO ET SPINA BIFIDA,

SIVE

AQVEO SPINAE TVMORE.

§. XXXV.

PROXIME venit ὑδροκέφαλον, quia saepe id cum capitis dolore conjungitur, aut a paribus cauſſis dimanat. Sic olim appellatum fuit morbi genus, in quo caput humore aqueo turget, intumeſcit, et prementi digito facile cedit. Hodie vero vno hoc *Hydrocephalon.* *Definitio.*

nomine plures morbi cum sede, tum effectis discrepantes comprehendi solent, in quorum aliquo nullus interdum exterior tumor apparet. Singulis autem commune est ab aliqua aquae, siue lymphae coaceruatione oriri. Haec vel inter cutem, et pericranium, vel inter pericranium, et caluariam, vel intra cranii cauum effusa colligitur. Postremum contingit duplici ratione, nimirum vel ossibus cranii diductis, quod foetibus, et pueris fere accidit; vel iis minime diductis, quod consistentis aetatis praesertim proprium est; quamquam non diffiteor, exempla suppetere adultorum, et senum, quibus interdum ossa cranii morbo diducta hiarunt. Id mali RAMAZZINIO, atque HAMBERGERO medicinae professoribus vndecunque praeclarissimis diuturno, et vehementi capitis dolore discruciatis obuenisse ferunt.

Differentiae.

§. XXXVI.

Diuisio in externum, et internum. *Descriptio externi.*

Hinc prima Hydrocephali distinctio ducta est in *externum*, et *internum*. In externo, si humor primo loco (§. XXXV.) congeritur, *tumor*, inquit Cl. PLATNERVS, *ad immanem magnitudinem increscit*, et per cutim *vt in vitro*, *aut cornu* humorem translucidum oculis spectandum exhibet: si altero (§. *eod.*), quod rarius euenit, *caput non adeo intumescit*, *sed pressum sicut vter impletus*, *atque arcte constrictus renititur a*).

a) *Institut. chirurg.* §. 745.

§. XXXVII.

Internum duplex. *Primi descriptio.*

Interni duplex genus statuitur, vt supra (§. XXXV.) jam dixi, quorum alterum ex interno, et externo quasi compositum dixeris; quia in eo aqua cerebri interiora ita replet, et distendit, vt ossa etiam cranii extrorsum vrgeat, suturas diducat, sic vt dehiscant,

ſcant, et tandem exterius profuſa ingenti ſe prodat capitis tumore: idque praecipue in foetibus factum eſſe videtur, qui cerebro carere viſi ſunt profecto-ribus: viſi, inquam, ſunt; non enim, eos cerebro ab initio vere caruiſſe, Cl. MORGAGNIVS putat, ſed potius cerebrum ab aqua paullatim ita macera-tum, diſſolutum, liquatumque, vt per aliquod fo-ramen, puta occipitis, ſiue ſpinae, demum effluxe-rit; quod ſane multo probabilius videtur.

§. XXXVIII.

Alterum vero, cum ſine oſſium cranii diuulſione fiat, nec vllo exteriori tumore manifeſtum ſe red-dat, non apud omnes hydrocephali nomen obti-nuit. Namque non deſunt, qui exiſtiment, vbi *caput* non tumeat, ibi hydrocephalon eſſe non poſſe. Plerique tamen, inter quos MORGAGNIO princi-pem locum damus, non dubitandum *a*) cenſent, quin huic quoque malo idem nomen apprime con-veniat: nam, cum multa aqua intra cranium ſen-ſim coaceruetur, et quotidie magis magiſque ex-creſcat, ſi huic cedere, vt in tenellis, oſſa poſſent, euidentiſſimum eſt, tumorem capitis exterius etiam proditurum eſſe; quia pleraeque cauſſae ex iis, pro-pter quas in tenerorum infantum cranio aqua con-trahitur, eaedem prorſus in adultis exiſtunt, ob quas in horum capite cumulatur *). Iſtud autem hydrocephali interni genus diſtingui poteſt in acu-tum, et chronicum; prius illud appello, quod ce-leri curſu, et cum febre non leui ad mortem pro-perat; poſterius, quod lento paſſu, et ſine febre, aut leuiſſima, et vix ſenſibili enecat. *Deſcriptio alterius.*

a) *De cauſſ. et ſedib. morb. etc. Epiſt. XII. n.* 3.

*) De hydrocephalo legendus IO. RVD. ZWINGERVS, qui in *Actis Heluetic. Vol. I. c. I.* non ſolum illius exem-pla collegit, ſed etiam diligenter, et ordinate inter ſe comparauit.

§. XXXIX.

Caussa proxima. Ex his patet, caussam hydrocephali proximam in aquei humoris lente effusi congestione, sensim facta consistere, siue partes capitis externas, siue internas tantum, siue vtrasque simul repleuerit. *Remotae.* Remotae vero caussae non aliae videntur, quam sequentes, venarum nempe tam sanguinem, quam lympham e capite, et cerebro reuehentium obstructio; compressio ab vteri ore in partu, aut a funiculo vmbilicali circa collum ducto; vasorum absorbentium actio deperdita; polypi; tumores glandularum colli; vasorum lymphaticorum ruptio; contusiones; malus corporis habitus; cacochymia; serosa colluuies, et totius corporis laxitas, atque atonia, achores, tinea, et scabies retropulsa, suppressa vrinae, et sudoris excretio, aliaque id genus.

§. XL.

Quodnam hydrocephalum internum vere? Serum in ventriculos cerebri, anteriores praesertim, effusum, congestumque proprie ad internum pertinet hydrocephalum: nam alibi, vti intra duram, et piam matrem, aut intra has, et cerebrum collectum, et stagnans apoplexiam, et soporosos rectius affectus, quam verum hydrocephalum videtur inferre posse. Congestioni autem istiusmodi complures peculiares caussae conferre possunt, quas modo percurram. *Hydatides.* Frequentior, et praecipua fortasse est hydatidum in plexu choroide, aut alibi intra cerebrum genitarum disruptio.

§. XLI.

Enumeratio aliarum caussarum. Vitia etiam tum *infundibuli*, tum *glandulae pituitariae* ad id apta a Cl. MORGAGNIO creduntur. Etsi enim VIEVSSENIVS, RIDLEYVS, et LIEVTAVDIVS cauum esse *infundibulum* negauerint, ipse tamen a veterum sententia se dejici passus nequaquam

quam eſt, et ratum, firmumque habuit, ſerum ventriculorum per infundibulum deferri ad glandulam pituitariam, atque ab ea abſorberi. Quoniam vero nihil certi de infundibuli cauo per experimenta, atque injectiones *) ob tenerrimam partis ſtructuram, et tenuitatem ſtatui poteſt, nec quidquam adhuc conſtet, SABATIERIO *a*) optimo judice, de vera glandulae pituitariae fabrica, et natura; cur MORGAGNIO ſummo in rebus anatomicis viro non licuerit ſuo de hac quaeſtione arbitratu vti?

*) Nuper infundibulum cauum eſſe contendit Cl. MVRRAY, anatomes profeſſor Vpſaliae, ex eo quod in cerebris humanis frigore conglaciatis offenderit aquam gelu concretam, in infundibulum penetrantem. In eo etiam portionem ſanguinis e ventriculis delapſam, non deeſt, qui obſeruarit. At MVRRAYO aduerſantur Cl. GIRARDII anatomes in Parmenſi Lyceo profeſſoris repetita experimenta, et tentamina, quibus nunquam potuit concretam gelu aquam in infundibulo deprehendere. Neque ſatis tutum, rationique conſonum eſſe videtur ex eo, quod ſanguis in infundibulo repertus ſit, protinus concludere, cauum id naturaliter eſſe; quia ſanguinis, e vaſis ſuis licet elapſi, vis, impulſus, et grauitas tanta eſſe poteſt, vt nouum in molliſſimo corpore ſibi ſpatium faciat, quemadmodum in medullari cerebri reliqua parte, vbi nullum cauum ſecundum naturam exiſtat, factum eſſe a ſanguine e ſuis vaſis egreſſo non ſemel et nos comperimus, et medicae, et anatomicae obſeruationes teſtantur. Adde, cum GIRARDII obſeruationibus conſentire etiam diligentiſſimas diſquiſitiones, quas nuperrime euulgauit VINCENTIVS MALACARNEVS de cerebri anatome optime meritus. Is experimenta Cl. MVRRAYI repetens, nullum cauum in infundibulo potuit inuenire. Quare ſatius erit hanc quaeſtionem tempori adhuc decernendam relinquere. Sed demus, infundibulum cauum non eſſe. Attamen ex ejuſdem laudati MALACARNEI (*Delle oſſervazioni in chirurg. Part.* 2. p. 45.) obſeruationibus conſtat, infundibulum, et glandulam pituitariam venis lymphaticis quam plurimis inſtructam eſſe, ita vt ille non dubitet, eam in claſſem glandularum lymphaticarum referre. Hinc ſequitur, lympham e ventriculis cerebri per venas lymphaticas ad infundibu-

 lum,

lum, et glandulam pituitariam vehi, atque inde in commune receptaculum duci. Si lymphae refluxum istum aut ab obstructo infundibuli cauo, si est, aut venis lymphaticis ejus infarctis, aut compressis impediri cogites, nonne infundibuli, et pituitariae vsus erit idem?

a) Traité complét d'Anatom. T. I. p. 498.

§. XLII.

Morgagni Aetiologia. Itaque concedamus MORGAGNIO, et Veteribus hypothesin de infundibuli, et glandulae pituitariae vsu. Vtriusque vitia, vnde hydrocephalon nasci possit, non valde inter se differre, facile quisque intelliget. Et quod attinet ad glandulam pituitariam, primum consideranda est, inquit ipse, ea glandulae hujus constitutio, ob quam nec aquam recipere, nec eam transmittere queat; nimirum si ipsa deficiat, vt quandoque accidit; si obstruatur; si scirrhosa euaserit; si destructa, et consumta sit; aut talem aqua ipsa transmittenda spissitudinem, et densitatem acquisiuerit, vt per glandulam trajici nequeat; aut si in eam ingrediatur, ei egredi minime liceat; aut tali acrimonia peccet, vt infundibuli extremos tubulos irritet, et spasmo fortasse inducto occludat: quod tamen non facile largientur ii, qui nerueam, medullaremque fibram irritabilitatis vi, siue sese ad stimulum contrahendi facultate carere, per experimenta didicerunt. Praeterea infundibuli ipsius obstructio, aut fornicis cum lateralium ventriculorum basi coalitus, aut validissima compressio efficient etiam, ne e ventriculis ad glandulam pituitariam aqua iter apertum inueniat.

§. XLIII.

Continuatio. Atqui, animaduertente eodem Cl. MORGAGNIO a), non semper, quamquam glandula pituitaria vitio aliquo affecta deprehenderetur, in ventriculis cerebri

bri plurima aquae collectio reperta eſt: et contra, illaeſa integraque glandula, plurimum quandoque aquae eoſdem repleuit. Ergo aliae viae ponantur neceſſe eſt, vt idem concludit, per quas ſerum, quo madent ventriculi, abſorbeatur. Si hae obſtruantur, aut quacunque alia de cauſſa ſuo munere fungi nequeant, ſerum coaceruatur, etſi glandula pituitaria recte ſe habeat. Si vero pateant, et nihil eis deſit, quo ad actionem abſoluendam indigent, licet glandula illa vitiata fuerit, non tamen tanta fiet ſeri accumulatio, quanta ad hydrocephalum opus eſt. Itaque veriſimillimum eſt, tum ejusmodi affectum gigni, cum ſerum copioſius in ventriculos per arterias exhalantes, aut poros inorganicos emittitur, quam per glandulam pituitariam, aliaſque vias, nempe per venas lymphaticas abſorbentes recipiatur *b*).

a) *De ſed. et cauſſ. morb. Epiſt. IV. n.* 36. *b*) *Id. ibid. Epiſt. XII. n.* 3.

§. XLIV.

Aliud non nunquam vitium hydrocephalo interno ſuperuenit, videlicet aqueus ſpinae tumor, quem noſtri *ſpinam bifidam* vocant. Innaſcitur hic vertebris, atque ex tumente medulla ſpinali videtur formari. Quilibet ſpinae locus hujusmodi malo obnoxius eſt, ſed magis inferior lumborum ſedes, et ſuperior oſſis ſacri pars. SNIPIVS, et SWAGERMANNIVS, vt refert PORTALIVS *a*), tumores hujusmodi viderunt etiam in ceruice, caput magnitudine aequantes; nec tamen vllam ſiue ſuperiorum, ſiue inferiorum partium paralyſin adjunctam habebant *). *Spina bifida, ſiue tumor aqueus ſpinae.*

a) *Mémoir. de l'Acad. Royal. des Scienc. de Paris an.* 1770. 1771. *p.* 36.

*) Hujusmodi tumorum delineationes videri poſſunt apud RVYSCHIVM *annot.* 34. *fig.* 36.

§. XLV.

Notae horum tumorum. Tumores hi extrinſecus prominent, colore ſunt naturali, tactui molles, pro vario aegri poſitu magis, vel minus diſtenti, aqua pleni, atque admota ex aduerſo candela translucidi, quia aqua in iis collecta plerumque limpida eſt. Si ſummis digitis premantur, diuiſi, et dehiſcentes in medio inueniuntur. Eorum originem Cl. PLATNERVS *a*) explicat in hunc modum: cum in *anterioribus cerebri ventriculis* confluit, et exuberat aqua, haec paullatim per *aquaeductum* SYLVII *in tertium ventriculum* deſcendit, et ex hoc, ſi nullus pateat in infundibulum *exitus*, *per valuulam majorem cerebri* prorumpit *in quartum.* Exinde demum ſibi viam aperit in medullae ſpinalis thecam. Id in ipſo partu, in quo caput ab vteri ore valentius comprimitur, perſaepe contingit.

a) *Inſtit. Chirurg.* §. 748.

§. XLVI.

Aqua vel a cerebro in ſpinam deſcendit, vel in ſpina ipſa congeritur. In hoc ipſo ſpinae cauo non tantum ea congeri poteſt aqua, quae a cranii interioribus partibus defluit, verum ea quoque, quae intra ſpinam ſecerni conſueuit *). Hinc modo vtriuſque hydrops ſimul concurrit, modo alterius ſolum, nempe *hydrorachitis* tam in foetibus, atque infantibus, quam in pueris, adultiſque obſeruatur, ſed in illis multo frequentius, vtpote quibus vertebrarum oſſa non ſecus, ac cranii ejuſmodi vere ſunt, vt facile cedere poſſint, et reapſe cedant.

*) Sedem aquae in ſpina bifida collectae Cl. PORTALIVS obſeruationibus anatomicis confiſus in eo eſſe contendit canali, qui per omnem ſpinalem medullam decurrit, quique a COLVMBO, et CAROLO STEPHANO deſcriptus jam fuit, etſi a recentioribus ferme obliuioni traditus, vel negligenter praeteritus: putatque canalem hunc eo

consilio

consilio a natura datum, vt medulla spinalis alterne attolli, siue intumescere, et deprimi, siue subsidere, vti cerebrum, possit. *Mémoir. de l'Acad. Roy. des Scienc. de Paris de l'an.* 1770. 1771.

§. XLVII.

Dehiscentibus igitur modo paucis, modo pluribus spinae vertebris, atque aqua medullae spinalis inuolucra vrgente, modo minor, modo major, in posteriore spinae parte tumor erumpit mollis, praesertim in medio, aqueus, plerumque pellucidus hydatidis instar, interdum semiopacus, hydrocephalo, vt dictum est, non absimilis *). Dehiscunt vero, inquit Cl. MORGAGNIVS a), (quem, quoad possumus, libenter sequimur) ibi potissimum, vbi *sedes futura est processuum, quos spinas vocant, non tantum, vt credunt, quia ibi tunc ossa disjuncta sunt, nam etiam a lateribus sejuncta, qua ad vertebrarum corpora annectuntur, sed insuper* (vt ipse arbitratur) *quia longe minor ad spinarum sedem, quam a lateribus, resistentia est impositorum musculorum, et tendinum.* In foetu enimuero pars canalis spinae, vbi posterius ossicula vertebrarum coëunt, mollissima est; nam solis ferme communibus integumentis obuoluitur, neque ossea, sed tantum cartilaginea est, eoque tenuior, et mollior, quo foetus a maturitate magis distat.

Quomodo dehiscant vertebrae.

*) Varia profecto esse potest, vt tradidi, spinae bifidae magnitudo. Sed in foetibus vtero contentis, aut in recens natis modo nucis juglandis, modo rapae mediocris magnitudinem aequare dicitur.

a) L. c. *epist. XII. n.* 9.

§. XLVIII.

Verum haud desunt qui spinam bifidam deriuandam existiment a compressa medullae spinalis laterali parte, vnde nerui egrediuntur; eo quod interdum cum paralysi artuum conjunctam eam viderunt.

Aliae opiniones.

runt. At hi falli profecto videntur, cum vt plurimum, aut certe frequentius paralysis saltem vera, et perfecta abiit, aut serius ipsi spinae bifidae superveniat. Imo SWAGERMANNIVS *a*) animaduertit, paralysin in lucem editis consequi tantum post partum, accedente aliqua caussa procatarctica. Alii demum, vt HEVERMANNIVS *b*), caussam cum hydrocephali, tum spinae bifidae in malam, et praeter modum incommodam foetus in vtero positionem rejiciunt. In nimia enim dorsi, lumborumque ad anteriora inflexione vertebras posterius diduci, in tumoremque protuberare sibi non sine veri specie persuadent.

a) *De Hydrocephalo, et spina bifida Amstelod.* 1767.
b) *Vermischte Bemerkungen und Untersuchungen etc. p.* 304. *vid.* LVDWIG. *comment. de reb. etc. vol. XV. p.* 309.

§. XLIX.

Cur inferior ossis sacri pars non frequentius tumoribus hisce obnoxia sit.

Iam (§. XLIV.) superiorem ossis sacri partem ejusmodi tumoribus interdum corripi indicauimus. At, quia inferior, exteriorque ejus pars, quae RVYSCHIO obseruante, secundum naturam quodammodo hiat, non tamen eisdem frequentius obnoxia est; caussam quaerit MORGAGNIVS modo laudatus, eamque esse opinatur, quod crassioris meningis tubus, equinam medullae caudam cum aliqua aquae copia, vel secundum naturam continens, ad infimam, hiantemque partem non exporrigitur; fieri tamen interdum, vt morbidae aquae vi deorsum vrgeatur, illucque tandem productus extrorsum protuberet, atque ejusmodi tumorem *) faciat.

*) *De Aqueis spinae tumoribus legi merentur dissertatio* FRID. ORTHII *de quibusdam Tumor. tunic. externis sub praesidio* IO. SALZMANNI habita, et *Programma* Cl. PLATNERI *morb. nov. ann.* 1754., et quae habet Cl. TREWIVS hac super re in *Commerc. Litterar. ann.* 1741. *hebdomad.* 20. et 21.

Diagno-

Diagnosis.

§. L.

Externi hydrocephali notas jam supra (§§. XXXV, XXXVI.) retulimus. *Interni* vero primum genus (§. XXXVII.) dignoscitur, si caput cum aliqua duritie intumuerit, frons ipsa promineat, suturae laxius nectantur *), oculi torui sint, prominuli, humentesque. Item si *in mollibus ossium cranii commissuris, praecipue in ea, quae inter occiput, et bregma est*, tumores emineant, excrescantque, vt tandem e capite propendere *a*) videantur.

Notae externi, et interni hydrocephali.

*) Interdum etsi in teneris pueris ab initio morbi suturae diducantur, ossaque cranii laxius colligentur, aetate tamen prouectiore ita coalescunt, vt capitis tantum magnitudo aucta cernatur. Exempla referuntur in Dissertatione de *Hydrocephalo interno ann.* 45. Cl. EKMARKII, quam infra allegabo.

a) PLATNER. *l. c.* §. 746. vid. RVYSCH. *obferv. anatom. chirurg. obferv. LII. p.* 69. *fig.* 45. *et* M. AVREL. SEVERIN. *De abscess. nouiss. obseruat. cap. IX.*

§. LI.

At difficilius est alterum interni hydrocephali genus (§. XXXVIII.) cognoscere, cum nullis exterioribus se signis prodat. In eo autem ex PETITI *a*) fide, et experientia saepissime haec occurrunt: antecedunt plerumque in pueris difficilis dentium eruptio, aut eorum dolor, verminosae affectiones, lymphae vitia, glandularum conglobatarum obstructiones, spasmi, et neruorum distentiones. Neque valde ab his differunt, quae adultis hydrocephalo interno affectis obueniunt. Quicumque autem fuerint hujusmodi malo impediti, leuibus oris, labiorum, palpebrarumque spasticis motibus crebro corripiuntur, dentibus identidem strident, labia sibi commordent, nares scalpunt veluti ii, qui a vermibus

Secundi generis hydrocephalum internum qui cognoscatur?

mibus excruciantur, pallent, moerent, languent, aluum habent modo fluidam, modo adſtrictam, oculos liuidos, pupillamque dilatatam, ſiue, vt vocant, mydriaſin. Quod ſi fiânt hebetes, et facile in ſoporem inclinent, memoria pereat, ſenſusque cum capitis grauitate obnubilentur, non ſolum de interno hydrocephalo certius judicare, ſed etiam proximam poteris perniciem praeſagire.

a) *Mémoir. de l'Acad. Royal.* 1718. *p.* 121. Similia recenſet SWIETENIVS §. *MCCXVIII.*

§. LII.

Fothergillii obſeruationes ad diagnoſin.

Non praetermittam hic commemorare quae ad rem habet JO. FOTHERGILLIVS *a*). Is enim iteratis, multiſque obſeruationibus practicis edoctus, non dubitat affirmare, internum hydrocephalum raro fieri ante tertium aetatis annum, vt plurimum vero intra quintum, et decimum, rariſſime demum tardius *); ſaepe in ea aetate ſub dentitionis, aut verminoſae affectionis ſpecie, quemadmodum paullo ante (§. LI.) ex PETITI teſtimonio monuimus, ludere, donec auctis ſymptomatibus eo perueniat, quo remediis nullum locum relinquat, aut certe non obtemperet. Signa tamen, quibus innoteſcere poteſt, eſſe in primis cephalalgiam, dolores crurum, ſomnos breues, et turbulentos, pulſus inaequales, et inconditos, palpebraſque oculorum ita diductas, vt albugineae magna pars detecta appareat. Nos quoque, ſi noſtram experientiam adducere fas eſt, ſimilia admodum obſeruauimus, et praecipue quando jam malum adoleuit, et ſummum attigit culmen, atrociſſimos capitis dolores, modo vniuerſim diffuſos, modo ad partem vnam hemicraniae inſtar reſtrictos, coma vigil, perpetuos queſtus, tremores artuum, mentis emotiones, et, quod maxime velim attendendum, aphoniam ſubinde recurren-

Confirmantur noſtra experientia.

currentem, siue loquendi impotentiam identidem redeuntem, et decedentem: pulsus autem modo raros, et magnos, modo celeres, et paruos, et summopere varios, modo etiam frequentes, et febriles **).

a) *Medical obseruations, and inquiries by a society of Physicians in London* Vol. IV. p. 40. Vid. excerptum in *Commentar. de reb. in scient. natural. et medic. gest. Vol. XVIII. p.* 390. 392.

*) Rarum exemplum hydrocephali interni chronici cum sectione cadaueris, quod in puella sex mensium se prodere incepit, et vsque ad annum aetatis quadragesimum quintum, in quo repente ipsa obiit, perstitit, videatur in dissertatione quadam CAROLI D. EKMARK, quam iste sub praesidio SAMVELIS AVRIVILLII publico examini submisit Vpsaliae I. Iun. 1763. Exstat in *Thesaur. Dissertation.* SANDIFORTII *Vol.* 2. *pag.* 325.

**) Hydrocephali interni, et acuti, vt illud a lento, et chronico distinguam, historiam etsi breuem, et non absolutissimam, qualem accepi ex ore ejus, qui curationi praefuit, cum sectione cadaueris hic referre non erit inutile. Puella quadriennis, caput habens magnae molis, temperamento sanguineo, et bono corporis habitu praedita, antehac tussi rheumaticae pluries obnoxia, coepit de dolore capitis subinde conqueri. Quadam die repente subriguit, et post frigus, et horrorem incaluit non exigua febri prehensa. Ducta ei aluus est eccoprotico antiphlogistico; sed febre adhuc prosequente, missus postea etiam e vena sanguis. Febris interdiu inaequaliter incedens saepius inualescebat, et vicissim se se remittebat, numquam ad apyrexiam perueniens. Post missum sanguinem melius habuit, ita vt non modo paullatim febris euanescere videretur, verum e lecto etiam surgeret, cibumque et appeteret, et paullo largiorem per aliquot dies assumeret. At dolor capitis numquam eam penitus reliquit, nec pulsus ad naturalem omnino motum rediit: inaequaliter enim, et celerius micabat. Tandem quatuor ante mortem diebus febris iterum accessit, auctusque est capitis dolor sic, vt primum deliraret, deinde motibus conuulsiuis faciei, et demum artuum subinde corriperetur. Postremo resoluta et vno corporis latere, stertens, et sensibus orbata viginti quatuor amplius horas transegit, et nequidquam juuantibus

bus epispasticis, antiphlogisticis, et reuellentibus quibuscunque medicamentis; misere vitam cum morte commutauit, die nimirum decima septima, ex qua morbus incipere visus est; quarta vero, ex qua febris et capitis dolor recruduit. Sectioni anatomicae ejus cadauer opportuno ab obitu tempore traditur. En quae parentum defuncti amicissimus KAVINA, strenuus militum praetorianorum chirurgus primarius in ea inuenit, mihique scripto retulit: Aperto cranio, dura mater densa, et colore subcaeruleo, vti esse in pueris ob cerebri molem, et vasorum subter positorum transparentem nigredinem solet, apparuit. Ejus vasa sanguinea, itemque piae matris, et cerebri ipsius turgida admodum, et sanguine plena, et prae ceteris sinus omnes venosi, qui praeter modum eo tumebant. Retractis meningibus exterior sinistri anterioris cerebri lobi facies obtegebatur concreto tenui quodam humore translucido, et flauo, qui gelatinam aemulabatur. Ventriculis magna vis aquae inerat, qua turgebant. Haec in capite. Thorax deinde reseratus est. In anteriore pulmonis dexteri parte mox occurrit tuberculum, ex quo secto, et expresso aliquid humoris lymphatici prope ad drachmas duas prodiit. Supra eumdem pulmonem concreuerat mucosus humor quidam flauescens gelatinosus. In sinistro pulmone duo reperta tubercula fuere, quae pus foetidum expressa fundebant. Extrinsecus ejusdem faciem foedabat macula violacea nigricans. Vasa pulmonica vix quidquam sanguinis continebant. Auricula vero dextera polypo magno occupabatur, et eo maxime intumuerat. Abdomen non fuit dissectum. Hactenus KAVINA.

§. LIII.

Hippocratis descriptio.

Nemo autem accuratius HIPPOCRATE descripsisse hunc morbum videtur; nam hisce verbis eum expressit: *si aqua in cerebro fuerit, dolor acutus per sinciput, et tempora emergit, alias alio loco; et rigor, et febris alias, et regiones oculorum dolet, et caecutit, et pupilla finditur, et ex vno duo se videre putat, et si surrexerit, vertigo ipsum corripit, et ventum non sustinet, neque solem, et aures tinniunt, ac inter audiendum strepitu offenditur, et vomit saliuam, et pituitam, quandoque etiam cibos, et capitis cutis extenuatur,*

tenuatur, *et contactu gaudet a*). Quae omnia fere eadem sunt cum iis, quorum ex PETITI, aliorumque obseruationibus mentionem fecimus. Tum autem ista plerumque obseruanda occurrunt, quando repente morbus circa pubertatem corripit, vt saepe nos ipsi vidimus. Animaduertendum tamen est, nullum ex hisce signis (§§. LI. LII. LIII.) pathognomonicum esse, neque ex iis aliquid colligere singillatim licere; sed oportere, vt, nisi omnia, plura saltem vna conueniant, et antecedentia cum consequentibus exacte consentiant. Singula enim aliis, atque aliis morbis, et caussis communia esse possunt. Interdum etiam dolorem abesse, aut sensum potius grauitatis, quam doloris excitari, magisque *in* veternum aegros procliues esse, interdum *contra*; prout lentius aqua congeritur, aut celerius effunditur; prout copia magis, aut acritudine laedit *).

a) *Lib. II. de morb. n.* 15. *edit. Marinell.*

*) Exstat IO. RVD. ZWINGERI *in Act. Heluet. Vol. I. Cap. I. dissertatio de hydrocephalo* lectu dignissima, in qua non solum illius exempla vndique collegit in vnum, sed etiam diligenter, et ordinate inter se comparauit auctor.

§. LIV.

Qui aqueis spinae tumoribus laborant, his quandoque pedes resoluuntur. Sed tunc, si recens nati, aut infantes fuerint, pedes, siue crura incuruantur introrsum, et plerumque interiora respiciunt, quia in eo positu, quem in vtero tenuerant, remanent; et simul macie ob neruorum vim deficientem tabescunt. Si serosa colluuies soli spinali medullae insideat, superiora, de quibus paullo ante retulimus, hydrocephali signa desiderantur. Si vtrique loco, illa cum his concurrant necesse est. Praeterea si casu, aut data opera tumores isti aperiantur, et lympham effundant, sicque caput leuetur, *Signa spinae bifidae.*

aut

aut detumeſcat, aut, cicatrice obducta, iterum turgeat, excreſcatque, certum indicium habebis communem eſſe vtriuſque morbi, videlicet ſpinae bifidae, atque hydrocephali ſedem, et cauſſam.

Prognoſis.

§. LV.

Recens, aut incipiens hydrocephalum externum. Hydrocephalum externum, atque ex cauſſis euidentibus ortum inter initia curatu non admodum difficile eſt. Vbi vero inueterauit, et cum malo corporis habitu complicatur, vix vllo poteſt artis auxilio tolli. *Internum.* Internum quoque omnem fere ſpem adimit curationis. *Spina bifida.* Spina vero bifida non diu trahitur; ea enim impliciti breui intereunt, eoque citius, quo magis arte eos volumus adjuuare. *Inciſio tumoris aquei mortifera.* Inciſio tumoris mortifera eſt, quidquid contra non nulli in ejus commendationem excogitauerint. Exitium autem ab aëre potius ingrediente, quam a neruorum laeſione repetendum arbitratur SWAGERMANNIVS *a*).

a) *L. c.*

Curatio.

§. LVI.

Excretiones omnes promouendae. Vt hydrocephali externi curatio chirurgiae committenda eſt *), ſic a Medicis requirenda quae interno ſubueniat. FOTHERGILLIVS *a*) talem ab initio eſſe debere ait, qualis vermibus adhiberi ſolet; ſed vt proficua euadat, excretiones ſingulas prouocandas eſſe. His enim vaſa venoſa, id eſt lymphatica, ob inanitionem bibaciora fiunt, humoremque intra cranium, et intra cerebrum effuſum auidius reſorbent. Diuretica in primis, et aluum laxantia proponit GVILIELMVS WATSON, quorum praeſtantiam comprobant facta pericula *b*).

*) Externi

*) Externi curati exempla videantur apud CAROLVM PISONEM *de serosa colluuie P. I. sect. 2. cap. I. pag.* 42., apud MORGAGNIVM l. c., aliosque. Cl. CALLISENIVS paucis se expedit de externi hydrocephali chirurgica medela. *Morbus*, inquit, *jam adultus medelam pleramque spernit; tentanda tamen est curatio medicamentis topicis efficaciter discutientibus, et roborantibus, vinctura simul prudenter adhibita: quibus solis, nihil efficientibus scarificatione, vel vesicatorio, vel setaceo, subducendus est humor. Instit. Chirurg. hodiern. p.* 114. §. *CCXCIII.* Sed his manum addat interior curatio.

a) *L. c.* *b*) Obseruationes referuntur etiam in *Comment. de reb. in scient. natur. et medic. gest. Vol. XVIII. p.* 392. *et p.* 403.

§. LVII.

Itaque aluum ducere oportet jalapio, syrupo de spina ceruina, de cichoreo cum rhabarbaro, de manna, aliisque, quae serosos humores euacuant; atque ista pluries, interposito aliquot dierum interuallo, subinde iterare. Mediis autem diebus intrinsecus dare ea, quae aperiunt, vrinamque mouent, vti sunt oxymel, aut vinum scilliticum; aselli praeparati; liquor cornu cerui succinatus; tinctura tartari, antimonii, succini; succus petroselini, aut lupulorum; gummi ammoniacum; decocta ex radicibus diureticis, praesertim curcumae, et rubiae tinctorum; ex ligno sassafras, junipero, guaiaco; conserua baccarum juniperi, fructuum cynosbati, siue rosae caninae, atque alia hujus generis. Nec alienum est cinnabari, et mercurio ipso vti, si res postulat, imo, cum summa atonia solidarum partium, inersque natura malum foueat, tonicis, et roborantibus.

Quibus aluus laxanda. *Diuretica.* *Mercurialia.* *Tonica.*

§. LVIII.

Si tumor capitis, vbi adest, discuti his coepit, extrinsecus etiam fricatione subinde, aut fotibus aromaticis, aut emplastris impositis quod superest resolui

In eo, quod cum externo conjungitur, quae exterior curatio conferat.

solui debet; et praesertim fascia idonea flaccescens caput firmari. Vtiliter quoque occiput conciditur, aut ferro ignito aduritur, aut contortus sericeus funiculus per cutim, quae in posteriore colli parte est, trajicitur, vt diutissime pus moueatur (setaceum nostri vocant), aut cantharidibus lata vlcera alicubi excitantur. Tumores autem spinae, aut ossi sacro adnati ne sectione aperiantur, cauendum est. Cito enim post sectionem, aqua affatim effluente, conuulsiones, deinde mors, vt monuimus, subsequuntur. Imo curandum etiam est, RVYSCHIO tradente, ne sponte etiam disrumpantur. Idcirco admouenda suadentur tonica, et adstringentia. Vt ergo sectio adeo noxia vitari posset, et nihilominus aquam sine discrimine educeret, nuperrime in thesi quadam publica, cui titulus: *An spinae bifidae setaceum?* sectioni praeferendum *setaceum* proposuit MATHEVVS *a*), cautione adhibita, vt funiculus foramen pene oppleat, nec sinat, nisi guttatim, aquam exstillare. Itaque hujusmodi consilium, vtpote quodammodo rationi consonum, tentandum plane videtur. Quid enim in tanta opis inopia non experiundum?

Spina bifida non aperienda.

Setaceum nuper propositum.

a) *Séance publique de la Societé Royale de Médecine de Paris tenue le 9. Decembre 1779. p. 32.*

§. LIX.

Hydrocephalum internum acutius nulla ope lauatur.

In ea autem hydrocephali interni specie, quam (§§. XXXVIII. LII.) descripsi, et acutam et vehementem vocaui, nullum artis efficacius auxilium quidquam vnquam profuisse, experientia didici. Nihil, etsi febris vehemens, et capitis dolor vrgeret, solatio fuere sanguinis missiones, hirudinum, cucurbitularum, aut cantharidum applicatio, balnea, fotus, epispastica pedum plantis admota, aliisve

ne partibus, nec ipsa resoluentia, neruina, paregorica, aut alia cujuscunis facultatis.

§. LX.

Generatim diaetetico potius regimine confidendum est, ne morbus incipiens celerius prouehatur ad vltimum gradum, vel jam prouectus citissime enecet. Itaque magni interest a glutinosis, pinguibus, acidis quibuscunque abstinere, leui exsiccantique cibo vti, parcissime bibere, decoctum radicis contrayeruae, vel corticis ligni sassafras, vel radicis sarsaeparillae, aut bardanae in leuiori morbi pigrioris gradu, et spem aliquam adhuc salutis relinquente, potui dare, leniter exerceri, in aëre sicco, puriori, montano versari, et degere *). *Diaeta.*

*) Non erit inutile, nec injucundum consulere *Dissertationem de hydrocephalo*, *quam pro gradu Doctoris defendit* IOHANNES HENRICVS GAVDELIVS, *Gottingae* 16. *Decemb.* 1763. Exstat in *Thesaur. dissertat.* Cl. SANDIFORTII *Vol.* 2. *p.* 337.

CAPVT III.

DE AGRYPNIA, SIVE PERVIGILIO.

§. LXI.

Longam, et praeter naturae modum protractam vigiliam, ex qua vires corporis animati, et praecipue ejus functiones laeduntur, Ἀγρυπνίαν *), peruigilium, et vigilationem vocamus, vt a naturali, breui, atque innocua distinguatur. *Definitio agrypniae.* * *Agrypnia.*

§. LXII.

Pendere ipsa videtur ab eo *sensorii communis* statu, qui in vigilantibus esse consueuit, sed violento magis, magisque perstanti, et continuato. In re obscurissima fas erit, vt aliqua hujusmodi status *Hypothetica explicatio.*

 imago

imago adumbretur, effingere, cerebri fibras ita tendi, aut moueri, vti tenduntur, aut mouentur, quando sensationibus recipiendis, reliquisque animi functionibus promte, et viuide obeundis paratissimae sunt, neque proinde relaxari, aut conquiescere posse, prout ad somnum requiritur, nisi aegerrime *). Itaque omne id, quod *sensorium commune* tendere, vellicare, aut quocunque modo commouere, atque exagitare diu potest, poterit etiam caussam afferre agrypniae.

*) Quamquam *irritabilitatem Hallerianam* a neruis abesse plurima experimenta cum HALLERI, CALDANII, FONTANAE, tum aliorum percelebrium virorum capta in viuis experimenta demonstrauerint; nihilo tamen secius neruorum vis, atque actio concipi haud potest, nisi in eis, eorumque origine motus quidam, quicumque demum is fuerit, mente saltem, sin minus sensibus, percipiendus constituatur. Apposite admodum Cl. GAVBIVS, (*Patholog.* §. 524.) *verosimillimum*, inquit, *est*, *systema neruosum*, *qua sensui praeest*, *vi quadam motrice animari*, *vitali*, *muscularique forsan aequiparanda*, *qua agente stamina eius tendi*, *rigescere*, *turgere*, *concipiendis ad irritamenta oscillationibus aptari queant*, *vicissimque remitti*, *ac flaccescere*, *cum otiatur. Nec refert*, *vtrum a spiritu*, *quem vocant*, *animali per neruos diffuso*, *eamdem repetas*, *an quoquo alio modo ab ortu putes inditam*, *mecumque in re obscura opinando nihil augureris;* et reliq. vsque ad §. 526. vbi demum prosequitur: *Quamquam igitur quae in sensoriis cientur agitationes*, *motibus musculorum longe minus manifestae sunt; facit tamen summa medullae nerueae teneritudo*, *vt haec vel grauius etiam*, *certe nihilo leuius*, *ab immodica exercitatione affici*, *mutarique debeat*, *quam musculi ab excessu motus animalis; nec dispares inde contrahere laesiones. Mollissima nimirum stamina*, *quoties demum modo frequentius*, *diutius*, *vehementius commota*, *inter se attritu lassantur*, *tonum amittunt*, *tremores irregulares iniussos concipiunt*, *concitantque praeter ordinem in vicinis*, *spasmo velut obrigescunt*, *vis ipsa neruea elanguescit*, *dissipatur. Ex quibus*, *nisi tempestiua requie leuantur*, *sensuum externorum*, *internorumque hebetudo*, *impotentia*, *idearum confusio*, *somni turbulenti*, *peruigilium*, *imaginatio depravata*, *delirium*, *fatuitas.*

tuitas. An et quae musculis assiduo labore euenit siccitas, rigiditas, in his quoque organis nasci potest, qua facile vitium in facultates mentis ante tempus inuehatur? Neque a GAVBIO dissentiunt alii, et in primis BIENVILLIVS, qui, vbi caussarum alteram, a qua nymphomaniam, siue furorem vterinum deriuet, nempe nimiam sensibilitatem commemorat, ita scribit: *celle qui vient du vice des fibres nerveuses des parties organiques, qui reçoivent une vibration plus vive, soit par leur delicatesse, ou leur tension, soit par la délicatesse et la tension reunies l'une à l'autre, ce qui leur donne une sensibilité bien plus vive.* Nymphoman. p. 51. Amsterdam. 1772.

§. LXIII.

Cuiusmodi sunt animi pathemata acriora, nimia neruorum sensibilitas, sanguinis insolita agitatio, in cerebrum validior impulsus, acritatum varia genera, dolores, inedia, ventriculi irritans repletio, flatus, cruditates, hypochondriaca, hysterica, melancholica passio, sanguinis densatio, siccitas, aut inflammatoria diathesis, febris, viscerum quorumcumque labes, et cum cerebro consensio, solidarum partium rigiditas, et senectus. *Caussae.*

§. LXIV.

Saepissime igitur *secundaria* est, aut *symptomatica.* Interdum tamen *primaria* occurrit, ac proinde peculiari sermone egebat. Hinc variae differentiae permanant, quot nimirum caussae eam efficiunt. *Secundariam* et *symptomaticam* denotant praegressi, aut praesentes morbi, quos subsequuta est, vel vti symptoma comitatur. *Primaria* vero ex accurato examine eorum omnium, quae antecesserunt, et vna conjunguntur, facile patebit, praesertim si *secundariae*, aut *symptomaticae* signa deficiant. Plurimum ad id conferet caussarum, quas recensuimus, praesentium, aut absentium apta consideratio. *Differentiae.*

Prognosis.

§. LXV.

Effecta agrypniae. Agrypnia ex leui, et fortuita caussa, cito, et facile discutitur. *Secundaria* non ita; nec *symptomatica* vt plurimum desinit, nisi morbo principe, qui eam inducit, deuicto, aut valde mitescente. Quae hypochondriacos, aut hystericas insectatur, etsi plerumque expers periculi, diutina tamen, et pertinax esse consueuit. Quacumque vero ex caussa oriatur, si diu trahitur, capitis grauitatem, dolorem, anxietatem, moerorem, lassitudinem, dyspepsiam, anorexiam, maciem, delirium, maniam, phrenitidem, apoplexiam, vertiginem, neruorum distentionem, aliaque pessima mala, vnde exitium superueniat, post se arcessit. Jure igitur, et merito scripsit HIPPOCRATES: *somnus, et vigilia, vtraque modum excedentia, malum a). A vigilia conuulsio, aut delirium, malum b). Peruigiles cum aliis signis, in conuulsionem tendunt c).*

a) Aph. 3. sect. II. b) Aph. 18. sect. VII. c) Coac. n. 20.

Curatio.

§. LXVI.

Vt in quolibet morbo, sic in agrypnia curanda semper ad caussarum diuersitatem respicere oportet. Quod attinet ad *secundariam*, et *symptomaticam*, de vtraque nihil addam iis, quae sparsim alibi jam tradita sunt, tradenturque etiam deinceps opportunis locis. Tollitur autem, mitigatis, aut penitus domitis morbis, quorum ea effectus est. *Primariae* vero generatim omnia, quae humectant, refrigerant, et temperant, accommodatissima perhibentur. Balnea ideo tepida, in quae aut pedes, aut vniuersum corpus demittantur, saepe contumacissimas

Humectantia, et refrigerantia.

Balnea.

ſimas vigilias arcent. Quibuſdam remedio eſt a coena abſtinere, aliis coena vti, non nullis aliis, antequam cubitum eant, aquam frigidam, aut emulſionem, quam vocant, aut lac, aut ejus ſerum bibere.

Abſtinentia a coena.

Aqua frigida.

§. LXVII.

Sed ſi plethora, aut ſanguinis feruor excedat, aut ſuppreſſae euacuationes anteceſſerint, aut timor inflammationis immineat, proficuum eſt ſanguinem mittere. Primarum viarum cacochylia lenia eccoprotica poſtulat. Moleſtae animi curae fugantur jucundo amicorum ſermone, muſicis concentibus, corporis exercitio, labore, peregrinatione, vino, anodynis, opio. Neque ſilendum eſt, aliquando moderatum veneris vſum vegetioribus, et continentiſſimis profuiſſe.

Sanguinis miſſio.

Purgatio.

Atque alia auxilia.

§. LXVIII.

Nimia ſenſibilitate praeditis, aut animo anxiis paregorica, et ſedantia opitulantur, de quibus pluries jam retulimus. Praecipue in his eminent flores nympheae, violarum, et papaueris rhoeados, camphora, moſchus, liquor anodynus mineralis HOFFMANNI, capita papaueris albi, ſyrupus de meconio SYDENHAMII, ejuſdemque laudanum liquidum. Matronam noui, cujus tanta erat ſenſibilitas, vt nunquam ſomno indulgeret, niſi guttas viginti, aut triginta liquoris anodyni mineralis ex aquae frigidae hauſtu cubitum itura aſſumeret; idque jam a multis annis experiebatur. Qui e ſtomachi imbecillitate, malaque ciborum coctione vigilant, his amaricantia, et roborantia, vt vocant ſtomachica, ſomnum conciliant. E grauiori morbo, in quo caput vehementer aegrotauit, conualeſcentes non raro permoleſta vigilia tentantur. His interdum aſſae foetidae, aut ſagapeni, aut galbani tantil-

Paregorica.

Stomachica.

Conualeſcentibus quaenam remedio ſint.

tantillum vesperi datum, et ad aliquot dies prudenter repetitum somnum restituit; frequentius tamen paullo liberalior victus, quo scilicet sanguis, reliquique humores nouo, recentique succo temperentur, et paullatim resarciantur.

§. LXIX.

Regimen diaeteticum. Ceterum in peruigiliis ejusmodi, praesertim primariis, exulare debent omnia, quae morbi caussas fouent; itemque calefacientia, liquores fermentati, decoctum *caffé;* quod tamen neque omnibus nocet, neque desunt, quibus contrarium effectum pariat. GVILLELMVS PISO narrat, nobilem foeminam solo potu *caffé* ad somnum se componere fuisse solitam. Somno itidem arcessendo vniuersim conferunt aquae leniter cadentis murmur, dulcis loquentium, aut legentium susurrus, aut contra summa circumquaque procurata quies, et silentium.

CAPVT IV.

DE APOPLEXIA.

§. LXX.

Contrariam agrypniae affectiones aggredimur explicare, Ἀποπληξίαν *) nimirum, variosque soporis, stupiditatisque gradus. Sed, antequam vltra prouehamur, animaduertendum censeo, *apoplexiam* diuersis saepe nominibus comprehendi solitam esse a scriptoribus. Atque vt aliqua hujusce variationis nominum adducam exempla, praenotabo, ab HIPPOCRATE alicubi *a*) *aphoniam*, a C. CELSO *neruorum resolutionem b*), a JOD. LOMMIO *morbum attonitum c*), ab aliis *apoplexiam* etiam, *siderationem*, *percussionem d*), a nostris vulgo *colpo*, *gocciola*, *accidente* eam appellitari.

* *Apoplexia.*

a) Lib.

a) *Lib. IV. de vict. ratione, et aph. 51. sect. VI.* b) *Lib. III. cap. 27.* c) *Observ. med. l. II. p. 81.* d) IO. BAPT. MOLINARIVS *De Apoplexia sect. I. §. 3.*

§. LXXI.

Apoplexia autem idem sonat, ac latinis *percussio*, vnde fortasse profluxit *ictus sanguinis*, quo ad eam significandam vsi sunt SEXT. AVRELIVS VICTOR a), atque EVTROPIVS b) de morbo LVCII VERI mentionem facientes. Percussi enim veluti fulmine subito concidunt, et resoluuntur, qui ea correpti fuere c). C. CELSVS de ea loquens, *interdum*, inquit, *tota corpora, interdum partes infestat. Veteres auctores illud ἀποπληξίαν* *), *hoc παράλυσιν* **) *nominauerunt, nunc vtrumque παράλυσιν appellari video d).* Proxime ad C. CELSI mentem accedere videtur ARETAEVS, vbi scripsit: *Apoplexia, paraplegia, paresis, paralysis omnia genere eadem sunt; aut enim motionis, aut tactus, aut vtriusque defectus est; interdum et mentis, interdum et reliquorum sensuum. Sed apoplexia totius quidem corporis et sensus, et mentis, et motionis resolutio est e).* Verum non solum vniuersi corporis resolutioni, sed aliquarum etiam partium paralysi nomen apoplexiae tributum est cum ab HIPPOCRATE, tum ab ejus discipulis, vt videre est, vbi linguae, aut brachii, aut partium vnius lateris, aut corporis, aut cruris *apoplexiam* memorat f).

Nominis significatio.

* *Apoplexian.*
** *Paralysin.*

a) *In Marco Antonin.* b) *Histor. Roman. l. VIII.* c) COEL. AVRELIAN. *Acut. morb. l. III. cap. V.* NICOL. PISO *l. I. cap. 16.* d) *Lib. III. cap. 27.* e) *Lib. I. cap. 7.* f) *Aph. 40. sect. VI. Prorreth. l. 2. c. 10. Coac. Praenot. ex* DVRETI *recension. p. 215. n. 13.*

§. LXXII.

Vt nomina apoplexiae, sic definitiones ab auctoribus traditae discrepant inter se. Sed neque ARE-

Definitio.

Apoplexiae legitimae, et vniuersi corporis.

TARI (§. LXXI.); neque aliorum definitione sati eam a syncope, aut a morte ipsa discriminari an maduertunt plerique a) ex neotericis, nisi respirati nem, et cordis motum superstitem adjunxeris. Qu propter *fortem* apoplexiam, siue *legitimam*, atq *vniuersi corporis* rectius sibi videntur definire *su tam sensuum cum internorum, tum externorum, m tuumque a voluntate pendentium abolitionem, sup stite cordis micatu, et respiratione, sed interdum breui, vt fere in ipsa accessione desiisse videatur.* In ea enim, quam *fortissimam*, seu vehementissimam vocant, nemo non nouit vtramque, cordis nempe, et respirationis actionem supprimi, atque exstingui, ac proinde eodem prope momento, quo morbus iste adoritur, vitam omnem deleri, aut sic imminui, vt prorsus deleta videatur. Quaecunque demum fuerit haec sensuum, et motuum cessatio, aut interceptio, eam cerebri, neruorumque praecipua culpa fieri oportet, vt a morte, aut syncope, quae ab aliis caussis, vitiisque praecordiorum pronascitur, opportune segregetur.

a) SWIETEN. §. 1008.

§. LXXIII.

Definitio Morgagnii.

Jure igitur apoplexia visa est Cl. MORGAGNIO *in timorum, qui in cerebro fiunt, motuum (cum videlicet mouemus, sentimus, cogitamus) repentina, aut certe celeris imminutio, tanta interdum, vt proxime ad cessationem accedat, aut in cessationem continuo transeat* a). Statim

Hic vehemens, et fortis intelligitur.

enimuero ac corripit, quando exquisita, et vehementissima est, vel omnem vitam adimit, vel cordis, arteriarumque motum plus, minusue perturbat; respirationem reddit difficilem, variam, magnam, raram, inaequalem, et plerumque cum stertore, et roncho conjunctam; sensum, et motum animalem penitus aufert, vel horum leuissima relinquit indicia.

a) *De sed. et causs. morb. Epist. II. n. 5.*

§. LXXIV.

§. LXXIV.

Qui igitur hujusmodi morbo prosternitur, proinde dormientis, stertentisque hominis speciem exhibet, membris prolabentibus, ac resolutis, ore flante, et spumam interdum emittente; oculis modo apertis, languidis, et saepe conuulsis, modo omnino clausis; facie quandoque turgida, coloratiore, aliquamdiu sanorum simili, quandoque cito subsidente, et pallore suffusa, calore alias superstite, alias a) deperdito. Animaduertendum insuper est, saepissime in vno latere corpus conuelli, dum in altero resoluitur, aut resolutum jam est, sicque aliquamdiu perstare, antequam vniuersum sensu, motuque priuetur. Quod ita crebro incidit, vt Clinicorum vix quempiam esse putem, qui centies illud non obseruauerit. *Descriptio apoplectici.*

a) IO. BAPT. MOLINAR. *l. c.*

§. LXXV.

Caussa proxima vel satis ex §. LXXIII. patuit, vel in ablato consistit commercio, quod inter corticem cerebri, ejusque medullam, aut inter medullam, et reliquas corporis partes sensui saltem, et motui voluntario dicatas intercedit; quaecunque demum credatur istius commercii obscurissima ratio. Quae vero hujusmodi commercium abrumpunt, et tollunt, multae, et variae esse possunt caussae; at commodissime diuiduntur in eas, quae sensibus imperuiae sunt, et tantum conjectura, et cogitatione effingi, et comprehendi possunt; atque in eas, quae sub sensus cadunt, et per anatomen intra cranium deteguntur, quaeque plerumque in sanguine, aut ejus sero consistunt, nonnunquam in aliis, sed rarioribus vitiis a). *Caussa proxima.* *Caussae, quae proximam efficiunt.*

a) MORG. *l. c. ep. II. n. 5.*

§. LXXVI.

Vt vero ab iis exordiamur, quas apoplecticorum anatome reuelauit, certissimum est ex WILLISII, WEPFE- *Caussae per anatomen indagatae.*

WEPFERI, VALSALVAE, LIEVTAVDII, MORGAGNII a), aliorumque obseruationibus, caput in cadaueribus eorum, quos apoplexia exstinxit, plerumque tumidum repertum esse; vasa omnia tam meningum, quam cerebri, cerebelli, et medullae oblongatae sanguine congesto plena, et praeter morem turgentiora; plexum choroidem varicibus distentum, aut decolorem, hydatidibusue scatentem; sanguinem, aut serum, aut vtrumque simul effusum in ventriculis, in ipsamet cerebri medulla sibi interdum cauum, vbi nullum natura posuit, formans, intraque meninges, et cerebrum collectum; aquam item intra caluariam, vel intra duram et piam matrem, copiosiorem ad basin cranii, quae saepe in tubum spinalem penetrauerit; gelatinae quamdam speciem aquae loco omnia cerebri caua opplentem; vlcera *); puris effusiones; abscessus; tumores varii generis cerebrum, cerebellum, medullamue oblongatam occupantes; glandulam pinealem mole auctam, et praeduram; velamenta cerebri nimis tensa, aut contra nimis laxa, aut aliter labefactara; cerebrum ipsum modo flaccidius, modo corruptum, aut durius, solidiusque, quam par est; aërem euolutum, extricatum, cerebri vasa obstruentem, vel intra cerebrum, ejusque inuolucra adactum b); et demum variam horum vitiorum complicationem, quae frequentissima esse consueuit. Inuentas etiam in vasis meningum, eorumque sinibus polyposas sanguinis concretiones retulerunt plerique; at Cl. MORGAGNIO nimis paucae et rarae ejusmodi obseruationes, et saepe cum aliis vitiis conjunctae visae sunt, vt valde dubitarit, num solae pro apoplexiae caussis haberi possent.

a) Vid. WILLIS *De cerebr. anatom. et morb. conuulsiu. De anim. Brutor. P. 2. cap. 2. de apoplexia.* IOH. IACOB. WEPFERI *Historia apoplectic. cum alior. celebr. medic. obseruation.*

tion., historiisque variis. Venet. 1759. BONETI sepulcret. anatomic. lib. I. sect. 2. MORGAGN. oper. citat. Ep. II. IV. et V. LIEVTAVD. Précis de Médecin. l. I. des maladies de la tête p. 181. Histor. anatomic. Medic. T. II. l. 3.
**) in scorbuticis praecipue vlcera hujusmodi obseruata fuerunt a Cl. BOVCHERO, Obseruat. de apoplex. Vid. Recueil d'obseruat. de Médec. T. 46. p. 444.
b) MORGAGN. l. c. epist. V. MOLINAR. l. c. c) Epist. V. n. 23.

§. LXXVII.

Externae caussae violentae.

Ista quidem (§. LXXVI.) praecipua sunt vitia, quae in apoplecticorum capite inuenta ad apoplexiam inducendam sufficere hactenus sine controuersia et credita fuerunt, et rationis, experientiaeque fulcimento firmantur. Reliqua porro, quae externa vis intulit, per se ita manifesta videntur, vt nemo de iis dubitare debeat: a caussis enim violentis, atque euidentibus permanant, et sensibiles noxas, laesionesque capiti, et cerebro illatas ostendunt. Ad horum igitur classem pertinent validae capitis concussiones; ictus; vulnera alte penetrantia, caluariae fracturae, comminutiones, fissurae, aliqua ejus particula depressa; aliaque id genus.

§. LXXVIII.

Caussae aliae internae itidem animaduersae.

Non nulla alia supersunt, quae intus genita, non tamen talia videntur, vt certo affirmari possit, per se sola vnquam ad apoplexiam satis idonea fuisse. Hujusmodi dicuntur mala capitis conformatio; exostoses interiora versus protuberantes; suturarum abolitio; durae matris aucta crassities, aut rigiditas; falx messoria cartilagineam, aut osseam naturam adepta *); calculi finibus, praesertim longitudinali, congeniti; vasorum et sinuum concretio; varicosa, atque aneurysmatica dilatatio; carotidum ossea, aut cartilaginea durities; jugularium venarum compressio,

sio, aut imminuta, et coarctata praeter natur diametros **).

*) Vid. MORGAGN. *Epist. anatom. medic. III. n. 21.*

**) In actis Academiae R. Scientiarum Suecicae 1757. *Vol. XVIII.* PETRVS ZETZELLVS refert de dam adolescente, qui, dum saepius deorsum et sursum put tonis ludens deprimeret, et eleuaret, collo nim per collare constricto, subito concidit vere apoplecti Laxato vero collari, et vena secta ad se feliciter re restitutis sensibus et motibus, quos omnino perdiderat.

§. LXXIX.

Laesio cerebri interdum non conspicua.

Itaque cum ista omnia (§§. LXXVI. LXXVI manifestissime ostendant, in apoplexia cerebrum ejusque appendices obrui quodammodo, aut la factari, vt non amplius suis muniis paria sint; ablu dum haudquaquam erit conjicere, quid simile te nerrimam, mollissimamque ejus substantiam esse quoque perpessam, quando in capite apoplexia de functorum nihil vitii indagatorum oculis apparet *); quod praesertim in iis videri solet; qui ex capitis concussione, validaque cerebri commotione perie runt, aut apoplexia ex febri intermittenti pernic sublati sunt, in quorum cerebro plerumque null noxae signum deprehendi, auctor est IO. HENRIC RAHNIVS *a*); vt nihil de iis dicam, quos neruorum distentio, aut rigor sustulit, cum de his infra o portunior erit disceptandi locus.

*) Prae ceteris Cel. ANTON. VALLISNERIVS e ria medica constare ait, in compluribus apoplecticorum daueribus nullam quandoque apparuisse, stupentibus terim prosectoribus, vel minimam laesionem siue in ningibus, siue in corticali, aut medullari cerebri p siue in ventriculis, siue in vasis sanguiferis, aut lym ticis, siue in vllo alio cerebri, et capitis loco. *Dell ed abuso delle bevande, e bagnature calde, o fredde. Modena.* 1725.

a) *De miro capit. et abdomin. consensu p. 28.*

§. LX

§. LXXX.

Ex his vero, ſi quid conjectura valeo, rationi conſentaneum videtur, quidquid vaſa meningum et cerebri nimium replere, diſtrahere, obſtruere, rumpere, dilacerare, arrodere, comprimere, atque adeo ſanguinis, humorumque cujuſuis generis circuitum per eas partes vrgere, retardare, vel penitus ſufflaminare poteſt, aut intimam cerebri fabricam, ſtructuramque quocunque modo ſubuertere, poſſe id etiam efficere, vt apoplexia facile, et cito accedat. Quo referuntur plethora, vberior ſanguinis ad caput appulſus, aut vehementior ejuſdem motus, nimia ejus cohaerentia, et ſegnities, quam *lentorem* dicunt, phlogiſtica diatheſis, noxia *denſitas*, et multiplex acrimonia irritans, et ferme *diſſoluens*; ſeroſae partis exceſſus, aut inopia, iners *debilitas*, et laxitas, aut contrariae totius encephali affectiones, et demum vis extrinſecus illata.

Conjectura de cauſſis remotis.

§. LXXXI.

Praeterea doctiſſimis, celeberrimiſque medicinae magiſtris a) aptiſſimae ad apoplexiam cauſſae viſae ſunt binae aliae, videlicet inopia ſanguinei laticis, et tanta, vt ad cerebrum ea, qua opus eſt, copia non ferri poſſit, et viarum ea interceptio, qua illius ad cerebrum tranſitus occludatur. Quod ad primam attinet, anceps haereo, num deficiens ſanguinis copia, vndecunque ea ſit, ſiue a defectu alimenti, ſiue ab euacuationibus immodicis, ſiue ab haemorrhagia, aut ſauciatis arteriis ad cerebrum tendentibus, ſyncopae potius, quam apoplexiae cauſſam praebeat. Nec ſatis teneo, an ex ejuſmodi cauſſis occumbentes apoplexiae definitioni (§. LXXII. LXXIII.) reſpondeant, ejuſque phaenomena experiantur, quae in ejuſdem deſcriptione (§. LXXIV.) expoſuimus. Quod ad alteram, non videtur arteriae alicujus ad cerebrum

An inopia ſanguinis et arteriarum ad caput tendentium interceptio Apoplexiae cauſſa eſſe poſſit.

cerebrum sanguinem ferentis obstructio, aut coalitus, siue concretio impeditura, ne per reliquas apertas, et liberas ad cerebrum tantum feratur, quantum ad ejus functiones aliquo modo sustinendas perficiendasque necesse est. Quam quidem rem anatomicae obseruationes luculenter *b*) demonstrarunt. Hypotheticum enim omnino censeo, et fere inauditum, arterias carotides, vertebrales, et ceruicales, vna simul omnes obstrui, et claudi; cum nulla vnquam, quod sciam, hactenus sectione anatomica id perspique compertum, comprobatumque sit. Quod si istud etiam possibile vnquam foret, non tamen, vt arbitror, certo constaret, hominem apoplexia correptum *c*) periisse; quod facile cuilibet in pathologicis bene versato patet. Neque demum iis possum assentiri, qui, cum a compressa cerebro sensus aboleri, et remota compressione restitui viderint, mox concluserunt, omnem apoplexiam a sola cerebri compressione deducendam esse. Nimium enim varia, et multiplex est caussarum, a quibus proficisci eam posse ostendimus, ratio.

An cerebri compressio semper praesto sit.

a) BOERHAAV. SWIETEN. VOGEL. *etc.* *b*) WILLIS *De Apoplex.* et BAYLE *Tract. de Apoplex.* c. 14. *c*) WILLIS *apud* BONET. *in not. ad obseru.* ANDR. LAVRENTII ex *controuers. anatomic. p.* 803.

§. LXXXII.

Aliae remotiores caussae.

Remotioribus quoque caussis accenseri debent alia quaedam corporis vitia, e quibus apoplexiam saepe ortam narrant; videlicet ossea aortae arcus rigiditas, aut ejusdem ex quacunque caussa minuta amplitudo; organici praecordiorum, aut abdominis morbi; asperae arteriae praefocans strangulatio; tumores magni, et duri collo, aut jugulo adnati; itemque morbi quidam, vti bronchia obstructa, hydrops pectoris; calculi cystidis felleae *); alii

Etia

ctiones hyſtericae; partus laborioſior, et protractus; dolor acutiſſimus per chirurgiam alicubi excitatus; epilepſia frequens; ſcabies; exanthemata; arthritis; pedum oedemata ſponte intro verſa, aut retropulſa; lochiorum, et lactis in puerperis e mammis ſubita retroceſſio; aut haemorrhoidum, menſium, euacuationum criticarum, vel conſuetarum ſuppreſſio, emanſio, aut omiſſio; iſchuria tum vera, tum ſpuria; vlcerum, et fonticulorum exſiccatio, aliaque hujuſce generis.

*) Non deſunt qui cyſtidis felleae calculos apoplexiae auctores accuſant, ſuis, atque aliorum prolatis obſeruationibus, qui eos in apoplecticis inuenerunt. Vid. *Ephem. N. C. Cent. IV. obſerv.* 169. Quarum numerum auget tam propriis, quam ab aliis depromtis Cl. MORGAGNIVS *Epiſt. anat. med. IV. n.* 13. *V. n.* 6, 19. At WEITBRECHTVS (*Comm. Litt. ann.* 1734. *hebd.* 9. *n.* 2.) cum in apoplectico decem lapillos cyſticos, et quidem acutos, et angulares, et duros, et duos inter eos non paruos offendiſſet, quaeſiuit, an ab his apoplexia illa orta eſſet? Reſponditque, ſibi hiatum in tanto ratiocinio relinqui, quem ſupplere non auſus eſt; neque MORGAGNIVS ipſe (*Epiſt. anat. medic. III. n.* 5.) ſupplet, conuenitque cum WEITBRECHTI judicio, excepto tamen caſu, in quo calculi fellei dolores atrociſſimos inducant, vt in caſu a FRID. HOFFMANNO (*Med. Syſtem. Rat. T.* 4. *P.* 2. *ſect.* 1. *cap.* 7. *Theſ. Pathol.* §. 10.) deſcripto. Inductis enim ſpaſmodicis in ventre contractionibus ſanguis ad ſuperiora propellitur, aut ibidem conſiſtit.

§. LXXXIII.

Speciatim vero quaedam corpus quodammodo ad morbum hunc idoneum reddere obſeruantur. Cauſſas *proëgumenas* vocant. Sub harum cenſum veniunt ortus a parentibus apoplexia defunctis, infantia, ſed multo ſaepius ſenium, aetas, in primis a quadrageſimo anno ad ſexageſimum vſque, caput ingens, collum breue, corporis ſanguinea, vel phlegmatica temperies, obeſitas *), vita deſes, aut aſſiduis ſtudiis dedita, ſomnus protractior, lautae epulae,

et locorum paluſtrium, aut etiam aëri leuiori, et tenui nimis fruentium habitatio.

*) Apoplexiam a venis per adipem nimium compreſſis ortam refert SCHWENKE. *Haemat.* p. 22. *et* 23., et etiam commemorat HALLERVS. *Elem. Phyſiolog. T. IV. lib. X. ſect. VII.* §. *XIV.* mihi p. 203.

§. LXXXIV.

Cauſſae procatarcticae. *Propbaſis.*

Homini autem ſic (§. LXXXIII.) ad morbum veluti diſpoſito occaſionem, ſiue πρόφασιν *) porrigunt, vt apoplecticus concidat, validiores corporis exercitationes, immoderata, poſt epulas praecipue, ſaltatio; vini, et ſpirituum ardentium abuſus; ſternutamentum, aut tuſſis frequens, et magna; venus furens; ardentiſſimae febris concitatior motus; balnei, aut laconici calor; ira; terror; metus; triſtitia; perſpiratio repente cohibita; multa ſpiritus in tubis inflandis, aut aluo deponenda a), aut foetu edendo *), aut vociferando contentio; primarum viarum cruditates; alimenta craſſiora, et pinguia; ſupinus decubitus; largior aquarum medicatarum, praeſertim ſenibus, aut pituitoſis hominibus, potus; ventriculi nimia repletio; vterus praegnans, aut inſigniter tumens; emetica fortiora **), et graues, diutinaeque animi curae. At ſpeciatim apoplexiae fauent venti auſtrini, et boreales viciſſim flantes; hiems pluuioſa; coelum nubilum; calor, et frigus alternatim, et repente variantes, ſibique ſuccedentes; quae poſtrema BAGLIVIO, LANCISIO, aliisque teſtantibus in cauſſa ſaepiſſime ſunt, vt quaſi epidemice interdum graſſari apoplexia videatur.

a) Virum inter aluum deponendam apoplexia fortiſſima abreptum narrat MORGAGNIVS. Idem vidit, et ſectione comprobauit VALSALVA. *Vid. Morg. epiſt. anat. med. XIII. n.* 19.

*) ADVLPHVS inter ceteros lethalem apoplexiam ex rupto plexu choroide vidit in muliere, quae intempeſtiue

fortio-

fortioribus nisibus partum accelerabat. *Act. N. C. T. I. obscrv.* 241. Atque ex hac caussa saepe periisse puerperas, quae repente in partu obeunt, non sine veri similitudine putauerim.

**) Emeticorum vsum in praedispositis ad apoplexiam perniciosum ostendit obseruatio de Antonio Tita, quam habet Cl. MORGAGNIVS *Epist. anat. med. III. n.* 11. Quod ego quoque non semel (proh nimium!) obseruaui.

§. LXXXV.

Sunt quaedam etiam venena, quae vel sanissimos, imparatissimosque in lethalem apoplexiam praecipitant, recondita adhuc, vel certe obscurissima intimam cerebri, neruorumque texturam labefactandi potentia *). Inter haec primas tenent opium, *hyoscyamus*, stramonium, vtraque cicuta, nicotiana, et praecipue ejusdem fumus **) largiter suctus, crocus, aliaque narcotica; item boletorum quaedam species; cloacarum, fodinarum, puteorum, speluncarum, sepulcrorum putridi, phlogistici, inflammabiles, aut aliter mephitici halitus, repente erumpentes; vapor carbonum ignitorum ***), musti, et cereuisiae fermentantis, in loco clauso coërcitus; aër, vt vocant, *fixus* e varia corporum efferuescentium mistione extricatus, isque varius, et multiplex pro varietate rerum commixtarum, atque ebullientium, vti *nitrosus*, *vitriolicus*, *acetosus etc.*; et demum ipsamet fulminea ignis electrici explosio.

Venena narcotica.

Venenati halitus.

*) Quibus autem placet per haec irritabilitatem cordis primo destrui, non videbitur inde enasci apoplexia, sed potius syncope cardiaca.

**) Nicotiana, siue *tabacum* est planta acris, emetica, et simul narcotica. Ad hyoscyami species spectat. Qui noxas ab ejus pulueris, aut fumi vsu inductas scire cupit, consulat TISSOTIVM *Epist. var. argum. p.* 92. *et seq.*, *et* DIDELOTIVM *Avis aux gens de la campagne, ou Traité des maladies les plus communes. chap. XVII. p.* 119. IO. ANDR. MVRRAYVM *Apparat. medicamin. Vol. I. n.* 180. *p.* 464. Memorabo tantum quaedam terrifica exempla ad rem nostram.

ſtram. A puluere nimis copioſe naribus vſurpato coma ſomnolentum, deinde apoplexia lethalis nata refertur in *Eph. N. C. Dec.* 2. *Ann.* 10. *obſ.* 131. *p.* 222. In Diariis Germaniae anni 1730. p. 179., teſte DIDELOTIO modo laudato, narratur de quodam milite, qui pulueris hujus adeo cupidus erat, vt tres quotidie vncias naribus attraheret. Cum ad annum trigeſimum ſecundum ſuae aetatis peruenisset, coepit vertigine frequenti laborare, deinde correptus fuit apoplexia validiſſima, quae eum e medio ſuſtulit. Ibidem alius memoratur, qui ab immodico *tabacci* hiſpanici vſu primum viſum perdidit, deinde in paralyſin incidit. OLAVS BORRICHIVS in epiſtola quadam ad TH. BARTHOLINVM data refert de homine, cui nimius *Tabacci* vſus cerebrum ita exſiccauerat, vt in ejus cranio poſt mortem loco cerebri inuentus fuerit grumulus quidam nigricans ex pluribus membranis coalitus; quaſi cerebrum exſuccum redditum eſſet nimia muci per nares prolecta excretione. HELMONTIVS, TVLPIVS, et Medici Breslauienſes, vt habet DIDELOTIVS, teſtantur inde natas apoplexias. Nota eſt hiſtoria duorum fratrum Sileſiorum, qui, cum ſe prouocaſſent ad fumum *tabacci* hauriendum, praemio propoſito illi, qui diutius perduraſſet, ambo perierunt apoplectici, primus ad decimam ſeptimam *tabacci* fiſtulam, alter ad decimam octauam.

***) Cl. PORTALIVS duos vidit fumo carbonum, qui ex camino cum alio cubiculo communicante irrepſerat, enecatos. Erat his facies colorata, oculi lucidi; membra, et mandibula inferior flexilia; cutis mollis, et calens; abdomen tumidum. In cadaueribus autem ex hac cauſſa interemtorum inuenit cerebri vaſa ſanguine plena, ventriculos ſero quodam ſpumoſo, interdum etiam ſanguineo. Arteriam pulmonarem, auriculam, et ventriculum cordis dexterum, venam cauam, et jugulares ſanguine ſpumido turgentes; ſaepe bronchia madida liquore ſeroſo rubente. Venas pulmonares, ſiniſtram auriculam, ſiniſtrum ventriculum, atque aortam aut vacuas, aut quaſi vacuas. Sanguinem in pleriſque ſpumoſum, fluentem, et facile in celluloſum textum tranſudantem. Epiglottidem eleuatam, glottidem hiantem, linguam praetumidam, vt vix ore contineri poſſet. Oculos prominentes, non flaccidos, ſed lucidos ad tertiam diem vſque poſt mortem. Similia vidit in ſubmerſis, et ſtrangulatis. Cl. Auctor putat vapore iſto aërem reddi ineptum dilatandis pulmonibus, atque adeo exſpi-

exſpiratione nimium protracta, ſanguiniſque refluxu impedito apoplexiam induci. *Hiſt. de l' Acad. des Scienc. ann.* 1775. Sed de his vid. etiam CARMINAT. *de mortib. etc.*

§. LXXXVI.

Jam vero ad ipſas, propriaſque apoplexiae differentias, varioſque ejus gradus tranſeamus. Prima omnium differentia, quae ab antiquiſſimis vſque temporibus obtinuit (§§. LXXI. LXXII.) eſt in *vniverſalem*, et *particularem a*). In illa totum corpus laeditur, in hac latus vnum, vel aliquae tantum partes. Priorem *veram*, atque *exquiſitam* vocamus, quod omnes animales actiones in ea ceſſant, aut intercipiuntur; alteram *ſpuriam*, aut *leuiorem*, quod in hac illae laeduntur quidem, non vero omnes, neque ex toto abolentur *b*). *Differentiae.*

*) Vid. etiam FRANC. SCARDONA *de cognoſc. et curand. morb. lib. I. cap. I. §. VIII. et IX.* *b*) PLATNER *art. med., morb. ſoporoſ.* §. 376.

§. LXXXVII.

Particularis apoplexia (§. LXXXVI.), quando vnum corporis latus reſolutum eſt, peculiari nomine vocatur ἡμιπληγία*): quando vero partes, quae infra caput remanent, παραπληγία*, aut παράπληξία*, quae tamen multo rarior eſt. Non me latet, has poſtremas affectiones a quibuſdam pro ſpeciebus *paralyſeos* conſiderari, non apoplexiae; quaſi paralyſis aliud morbi genus eſſet, penitus, longeque ab apoplexia diuerſum. At hi videntur obliti eſſe eorum, quae C. CELSVS, ARETAEVS (§. LXXI.), et inter poſteriores PITCARNIVS *a*), de paralyſi exiſtimarunt, cum eam ab apoplexia non ſejungant, aut eidem congenerem judicent. Neque ſane magis audiendi videntur illi, qui ideo paralyſin ab apoplexia ſeparandam volunt, quod apoplexiae cauſſa cerebro inſideat, paralyſeos vero neruis extra cere- * *Hemiplegia.* * *Paraplegia.* * *Paraplexia.*

 brum

brum positis, locatisque. Nam scire hi dissimulant, lateris vnius, vel quarumdam aliarum partium resolutionem, siue motus, et sensus defectum, quae vera est paralysis, ex cerebri etiam vitio proxime enasci posse. Quis, amabo, rerum anatomicarum tam rudis esse queat hodie, vt vnius lateris paralysin, nempe hemiplegiam, ignoret plerumque tribuendam laesioni oppositae cerebri partis, videlicet illius, quae lateri resoluto ex aduerso opponitur, cum id vel HIPPOCRATI, vt animaduertit HALLERVS *b*), ARETAEO, et CASSIO, vt refert CASPAR HOFFMANNVS *c*), antiquissimis nempe auctoribus, nedum nuperioribus in anatome exercitatissimis *d*) exploratissimum fuerit? Pleraeque enim fibrae medullae cerebri, et cerebelli, quae a dextris oriuntur, ad sinistras; quae a sinistris, ad dextras, oppositasque corporis partes duci videntur, sic vt nerui tam e cerebro, quam e medulla oblongata prodeuntes, ab oppositis plagis, et originibus, quasi decussatim proficiscantur. Non tamen de omnibus paralysibus dici istud licet, cum quasdam nerueas fibras ab vno cerebri hemisphaerio profectas non ad aduersum, sed ad idem corporis latus porrigi, multa suadere debeant. Hinc interdum resolutum nouimus latus idem, cui respondebat cerebri laesum latus, quod ex VALSALVA ipso, et MORGAGNIO decussationis neruorum strenuis alias propugnatoribus *e*) euinci, confirmarique potest.

Plerumque oppositum latus resoluitur, sed non semper, et cur.

a) *De apoplexia.* *b*) *Physiolog. T.* 4. *p.* 222. *ed. Venet.* *c*) *Comment. in* GALEN. *de vsu part. l.* 10. *c.* 12. *d*) MORGAGN. *aduers. anatom. VI. animaduers.* 84., et ante eum VALSALVA, LANCISIVS, deinde MOLINELLIVS, PLATNERVS, LVDWIGIVS, aliique bene multi. At prae ceteris audiendus est HALLERVS, qui *in Element. Physiolog. T. IV. p.* 221. *n.* 1. frequentissima, inquit, sunt exempla actionis decussatae vulnerum, et vitiorum cerebri. Dextera manus resoluta, cum pus sub cranio in sinistro latere effunderetur,

retur, MORGAGN. *de sed. et causs. morb. II. p.* 288. Resolutio dexteri lateris, et brachii dextri, cum sinister thalamus mollis esset, et fracidus, *I. p.* 82. Hemiplegia dextera, cum aqua in sinistro ventriculo esset, et erosum cerebum *p.* 83.; et cum sanguine in ea sede effuso *p.* 21.; et cum corpus alienum in plexu choroideo sinistro vitiose natum esset, *p.* 83. Paralysis partis dextrae faciei cum sero, et hydatidibus in sinistro ventriculo, *Mémoires des sçavans étrang. III. p.* 452. Paralysis lateris oppositi a sanguine inter meninges effuso, CLOSSY *p.* 6. Vulnus ensis per oculum, hemiplegia lateris oppositi, *Philosoph. Transact. Vol. LIII.* Sed, ne nimius sim, reliqua vid. apud eumdem HALLERUM *T.* 4. *lib.* 10. *sect. VII.* §. *XXIX.* diligenter enumerata.
e) *Epist. anatom. XIII. n.* 19. *et* 25. *et epist. anatom. med. II. n.* 16. Multa exempla hujusmodi vid. apud HALLERUM *Elem. Physiol. T.* 4. *l.* 10. *sect. VII.* §. *XXIX. p.* 223.

§. LXXXVIII.

Lateris ejusdem paralysis, quo cerebelli, aut cerebri laesio.

Id etiam JANUS PLANCUS obseruauit in cerebelli potissimum laesionibus, in quibus propterea non oppositum, sed idem latus corporis resolui *a*) contendit. Sed praeterea animaduertendum superest, non semper alternum latus resolui. Saepius enim non resoluitur, sed conuellitur *b*), vt ego ipse aliquoties vidi, quando nimirum irritatio praeualet compressioni. Interdum etiam, dum ab eadem cerebri laesione latus alternum resoluitur, respondens cerebri laesioni latus conuellitur, motibusque clonicis *c*) agitatur. Quod facile explicaueris, si ponas irritari eodem tempore originem neruorum, qui ad latus affectum tendunt, dum origo neruorum ad alterum latus euntium comprimitur, ex quo simul resoluantur partes, ad quas hi nerui spectant.

Interdum conuellitur latus, non resoluitur.

a) *Lettera sopra un' apostema del cervelletto.* *b*) HIPPOCR. *aph. VII.*, *et de vulner. capit.* SCHOUTEN. *gewondte hoofd. p.* 64. SCVLTET. *obs.* 17. BARTHOLIN. *hist.* 2. *cent. V.* BOUVART *Histoir. de l'Acad. Royal. des scienc. de Paris* 1700. *obs.* 19. SALMVTH. *l.* 1. *observ.* 17. *c*) HORST. *L. II. obs. I.* LORRY *Mémoir. de sçavans étrang. T. III. p.* 375. *ex* HALLERO *l. c. T.* 4. *p.* 223.

brum poſitis, locatiſque. Nam ſcire hi diſſimulant, lateris vnius, vel quarumdam aliarum partium reſolutionem, ſiue motus, et ſenſus defectum, quae vera eſt paralyſis, ex cerebri etiam vitio proxime enaſci poſſe. Quis, amabo, rerum anatomicarum tam rudis eſſe queat hodie, vt vnius lateris paralyſin, nempe hemiplegiam, ignoret plerumque tribuendam laeſioni oppoſitae cerebri partis, videlicet illius, quae lateri reſoluto ex aduerſo opponitur, cum id vel HIPPOCRATI, vt animaduertit HALLERVS *b*), ARETAEO, et CASSIO, vt refert CASPAR HOFFMANNVS *c*), antiquiſſimis nempe auctoribus, nedum nuperioribus in anatome exercitatiſſimis *d*) exploratiſſimum fuerit? Pleraeque enim fibrae medullae cerebri, et cerebelli, quae a dextris oriuntur, ad ſiniſtras; quae a ſiniſtris, ad dextras, oppoſitaſque corporis partes duci videntur, ſic vt nerui tam e cerebro, quam e medulla oblongata prodeuntes, ab oppoſitis plagis, et originibus, quaſi decuſſatim proficiſcantur. Non tamen de omnibus paralyſibus dici iſtud licet, cum quaſdam nerueas fibras ab vno cerebri hemiſphaerio profectas non ad aduerſum, ſed ad idem corporis latus porrigi, multa ſuadere debeant. Hinc interdum reſolutum nouimus latus idem, cui reſpondebat cerebri laeſum latus, quod ex VALSALVA ipſo, et MORGAGNIO decuſſationis neruorum ſtrenuis alias propugnatoribus *e*) euinci confirmarique poteſt.

Plerumque oppoſitum latus reſoluitur, ſed non ſemper, et cur.

a) *De apoplexia.* *b*) *Phyſiolog.* T. 4. p. 222. *ed.* [illegible] *c*) *Comment. in* GALEN. *de vſu part.* l. 10. c. 12. *d*) MORGAGN. *aduerſ. anatom.* VI. *animaduerſ.* 54., et ante [illegible] VALSALVA, LANCISIVS [illegible] inde MOLINELLIVS, [illegible] NERVS, LVDWI[illegible] At prae c[illegible] audiendu[illegible] [illegible] p. 23[illegible]

retur, MORGAGN. *de sed. et caus.* [illegible] *L* x 29. Reliquum dexteri lateris, et brachii [illegible] cum [illegible] mollis esset, et fracidus *I* x 32. Hemiplegia [illegible] cum aqua in sinistro [illegible] esset [illegible] x 33; et cum sanguine in ea sede [illegible] x 21 . [illegible] alienum in plexu choroidei sinistri [illegible] p. 83. Paralysis partis dextrae faciei [illegible] in sinistro ventriculo. *Memoires* [illegible] III p. 452. Paralysis lateris oppositi a [illegible] meninges effusio. [illegible] Tumor enim [illegible] hemiplegia lateris oppositi. *Primitiae* [illegible] Sed, ne nimius sim, reliqua vide apud summum HALLERUM T. 4 [illegible] diligenter enumerata.

c) *Epist.* [illegible] x 15 [illegible] x 16. Multa exempla [illegible] vide apud HALLERUM *Elem. Physiol.* T. 4 . [illegible] 225.

§. [illegible]

Id etiam [illegible] in cerebelli potissimum laesione [illegible] propterea non oppositum. [illegible] contendit. Sed praeterea [illegible] perest, non semper alternum [illegible] Saepius enim non [illegible] aliquoties vidi, quando [illegible] compressioni. Interim [illegible] [illegible] laesione latus alternum [illegible] [illegible] laesioni latus [illegible]

[illegible]

§. LXXXIX.

Cur non semper resoluatur alterutrum latus?

Nec satis est quodlibet vitium vnius cerebri hemisphaerii, vt resoluatur semper alterutrum corporis latus; nam, cum vndique ex cerebri medulla ad neruos fibrae ferantur aliquae, idcirco non omnis neruorum vis, vno cerebri latere aliquomodo compresso, aut labefactato, in eadem, aut aduersa corporis parte exstinguitur, quia haec a fibris medullaribus ex integro hemisphaerio prodeuntibus, atque ad vniuersum corpus porrectis sustineri interdum potest, quin necessario paralysis subsequatur. Id tum maxime patet, cum vtrumque hemisphaerium noxam contraxerit, et neutrum tamen latus resolutum sit. Tantus enim tunc nerueae facultatis ad partes singulas ex cerebro influxus superest adhuc, vt omnes satis vigeant, et sensu, viribusque polleant. Ceterum quando euenit, vt vnum latus resoluatur, neque Medico, vbi accesserit, liceat amplius distinguere, quodnam primo latus fuerit affectum, quia vniuersum jam corpus resolutum apparet, exquirat is tunc ex domesticis, et famulis, in quodnam latus homo procubuerit; nam hoc erit, quod ab initio resolutum fuit, labesque in opposita cerebri parte vt plurimum reperietur.

Latus primo resolutum est id, in quod procubuit aeger.

§. XC.

Certis cerebri sedibus respondent quaedam partes resolutae.

Fereque compertum videtur ex Anatomicorum industria, certis in cerebro sedibus affectis certas in corpore partes paralyticas reddi. A compressis, aut aliter vitiatis neruorum opticorum thalamis ortus amaurosis, siue *gutta serena*, paralysis nempe neruorum opticorum, et retinae *a*). WILLISIVS notauit, si *corpora striata* aliquo modo laedantur, crura motu, et sensu *b*) priuari. Nec rationi repugnat pro vario *corporis callosi*, aut *medullae oblongatae* loco laborante, modo illud, modo aliud nervorum

orum par, proindeque varias corporis partes potissimum pati. Quod in primis comprobari ab ea potest hemiplegiae specie, quae non a principio inruit, sed secundaria est, nimirum illa, in quam vera, exquisita, atque vniuersalis apoplexia interdum desinit; caussa, quae callosum corpus c), aut centrum cerebri opprimebat, ad latus magis vnum conuersa. Quod si caussa, vt interceptio sanguinis n venis ad cerebri basin, neruos, qui inde ad linguam protenduntur, comprimat; vt plurimum aphoniam, et jactationes gignit, animaduertente LANCISIO c*). Imo si ea ad cerebri basin, cerebellumque descendat, neruosque omnes inde egredientes obruat, eoque magis si ad neruorum vsque *cervicalium*, a quibus major pars *cardiacorum* prouenit, originem propagetur; vita ipsa, motu nempe cordis, et thoracis penitus intercepto, protinus exstinguatur necesse est. Hinc MORGAGNIVS (*Epist. anat. med. III. n.* 25.) jure videtur audiendus, vbi ait: *cerebellum* maxime affici in apoplexia, fortasse conjici poterit ex respirationis summa laesione, ano, et vesica resolutis, excrementis sponte erumpentibus, faciei, et labiorum liuore. Quod si in fistulam, qua reconditur medulla spinalis, irruat, et supremas praesertim vertebras inundet, atque occupet, *paraplegiam* gigni, ferme omnibus persuasum est d).

a) PLATNER *l. c.* LVDWIG *l. c.* b) *De anima Brutor. cap. IX. p.* 106. c) PEYRONIE *Mémoir. de l' Acad. Roy.* ann. 1741. c*) *De subit. mortib. l.* I. *cap. VIII.* §§. IX. X. d) PLATNER et LVDWIG. *l. c.* et MORGAGN. *Epist. anatom.* mox. *cit.* Apud BOERHAAVIVM *Praelect. in Institut.* §. 401. describitur paraplegia primum a sanguine in principio spinae effuso, deinde in apoplexiam, ab eodem ad cerebellum vsque diffuso, terminata. Similem casum narrat DVVERNEYVS, vti videri potest in DUHAMELII *R. Scient. Acad. Histor. l. III. f. V. c.* 2. *n.* I. TISSOTIVS veram paraplegiam vidit in vegeto homine, cui, dum terram foderet in spelunca, massa terrae concretae in ceruicem deciderat.

Nulla siue luxatio, siue fractura a chirurgo eo in loco i-
venta est. *Epist. med. var. argum. p.* 97,

§. XCI.

Particulares paralyses. Interdum aliqui solummodo occupantur, re-
vunturque musculi, vti faciei, palpebrarum, brac-
linguae *), pharyngis, oesophagi, ventriculi, int-
stinorum, vteri, vesicae, ani, de quibus alibi dicen-
erit opportunior locus; atque hinc variae *apopl-
xiae leuioris*, siue *particularis* species, vel, vt pleri-
que vocantur, paralyses prodeunt. Harum ver-
duplex genus est pro diuersa caussarum sede, alte-
rum videlicet ex cerebri, aut medullae spinalis **),
vnde nerui omnes procedunt, pressione, suppuratio-
ne, vlcere, vulnere, infarctu, aliaue simili non;
alterum ex affinibus caussis inuolucra neruorum,
ganglia, vicinasque partes afficientibus, neruos ipsos
aut comprimentibus, coarctantibus, obstruentibus,
aut alia quacunque ratione eos in itinere laedenti-
bus. Huc redeunt varia tumorum genera neruis
adnata, cellulosi textus, quo nerui cinguntur, et con-
tinentur, frequentissimus hydrops, vertebrarum,
aliorumque ossium fracturae, luxationes, exostoses,
contusiones, vulnera, metastases, venenati halitus,
praesertim metallici, veluti ex arsenico, plumbo
cinnabari, et mercurio, aliaque corpuscula noxia
tenuissima, penetrantia, aut varia cacochymiae
genera ad neruos, aut eorum vaginas perducta.

*) In Diario Medico Parisiensi (*Juin* 1780. *p.* 547)
stat obseruatio D. MAJAULTI de paralysi linguae, atq-
extremorum artuum inferiorum, quam sine plethora,
cacochylia, aut alia caussa solum frigoris tormentum ex-
tauerat. Eam vero facile excussit intra sex dies solo
luto florum arnicae, cui addebat duodecim guttas alk-
volatilis pro qualibet *pinta*, vt vulgo vocant.

**) Paralyses, quae laesionibus medullae spinalis sup-
veniunt, non in opposito latere contingunt, sed in eod-
ex quo laesa medulla fuit. Vid. HALLER. *Elem. physiol.*
T. II

IV. *l.* 10. *sect. VII.* §. 29. *p.* 223. vbi citantur TVRNERI, ...ANI, SALICETI, et *Act. Societ. Edimburg.* testimonia.

§. XCII.

Paralyses spuriae ex musculorum vitiis.

At quoniam ad motum muscularem praeter ...orum vim requiritur ipsa fibrarum musculari... integritas, firmitas, atque insita *irritabilis* facul... idcirco vltro fatendum est, aliquando, si non ...m, *spuriam* certe, siue *imperfectam* paralysin, ...e fortasse rectius immobilitas dici posset, obser...i ex sola fibrarum muscularium laxata compage, ... debiliori elementorum eas componentium co...rentia, atque imminuta *irritabilitate*, aut ex cel...aris contextus infarctu, oedemate, obstructione, ...mque ex impedito sanguinis per arterias in mu...ulos influxu; qui pariter ad musculorum vim ex...andam, aut seruandam videtur exposci. Id vitii ...ius scorbuticis, cacochymicis, vulneratis, et ni...ia venere exhaustis corporibus praecipue super...nire consueuit.

§. XCIII.

Paralyseos gradus varii.

In quauis autem paralysi gradus quidam notari ...ent: vel enim vna cum motu perit omnis sensus, ...eque perfecta est *anaesthesia* *); vel motus tan...modo cessat, superstite sensu; vel sensus defi..., non vero motus. Vtraque haec *imperfecta* ...alysis dicitur. Interdum in parte stupore cor...ta, motuque priuata acuti subinde dolores per...ntur; quod phaenomenon cum ejus stupore ...ytico vix conjungi posse videtur. Rarissimum illud hemiplegiae genus, in quo ex vno latere ...us, manente sensu; ex altero sensus, relicta mo...i potestate, aboletur. Hujus tamen exemplum ...ISTERO *a*) posterorum memoriae consigna...gimus. Rara quoque est paralysis tertio lo...posita, cujus itidem non desiderantur apud Clinicos

Clinicos aliquae hiſtoriae. Cl. BERDOTVS non pridem de ſexagenaria meminit, dexteri lateris miplegia cum ſenſus, et motus jactura prehenſ motus quidem rediit, nunquam vero ſenſus *b*). ipſe, qui iſtud pluries vidi, ante paucos annos tus fui ad nobilem foeminam hemiplegiacam, poſt menſes tres, ex quo in hujusmodi mo incideraт a ſuppreſſis catameniis, motum qu recuperauerat, ſenſum vero nequaquam. Qu ſenſus in paralyticis membris remanet, deficit tem motus, non nulli rem ſatis explicari putan dixerint, ad ſenſum minorem neruorum vim, influxum ſufficere, majorem vero requiri ad motu Verum cum contra ſuperſit motus, aut redierit, ſit vero ſenſus; quomodo phaenomeni explicati nem inibunt? Fortaſſe propius a vero erit, qui ner vos muſculis mouendis dicatos ſuam vim acqui viſſe dixerit, non eos vero, qui ad cutem pert nent *c*); ſiue, quod eodem recidit, neruos fortaſſ qui a ſpinali medulla originem habent, releu fuiſſe, eos non item, qui a nerui intercoſtalis tr co magna ex parte ſuppeditantur.

*) Anaeſtheſia hodie ſumitur pro ſenſus omnis tam terni, quam externi priuatione. Hinc ſtupor latine tur. Hodie haec vox adhibetur a noſologis ad mo quemdam ſignificandum, quem a paralyſi non minus, a catalepſi, atque ecſtaſi differentem volunt. Et q videam, quibus rationibus hujuſmodi differentiam tradant, non tamen de ea genus quoddam morbi p conficiendum duxi, quod caſus illi, quos de an narrant facile ad paralyſin, vel ad catalepſin, aut ec ſaltem ſpuriam redigi poſſunt, vti in capite de catalep ecſtaſi facile oſtendam.

a) *Ephem. N. C. cent. II. obſerv.* 196. *b*) *Act. Helv VI. p.* 191. *c*) Cl. RAYNER. BONAVENTVR. MART Profeſſor Piſanus non diſſimili vtitur explicatione in *Med. T. I. cap. V. p.* 59.

§. XC

§. XCIV.

Si ſtupore, aut torpore ſolum pars aliqua elan-it, non vero motum, et ſenſum prorſus amiſe- haec communiter pareſi laborare dicitur, qua- videlicet imperfectae, et ſpuriae paralyſeos e. Multi tamen pareſis nomine vtuntur ad iorum tantum artuum ſignificandam reſolutio- Alii id nominis adhibent vel inteſtinorum iae, quae in colica Pictonum, ſiue conuulſiua ple- que ſponte, aut narcoticorum vſum conſequi- vel brachiorum paralyſi eidem colicae ſuper- enti. ARETAEVS porro pareſin eſſe ait, quan- veſica vrinaria reſoluitur, neque amplius ad ttendam, aut retinendam vrinam valet a). Quid pareſis?

a) De cauſſ. et not. diuturn. affect. l. I. cap. VII.

§. XCV.

Hactenus de propriis apoplexiae particularis rentiis. Supereſt, vt de communibus vtriuſque particularis, tum vniuerſalis dicamus. Itaque lexia ratione loci primario affecti diuiditur in athicam, et ſympathicam, prout nempe ejus cauſ- proxime in capite, vel alibi reſidet, vnde vim o ſuam in caput exerceat. Item ratione cauſſae eſt ſanguinea, alia ſeroſa, pituitoſa alia, atrabila- etaſtatica, in primis ex arthritide, lochiis, aut ſubito, et velociter retropulſis, traumatica, ta, hyſterica, epileptica, conuulſiua, ſcorbutica, febrilis, polypoſa, praecordialis, mephitica, tica, halituoſa, fulminea, et ſic deinceps. Communes apoplexiae differentiae.

§. XCVI.

eterea in apoplexia vera, ſiue exquiſita (§§. II. LXXXVI.) conſiderari ſolent gradus quidam irationis, pulſus, caloriſque deprauatione de- riuandi; Gradus apoplexiae legitimae.

riuandi; quorum caussa communiter ipsa disti[...] tur in *debilem*, *fortem*, et *fortissimam*. At G[...] NVS *a*), cui adhaerere quidam malunt *b*), gr[...] hosce ad quatuor extendit, indeque *leuiss*[...] *leuem*, *validam*, siue fortem, et *validissimam* [...] stituit; quamquam, vt libere quod sentio di[...] hujusmodi gradus subtilius excogitati, et minu[...] fortassis diuisi, vix vnquam distincte a Clinicis p[...] cipi, et deprehendi possint.

a) *Comment. in coac. praen. text.* 476. *b*) IO. B[...] MOLINARIVS *l. c.*

§. XCVII.

Notae cujusque gradus.

Leuissima ea dicitur, in qua respiratio liberior[...] pulsus ordinatus, color faciei, et calor corporis na[...] turali proximus deprehenduntur. *Leuis*, quae re[...] spirationem, et pulsum inaequalem, aut intermitte[...] tem, colorem praeter naturam, corpusque subfri[...] gidum exhibet. Quando vero spiritus aegerrim[...] ducitur, pulsus durus, et longe varius micat, co[...] deperit, et corpus friget, tunc *validam*, siue *fort*[...] adesse scito: *validissimam* demum, atque acuti[...] mam, vbi rhonchi vehementissimi trahuntur, aut h[...] absentibus nulla respiratio, pulsus nullus percipit[...] facies cadaueris speciem habet, sudor frigidus vn[...] que manat, spuma circa os collecta haeret, [...] sphincter ani, et vesicae omnino laxatur. Anim[...]

Animaduersio de respirationis ratione.

vertimus tamen cum Cl. MORGAGNIO *a*), re[...] tionem laesam indicare varios quidem morbi huj[...] ce gradus, non ita tamen eam accipi oportere, [...] sine hoc signo grauissima interdum apoplexia [...] non posset. Nonnunquam enim bona, et ordin[...] visa est respiratio, quamquam validissimum mal[...] et cito mortiferum existeret; idque VALSALV[...] et VERATTI obseruationibus comprobari. Insu[...] verisimillimum videri, in *leuissima*, et *leui* cereb[...]

prop[...]

proprie dictum magis, in *forti*, et *fortissima* cerebellum etiam, aut medullam oblongatam, et supremam medullae spinalis regionem offendi.

a) *De sedib. et causs. morb. Epist. II. n.* 13. *et* 14.

Diagnosis.

§. XCVIII.

Apoplexiam non solum ex iis, quae supra (§§. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV.) exposita sunt, verum etiam ex aliis, quorum recensionem mox subjungemus, licet praeuidere; quod summopere interest Medicorum, quibus curae esse debet aliorum salutem tueri. Igitur eam imminere tradunt, *si quis inter* dormiendum alto sopore captus, *incubo* *), et dentium stridore corripiatur, aut vehementer praeter consuetudinem stertat; si dolor capitis sine manifesta caussa jamdiu vexet, nauseam, aut vomitum moueat, nullaque re mitigetur; si memoria, quae felix, tenaxque fuit, repente minuatur, obfuscetur, aut deficiat, facilisque obliuio eidem succedat; si caput graue fiat, mens hebetetur, sopor facile obrepat; si maculae muscarum instar, aut scintillae oculis obuersentur, quin amauroseos, aut suffusionis suspicio praecesserit; si albuginea tunica rubeat, lacrymae sponte profluant, vertigo tenebricosa stanti, aut caput deorsum demittenti citra ventriculi repletionem superueniat, et saepe reuertatur; quibus, qui vitio cerebri, et neruorum opticorum visum amiserint, noctu splendor subinde ante oculos fulgere videatur. Id vero si circa hiemale solstitium contingat, lethali eos apoplexia, vere accedente, quod longissimum est, correptum iri, conjectare fas erit. Si quis nec vini, nec *tabaci* fumo temulentus inter legendum a linea aberret, cum minime id prius eidem accideret; si susurrus, tinni-

Signa futurae, aut imminentis apoplexiae.

tinnitus, aut bombus, quem nec loca humida, nec paries recenter calce obductus, nec alia euidenti caussa procrearit, auribus obstrepant; si lingua balbutire incipiat; verba tardius proferantur; responsa dentur implexa; os distorqueatur; si insolitus moeror, aut angor animi accedat; si deglutiendi difficultas ingruat, aut glutire volenti tussis excitetur, nulla interim inflammatione, nulloue tumore fauces obsidente, nullaque affectione hysterica, aut hypochondriaca intercedente; si saepius animi deliquium infestet; si alterutrum corporis latus identidem torpeat, neque id ex compressione vlla partium, aut tumore, aut arthritidis, rheumatismi, scorbutiue effectibus repeti possit; si tactus obtusior euadat; si manus, quae antea velox erat, *mox* minus promte scribenti obsecundet; si ex *leui incessu* lassitudo cita sequatur; si pedes vacillent, veluti rependo trahantur; si membra formicationis sensu afficiantur; si post capitis vulnera, contusionesque rigor, aut diutini citra febrim horrores, aut *catoche* **) inuadant. Haec, inquam, aliaque id genus, si non omnia, aliqua saltem, saepiusque obueniant, necesse est, vbi apoplexiae accessus praeuidendi sunt. Nam sine vllo etiam praecedente indicio interdum adoritur vel optime valentes.

*) Incubus, siue Ephialtes est quaedam spirandi difficul-tas in somno dormientibus superueniens cum sensu ponde-ris thoraci sub specie laruae, aut spectri, aut sagae incum-bentis, a quo nisi post varios gemitus, conatus, et luctas euigilantes, aut excussi liberantur, superstite tantum cordis tremore, et palpitatione, et non raro accelerato diaphragmatis motu. Pueri huic malo magis obnoxii esse consueuerunt. Sed variae caussae incubum, siue ephial-tem inferunt, nempe plethora, ventriculi repletio, vero pathemata animi, interdum accessiones febrium inter-tentium, hydrocephalum, atque aliae cerebri mala-ctiones, et in primis coena lautior, et decubitus in dorso. Apoplexiam autem antecedit ille, qui a copia sanguin

aut ſeri circa cerebellum, aut medullam oblongatam, ſpinaliſque initium collecta originem ducit. Iſque in primis Medici opem expoſcit. Ceterum raro ſub Medici conſiderationem cadit, vt morbus: quamobrem ad pathologiam generalem potius rejiciendum ducimus. Nam quae ex SILIMACHO Hippocratis ſectatore de incubo, veluti lue, apud vrbem Romam graſſato populariter narrat COELIVS AVRELIANVS (*Tard. paſſion. l. 1. cap. 3.*), non video ab alia vlla obſeruatione confirmata.

**) De catoche, ſiue catalepſi inferius agemus peculiari capite. Eſt autem affectus, in quo aegri ſtupidi, et quaſi rigidi, atque eeſtatici manent.

§. XCIX.

Apoplexia ſanguinea, ſeroſa, et conuulſiua.

Cum vero ea jam acceſſerit, perpendere ſedulo oportet, vtrum *ſanguinea*, aut *ſeroſa*, aut *conuulſiua* ſit? De his enim tribus tantum ſeorſum agere conſtituimus, experientiſſimorum etiam virorum adducti auctoritate *a*), quod ad haſce reliquae ferme omnes reduci commode poſſint. Et primum *ſanguineam* indicant lauta victus ratio, alimenta euchyma, vita hilaris, et parum exercitata, aetas florens, temperamentum ſanguineum, vernum anni tempus, tempeſtas calida, et humida, ſuppreſſae ſanguinis euacuationes. Frequentius ipſa ſine vllis praecedentibus ſignis extemplo inuadit, praeſertim ſi ex ruptis cerebri vaſis, aut ex vehementiore aliqua cauſſa ſanguinem caput verſus propellente oriatur, et tum ſaepe acutus, et ſubitus, et vehemens capitis dolor antecedit. In hac, poſtquam hominem percuſſit (§. LXXIV.), facies rubet, oculorum, et temporum venae tument, caput ſummopere calet, oculi ſemiaperti, et veluti vitrei ferme rigent, haerent, prominentque. Reſpiratio ſaepe liberior eſt, quandoque ſtertoroſa, pulſus vtplurimum magnus, et plenus, alias vehementior, et qualis in inflammationibus eſſe ſolet; morbo augeſcente fit languidus, lentior, et rarior; reſpiratio paullatim minuitur;

Signa ſanguineae.

 et,

et, cum validiſſima eſt apoplexia, ſubeunt rhonchi grauiſſimi, ſtridor dentium, conuulſiui motus, vomituritio ſympathica, tandem mors. Quidam, dum corruunt, ejulatum emittunt. Alias ipſo momento, quo percelluntur, *hemiplegia*, ſiue paralyſis vnius lateris accedit. Caueto autem, ne ex ſola facie pallida, aut ex ſenili aetate ſtatim credas, non eſſe *ſanguineam*. Non raro enim in ſenibus apoplexia cum facie pallida denatis ſanguis intra cerebrum effuſus inuentus eſt: tuncque pallor vitae deficientis effectus fuit, non ſanguinis inopiae ſignum.

a) MOLINARIVS *l. c.*

§. C.

Quid ſeroſa apoplexia? Vt *ſanguinea* apoplexia a copia ſanguinis vaſa cerebri nimium vrgentis, aut intra ejus caua effuſi nomen recipit; ſic *ſeroſa* vel a ſero, ſiue pituita, ſiue aqua eadem opplente, aut inundante deſumit. Et licet non ſemper aqua, ſerum, aut pituita intra caluariam in apoplecticorum capite reperta pro cauſſa apoplexiae haberi poſſit, quia interdum apoplexiam alia ab cauſſa profectam ſeri effuſio, vt effectus, ſubſequitur; *Seri copia.* certis tamen ex obſeruationibus conſtat, ab aquoſa etiam illuuie eam quandoque (§. LXXVI.) progenitam. *Paucitas ſeri, ſed acris.* Neque ſemper neceſſe eſt, vt aqua haec ſit magna copia; ſed ſufficere videtur, eam licet paucam, acrem tamen exſiſtere, irritandique potentia praeditam. Nam ejus acritudine cerebrum ſi minus conuelli, vt autumabat MORGAGNIVS *a*), pungi ſaltem, irritari, aut angi poteſt ita, vt inde apoplexia conſequatur. Quod ſi acritudo ab ea abſfuerit, et exigua ſit aquae quantitas; haec per ſe vix videtur ad apoplexiam ſatis eſſe, niſi aliae cauſſae cum internae, tum externae concurrant, et cerebrum valide, et cito attingant, obruantque.

a) *L. c. Epiſt. IV. n.* 1. 5. 27. *et alibi.*

§. CI.

§. CI.

Attamen non negauerim, ferum, fiue aquam quandoque exigua quantitate apoplexiae inducendae parem esse posse, dummodo vno quasi ictu, et subitanea effusione in ventriculis coaceruetur, aut circa cerebrum sub meningibus repente effundatur. Tunc enim non quantitas, sed insueta, et subita compressionis, aut distentionis vis non leuem meretur considerationem. Contra cum lenta seri, siue aquae collectio, insensibili ferme effusione fiat; nouum non est cerebrum multo, copiosoque liquore grauari posse, quin apoplexia procreetur. Id maxime liquet in hydrocephalo, in quo cerebrum lentam, et paullatim factam pressionem, aut distractionem facile ferre posse, compertissimum est. *Serum, licet paucum, subito effusum.*

§. CII.

Ceterum a sero, aut a pituita apoplexiam esse, significant temperamentum phlegmaticum, habitus corporis cachecticus, et decolor; aetas senilis; caussae aquei, et lenti humoris copiam augentes; accessio non ita subita, vt in *sanguinea;* facies pallida, et tumida; venarum depressio; membrorum flacciditas, et frigus; respiratio impeditior; stertor, et sibilus major; pulsus depressus, tardus, paruus, rarus, varius, inaequalis, atque intermittens. Antecedunt saepe vertigo, praesertim pomeridiana, et nocturna, torpores, hebetudines, balbuties, et sopor. Praeterea qui in hujusmodi morbum incidunt, non illico vocis et linguae vsu priuantur, oculos, atque os subinde aperiunt, ingentemque ex iis lymphae vim emittunt. Ne vero hic quidquam dissimulem, scire licet Cl. TISSOTIVM *a*), respirationem in hac apoplexiae specie minus difficilem esse, aegrumque interdum facilius, atque vberius vomere, animaduertisse. Qua in re quantum ipse *Signa serosae apoplexiae.*

vero propius accedat, aliorum obseruationibus decernendum relinquam.

a) *Avis au peuple sur sa santé T. I. chap. IX. de l'apoplex.* §. 149.

§. CIII.

Signa apoplexiae conuulsiuae.

Proximum est, vt de signis apoplexiae *conuulsiuae*, siue *spasticae*, quae nimirum a spasmis originem ducit (§. XCV.), disseramus. De ea mentionem faciunt SYDENHAMIVS a), FRID. HOFFMANNVS b), et IO. BAPTISTA MOLINARIVS municeps, et amicus olim noster c), TISSOTIVS d), aliique, quamquam non nullis praeteruisa, aut studio neglecta. Huic obnoxii sunt, qui spasmis abdominis aliquamdiu laborarunt, qui colicis doloribus, qui hypochondriaca, vel hysterica passione, qui calculis cystidis felleae, qui aluo adstricta, aut vehementibus, subitisque animi motibus, ira, terrore, aut epilepsia vexantur, aut haemorrhoidum, mensiumque consueto fluxu carent, aut ex arthritide anomala spasmis conflictantur. Solet ea praedici ab externorum sensuum imbecillitate, vertigine tenebricosa, artuum grauitate, tremore, torpore, affectibus hystericis, atque hypochondriacis grauioribus, diuturnioribusque. Simul ac in propinquo est, extrema perfrigerantur, cutis arescit, facies, oculique rubent, arteriae carotides validius celeriusque micant; reliquae magnum, durumque pulsum exhibent. Quoniam igitur in mulieribus saepe ab hystericis, spasticisque passionibus, aut in viris ab aliarum, et speciatim imi ventris partium incommodis incipit; ideo *hystericam*, aut *sympathicam* etiam vocant. Haec porro, vtpote a spasmis orta, modo leuior est, facilisque solutu, quia, cum primum eo peruenit, vt *sensibilitatem* exstinguere incipiat, mox *spasmi* laxentur, et cessent, necesse est; modo in hemiplegiam, aut alicujus partis diuturnat

rat paralysin desinit; aut ab initio statim sub particularis paralyseos specie, quae non admodum diu persistere solet, solum ingruit; modo etiam vehemens est, quod rarius tamen euenit, et cito vitam, vt aliae apoplexiae grauiores, abrumpit *).

a) *In Dissert. Epist.* b) *Medic. system. Part. 2. sect. 1. cap. VII. §. X.* c) *L. c.* d) *Epist. varii argument. p.* 88.

*) Bina *apoplexiae hystericae*, siue *conuulsiuae* exempla profert Cl. TISSOTIVS hisce verbis: *Generosa, venusta, vicennalis virgo benignissimas, vt audiui, variolas ante aliquot menses facillime in alia vrbe superauerat, pluriesque postea purgata fuerat. Ab illo tempore hystericos morbos experta erat, et praesertim a duobus circiter mensibus graues cephalalgias conquerebatur, moestaque erat. Dissito perito medico, qui primum curauerat morbum, empirico credebatur quamdam olim famam consequuto, qui morbum variis euacuationibus, et refrigerantibus remediis sanare sperabat; at ineptum tentamen, infelix successus. Omnia ruebant in pejus; demum cum immani cephalalgia loquelam subito amisit, dolorem digito monstrans. Bihorio ante mortem, nec citius illam vidi: rubra erat facies; intermittens, irregularis, minimus, pessimus pulsus; anxietas summa; subito obiit. Caput secari voluerunt parentes: adfui simplex testis. Ne minimum inueniebatur vitium. An apertum pectus aliquid morbidi obtulisset? Contra forsan sequens obseruatio. Eodem anno in octodecennali virgine fluentia menstrua terrore supprimebantur; hisque suppressis in frequentes incidebat lipothymias, quas fugare variis tentabat chirurgus tunc temporis hic degens. Demum post innumeras aegritudinis laruas per sex, aut septem menses ludentes, profundo sopore prehendebatur, quem frustra excutere satagebat. Cassis omnibus, ad me tertia somni die confugiebant parentes. Dormientem inueni, nec tumultu, aut vllo irritationis genere excitandam. Quod in similibus casibus soleo, integram suasi quietem. Post duodecim horas euigilabat sana, ni admodum debilis. Accurate perpendens omnia, omnium locale vitium, nullam inueniens febrim, roborantia suasi anthystericis nupta. Succedebant ad vota, sed ex nouo terrore, post aliquot dies, saeuas adeo anxietates cum immani cephalalgia, nauseis continuis, horrendis artuum conuulsionibus experiebatur, vt tristiora videre raro contigerit. Ferociam morbi opii dosi vnica*

lenimi primum, tum jam dictis remediis sensim vici: at integrae sanationis paruam spem relinquebant longo morbo, et praesertim remediis fractae vires. Dum offam comedit, accedit anxietas, intra minutum moritur. Cadauer aperire, pecunia victi, permittunt parentes. Cor paullo forsan aequo majus, mollius, pallidiusque inueni. An ex frequentibus phlebotomiis? Cetera, nullum cadauer omni labe magis vacuum vidi. — — Anne mors ex paralysi, aut conuulsione cordis? Sane facillime, et saepissime resoluuntur, et conuelluntur omnes hystericarum musculi; quid ni cor? Sic ergo credam, donec boni meliora doceant. Epist. med. varii argument. p. 80. 89. 90. Mortis repentinae sine vllo vitio vllibi inuento, ac proinde neruorum spasticae affectioni tribuendae historia Haeniana, quam ad hunc locum allegat TISSOTIVS, sic habet: *Iuuencula foemina ad nosocomium nostrum accessit, multis ab annis vehementi cordis palpitatione, anhelitu, anxietate praecordiorum, tussique vesana frequenti; artis interea opem frustra eo vsque experta. Cum aluo ab octiduo careret, enema immitti jubeo, alia interim paraturus. Sed interim moritur. In cadauere publice examinato vitales partes sanitatem illibatam adeo referebant, vt nihil illibatius. Neque quod toto corpore tam in solidis, quam in fluidis accusaretis, quidquam erat; praeter geminam, sed leuiusculam pulmonis ad pleuram adhaesionem, et tres lumbricos teretes in ileo intestino. Porro et cum his lumbricis, et cum longe latioribus pulmonum adhaesionibus millenos homines sanissime viuere, Anatomicis compertum est. Vt proinde cum* BOERHAAVIO §. 826. *concludamus:* „Caussa „ejus plerumque est inordinatus, et violentus spirituum „vitalium in cordis villos impetus etc.“ HAEN. *Rat. med. P. IV. p.* 36. 37. His adjungi merito debet singularis obseruatio apoplexiae conuulsiuae, quae epilepsiae recurrenti, motibus conuulsiuis, et demum tetano successit in puella vndeuiginti annorum, quaeque intra horas quatuor et viginti lethalis fuit. In ejus siquidem cadauere diligentissime perlustrato nihil inuenit Cl. BOVCHERVS, cui apoplexia tribui posset. *Récueil d'observat. de Médecin. etc. T.* 47. *p.* 77.

§. CIV.

Apoplexia conuulsiua duplex; alia idiopathica, sympathica alia.

Quoniam vero apoplexia conuulsiua, siue spastica modo a caussis circa neruorum principium locatis, modo in partibus aliis, et longe dissitis existentibus

tibus oriri potest: idcirco duplex ejus genus constituendum videtur, alterum *idiopathicae*, *sympathicae* alterum. Quae spasmos in ipso cerebro, aut cerebello, eorumque appendicibus caussam habentes subsequitur, quum origo neruorum in ea idiopathice afficiatur, facile intelligi potest, qua ratione ipsa gignatur; ab eisdem nimirum caussis, a quibus spasmi fiebant, validius cerebrum late sumtum prementibus, irritantibus, aut alio quocunque modo laedentibus. Difficillima vero explicatu ea est, in qua cerebrum sympathice tantum compatitur; nam quo modo spasmi in visceribus, puta imi ventris, aliisue in partibus exorsi in neruorum principium agere, apoplexiamque creare possint, res sane obscurissima est, postquam a Physiologis contenditur, duram meningem nullo siue sensu, siue motu pollere, neruosque *irritabilitatis Hallerianae*, et contractionis cujusuis esse prorsus expertes.

§. CV.

Si quid tamen conjecturis dandum est, non vnum esse modum, quo spasmi apoplexiae caussam praestant, ego quidem arbitrarer. Primum potest sanguinis motus in iis partibus, quos spasmus conuellit, non solum praepediri, verum etiam illa ejus portio, quae illuc progressura esset, aliorsum auerti, cerebrumque versus compelli, atque vrgeri ita, vt majori copia, et impetu, quam conuenit, in illud ruat, vasa oppleat, distrahat, imo quandoque perrumpat. Quod eo expeditius fiet, quo difficilius a capite refluet sanguis, venis nempe majoribus per spasmos colli, diaphragmatis, thoracis, et praecordiorum compressis, coarctatisque. Hinc perspicuum plane fit, apoplexiam ex vasorum cerebri plenitudine nimia orituram, quae facile solui possit, si neruorum sensu languente spasmi cito laxantur; aut con- *Sympathicae varia ratio.*

 tra,

tra, si vasa rumpuntur, sanguinemque effundunt, cita morte finiendam. Quod si vtramque hujusmodi speciem, etsi a spasmis ortam, quis tamen ad sanguineam, aut serosam apoplexiam redigendam existimet, non valde ego repugnauero.

§. CVI.

Paralysis particularis a spasmo.

Verum ad *spasticam*, siue conuulsiuam aequiore jure spectat leuior, particularisque apoplexia, siue paralysis, quam spasmi alicujus partis post se reliquerint. Haec enim tunc enasci videtur, cum nerui, qui ad aliquam partem feruntur, a muscularibus fibris, aut musculis circumpositis, et vehementer contractis premuntur. Sed paralysis ista breui desinit. Nam nerui resoluuntur quidem, sed breui laxato spasmo, nisi vis magna eis illata fuerit, redit tam ipsis, quam appensae parti et sensus, et motus integritas, quemadmodum in affectionibus conuulsiuis grauioribus saepe saepius contingit. Si neruus opticus spasmo fibrarum muscularium, quae eum prope cingunt*), compressus visum tollit; laxato spasmo restitutus, restituit. Quod pluries in hysterismis vidimus.

*) Non ignoro, fibras hujusmodi negari a nuperis quibusdam anatomicis; sed negari non potest, musculos oculum mouentes adeo neruis opticis prope adsitos esse, vt spasmo illis affectis hi quoque constringi, et veluti vinculis comprimi queant.

§. CVII.

Apoplexiae sympathicae mira species.

Fereque ad hujusmodi explicationes perstringi posset omnis apoplexia, quam conuulsiuam, aut sympathicam dicunt; nisi ejus quaedam species, in qua cerebrum ipsum ob neruorum dumtaxat compensionem affici videtur, quin vllo modo ex meninatis cerebrum compatiatur, nullamque labem post mortem ostendat, obscuritatis aliquid relinqueret, aliamque interpretationem postularet. Id in pri-

mis

nis euenit mulieribus hystericis, infantibus, et pue-
is ex morbis conuulsiuis, quorum fomes alibi, quam
n capite, sedem habet, apoplexia dentatis; vti ex
nedica historia compertum est, atque a nobis ipsis
upra (§§. LXXV. CIII.) subindicatum. Namque ne-
minem praeterit, a caussis in ventriculo, aut intesti-
nis latitantibus sic affici cerebrum, vt totum inde
corpus conuellatur, aut mens deliret, aut contra stu-
peat, altoue somno obruatur: motus vero conuul-
siuos, delirium, stuporem, aut veternum desinere,
et discuti, expulsa per medicamentum purgans ma-
teriali caussa, aut aliter innoxia reddita. Quid ni
igitur similibus ex caussis vehementius agentibus, et
saepius reuertentibus apoplexia gigni queat, quin
in cerebro vlla labes relinquatur oculis prosectoris
percipienda? At quanam vnquam ratione spasmi, neruorumque consensio vim cerebro proxime infe-
rant, modo quaerendum superest. *Haec aliam postulat explicationem.*

§. CVIII.

Quidam malum repetunt a nimia liquoris neruei per irritamenta alicubi haerentia deriuatione, et ja-
ctura; ex quo cerebrum ferme exsuccum, atque ina-
nitum reddatur. Alii spasmum dicunt per neruos
cum medulla cerebri communicari; quod possibile
sibi persuadent, etsi neruos irritabilitate carere mul-
ta jam pericula euicerint; sicque sentiendi, mouen-
dique facultatem exstingui confingunt. Sed quam
parum hisce hypothesibus tribui debeat, et quo vs-
que locus iis esse possit, partim ex physiologicis,
partim etiam ex his, quae antea jam exposita sunt,
facile quisque perspiciet. Non nulli etiam, vt om-
nem difficultatis nodum expediant, suspicari non
dubitant, in hypochondriacis, atque hystericis
passionibus aliquid ab imi ventris latibulis, aut ab
vtero, quando in his spasmorum fomes residet, in *Quid alii cogitarint.*

 sangui-

ſanguinem transfundi, quo ipſe craſſeſcat, co- turque adeo, vt in minutiſſimis cerebri vaſculis de- de conſiſtere, atque haerere debeat. Quod etſi ne vlla contentione fieri interdum poſſe largirem tamen apoplexia inde nata rectius metaſtatica, qu conuulſiua diceretur, et ſane hujuſmodi meta ſeos in cerebro, aut ejus vaſis, vt patet, indi non deficere debuiſſent.

§. CIX.

Alia explicatio. Quos ob res, vt a difficultate non longius diſce dant alii, quibus ratum, fixumque eſt, in apople conuulſiua non ſolum cum vita deleri cerebri fun ctiones, verum etiam nihil interdum in eo vitii ſe ctione anatomica deprehendi; ſe ſe eo conuertunt vt credant, ſpaſmis itinera ſanguinis arctari, occlu dique poſſe, ne vllus ad cerebrum eidem pateat adi- tus, vel ſaltem cordis motum ſpaſmo penitus inhi- beri, et ſupprimi (quo TISSOTIVS inclinare a) vi- detur), vel cor idem (quae altera ejus conjectu eſt) paralyſi tactum conquieſcere, et ſic vitam in ter cipere. Verum conſideratio viarum, quae ſan guinem ad cerebrum mittunt, vix ſinit, vt eas pe ſpaſmos omnino occludi poſſe exiſtimemus. Quan quam vero et vias ejuſmodi occludi, et cordis mo tum ſpaſmo intercipi non inficiaremur, vt illi op nantur; non tamen ideo ſatis pateret, num apo plexia, an vero ſyncope cardiaca morbum pri rium praeſtitiſſet. Etenim hac ex cauſſa ne non eſt, mulieres vehementibus conuulſiuis af nibus obnoxias repentina morte, ſiue aſphy thali interdum occidi. Si vero cor paralyſi in matum mortem attuliſſe dixeris, vt ſecundo lo idem vir celeberrimus ſuſpicatus eſt, reſtat adh diſquirendum, an haec cordis paralyſis idiopa ſit, aut vero ſympathica ex cerebri laeſa functi Si primum, mors a ſyncope; ſi alterum, ab a ple

plexia erit. In hac igitur specie tota adhuc versatur vis propositae disquisitionis, quomodo nempe in sympathica apoplexia, quae sine conspicuo, et visibili cerebri vitio mortem intulit, cerebrum consensu aliarum partium affectum sit, et quid passum? Alterutrum fortasse conjectari licet, videlicet vel spasticas contractiones ad arteriolas vsque minimas cerebri, nam irritabiles eas esse non incongruum *) est, ita propagari, vt spasmo contractis atque affectis, iis commercium inter corticem, et medullam, atque inter hanc, et reliquas corporis partes (§. LXXV.) interrumpatur; vel neruorum extrema a caussis spasmum efficientibus intime adeo percelli, et labefactari, vt eorum etiam origo, cerebrum videlicet, cerebellum, et medulla oblongata similem labem in tenerrima elementari fabrica incurrant, propter quam ea fibrarum subuersio, aut alia praeter naturam mutatio consequatur, quacum et sensus, et motus exerceri minime queant **). Vltra progredi vetat ignorata adhuc neruorum tum natura, tum actio, aut certe densissimis magnam partem tenebris inuoluta. *Conjectura nostra.*

a) L. c. supra §. 103. not. *).

*) Videantur quae hac super re in *Comm. de Inflamm.* §. XXXVII. ad *not. f. g. h.* protulimus. Neruis porro arterias non carere, post SENACIVM (*Du coeur T. 2. p. 169.*), HALLERVM (*T. 2. p. 206. et 202. et 252, et oper. min. T. I. p. 223. et alib.*), et MORGAGNIVM (*ep. anat. med. 24. n. 20.* [illegible]) affirmat TISSOTIVS (*Tratt. de' nerv. T. I. p. 2. art. 6.* §. [illegible] *et seqq.*), et nuperrime ANDREAS COMPARETVS, qui [illegible] *occurs. med.* §. *III. n. 47. et sqq.* neruos quamplurimos arteriis non modo circumdari, sed intime cum earum fibris commisceri vidit.

**) Nolo hic silentio praeterire animaduersionem apprime opportunam Cl. HAENII, quae hisce verbis continetur: *Difficilius quidem est explicatu, cur inchoamentum* [illegible]*lexiae ab eadem caussa* (nimirum intercostalis nerui con[illegible]) *in thorace premente, aut vellicante fiat; sed ab altera parte*

parte facile concipimus, posse vnicum neruulum alicubi vehementer premi, et agitari, vt inde totum sensorium commune turbetur. In vlcere ruditer agitatus neruus (quod ego aliquando vidi ab applicato ad deprimendas fungosas carnes lapide infernali) *vniuersi corporis conuulsionem facit. A mera duntaxat applicatione venenorum ad ventriculi neruos, qui ab intercostalibus, et vago pari, species apoplexiae nascitur, saepe, expulso cito veneno, mox euanida. In rupto abscessu pulmonis haec apoplexia remisit, breuique post cessauit ipsa, et simul, quae ipsam comitata, sequutaque fuerat, resolutio. Rat. medend. P. III. cap. 2. p. 121.*

§. CX.

Quomodo apoplexia differat a syncope.

Nunc quemadmodum apoplexia ab aliis affectibus morbis differat, exponendum est. Differt a syncope, quod in hac facies semper pallet, respiratio vel cessat prorsus, vel omnino lenis est, nullus in arteriis pulsus percipitur, sudor e fronte plerumque manat, atque extrema algent. Negari tamen haud potest, si summus sit apoplexiae gradus, id est morti jam proximus, interdum eam vix a syncope distingui posse, nisi ad alia signa, quae antecesserint, quaeque ex familiaribus, domesticisque rescisci poterunt, confugiamus. Non leue quoque discrimen est inter *apoplexiam*, et *suffocationem hystericam;* nam in hac nec partes penitus resoluuntur, nec sensus omnis perit, cum hystericae et punctae, et vellicatae dolorem persentiant; ac praeterea, si grauior sit affectio, respiratio, et pulsus deficere videntur, vti in syncope; et postquam ab accessione redierint, recordantur plerumque eorum, quae acta sunt, quaeque eis acciderunt, dum quasi mortuae videbantur. Nec quidquam obstat historia, si vera est, mulieris a VESALIO dissectae; cum syncope, aut apoplexia hysterica, siue conuulsione, non *suffocatione*, eam correptam fuisse, verosimilius reputetur. Epilepsia vera ratione sensus animalis penitus intercepti maximam habet cum apoplexia affini-

Quomodo differat a suffocatione hysterica.

Discrimen inter epilepsiam, et apoplexiam.

ſinitatem: candens quippe ferrum cuti impoſitum
b epileptico non ſentitur. Ab apoplexia tamen
iſcernitur, quod in illa, nempe epilepſia, totum
orpus, ſi perfecta eſt, conuellitur, inconditiſque
notibus exagitatur.

§. CXI.

Reſtat modo, vt aliquid, quod ab initio recepimus, de ſoporoſis quibuſdam affectibus, *caro*, *comate*, et *lethargo* dicamus. Hi enim ad apoplexiam ita prope accedunt, vt SENNERTO, BOERHAAVIO, aliiſque non paucis leuioris apoplexiae ſpecies videantur. Cumque eaſdem fere cauſſas habeant, quas illa, in primis apoſtemata cerebri; lymphae mucoſae, aut concretae intra duram, et piam matrem collectionem; ſeri limpidi, aut craſſi, et turbidi circa, aut intra cerebrum effuſionem; et demum ipſam vaſorum ejus nimiam plenitudinem, aut ſanguinis in iis congeſtionem, pulmonum morbis, et praecordiorum vitiis praeſertim organicis, cordis nempe polypo, aneuryſmatibus, varicibus, aliiſque plerumque ſuccedentem *a*); non erit idcirco alienum ſingulorum phaenomena hic ſummatim recenſere, quo facilius a vera, et valida apoplexia diſcriminari queant. *Carus, Coma, Lethargus.*

a) MORGAGN. *l. c. Epiſt. VI.*

§. CXII.

Summum eorum gradum conſtituit *κάρος* *), ſiue *apoplexia minor* quorumdam auctorum *a*). Qui eo tenentur, etſi vt apoplectici profundiſſimo ſomno obruuntur, ſuccuſſi tamen, vel puncti, vel clamoribus excitati oculos aperiunt, puncta, et vellicata membra retrahunt, interrogantibus, quamquam inconcinne, reſpondent tamen; et licet mox in ſomnum relabantur, non ideo ſtertunt, ſed libera reſpira- ** Carus. Hujus ſigna.*

ſpiratione fruuntur. Contra apoplectici pun
concuſſi, vſtulati, motu, et ſenſu carent, perpe
ſomni imaginem prae ſe ferentes.

a) SAVVAG. *Noſolog.* *Cl. IV.* §. *XXIX.*

§. CXIII.

** Comá.* ** Cataphora.* *Signa propria.* *Ejus differentiae.*

Cari quaſi leuior ſpecies videtur Κῶμα *, quod a GALENO καταφορὰ * etiam nominatur. Hoc prehenſus homo non ſolum facilius excitatur, et ſi iterum in ſomnum recidat, verum etiam appoſite ad interrogata reſpondet. Diuiditur *coma* in *ſomnolentum*, et *vigil*. In *ſomnolento* profunde quidem dormitur, non ita tamen, vti in *caro*. In *vigili* vero, cui etiam nomen eſt τυφομανία *, et κῶμα ἄγρυπνον *, vel ἀγρυπνῶδες *, adeſt quaedam ferme inſuperabilis in ſomnum propenſio, e quo tamen aegri crebro excitantur, veluti ſtrepitu quodam repentino perterriti, aut inſomniis terrificis perpetuo exagitati, ſic vt nunquam ſomno, quem exoptant vehementer, frui poſſint.

** Typhomania.* ** Coma agrypnon, vel * Agrypnodes.*

§. CXIV.

Num cum febre conjungatur?

Vtrumque morbi genus (§§. CXII. CXIII.) nempe tum *carus*, tum *coma* ex nonnullorum auctorum ſententia cum febre conjungi dicitur: juxta alios ſine febre eſt; prout nimirum, vt ego arbitror, caſu illud cum febre, vel ſine ea offenderunt. Nam ſi primarium fuerit malum, ab eo febris abeſſe ſolet; contra cum febre jungitur, ſi ſymptomaticum, id eſt, ſi ſymptoma fuerit febris alicujus, vel inflammationis, vel cephalitidis, vel phrenitidis, aliusue morbi febrilis. Plerumque hemiplegiae, phrenitidi, febribus acutis, atque inflammationibus ſuperuenit. Saepiſſime exanthemata varioloſa, morbilloſa, et miliaria antecedit; et fere perpetuo febres lentas neruoſas malignas, et gaſtricas acutas comitatur.

Modo primarium, modo ſymptomaticum. *Quibus morbis ſuperueniat, quos comitetur.*

tur. Quando coma non turbulentum, ſed placidum morbis acutis accedit, etſi diu perſiſtat, non tamen malum portendit; quia delirium, dolorem capitis, atque alia grauiora praecauet, arcet, aut sedat, et in pueris etiam febrem ad judicationem saepe felicius perducit *a*). *Comatis prognoſis.*

a) BAGLIVIVS *De capit. affectib. in acut.*

§. CXV.

Quod ad *lethargum* attinet, hunc ſine febre alii, alii cum febre, et quidem lenta conjungi volunt. Cujus diſſenſionis cauſſam hic quoque eamdem crediderim, quam paullo ante (§. CXIV.) adduxi. Eſt autem ipſe immodicus ſopor, qui nocte, dieque opprimit aegrotantem; ſed is non repente, et ſubito corripit, verum pedetentim ſubrepit, atque inualeſcit in dies. Qui eo premitur, ſupinus jacet, oculis ſemiclauſis, atque ore hiante; excitatus oſcitat, parum loquitur, de capitis grauitate, aut dolore queritur, in ſumma omnium rerum, etiam proximarum, et paullo ante geſtarum obliuione verſatur; vix petentibus reſpondet, mox in eumdem ſoporem incidit, pulſu interim crebro, molli, inaequali, languido, et tardo, quandoque etiam vndoſo; reſpiratione vero rara, et debili. Definiri igitur poteſt ſomnus profundus cum obliuione ſumma earum rerum, quae ad aegrum pertinent, conjunctus; talis tamen, vt eo detentus excitari adhuc facile, et reſponſa dare poſſit, quamuis obſcuro saepe, breui, inordinatoque ſermone. *Lethargus quid? Signa. Definitio lethargi.*

Prognoſis.

§. CXVI.

Periculoſiſſimus morbus eſt apoplexia vera, et exquiſita, vtpote quae plerumque morte finitur; quia *Cur apoplexia periculi plena.*

vel

ſpiration
concuſſi.
ſomni ir

a) SA

* *Coma.* *Ca*

* *Catophora.* a GAI

Signa propria. prehe

iteru

Ejus differentiae. ad in

lent

dor

* *Typhomania.* ro,

* *Coma agrypnon, vel* ἀγ

* *Agrypnodes.* in

a

F

Nunc cum febre conjungatur?

Modo primarium, m.

§. CXVIII.

...tiam apoplexiae erit exitus pro ejus gra- ... XCVI. XCVII.) diuerſitate. In primo ... ſecundo gradu (§. XCVII.) ſpes aliqua ſa- ...et. In tertio licet experiri, quid ars poſ- ...men aliquid certi promittatur in ſummo ...imine verſanti. In quarto (§. *eod.*) cura- ...tari quidem debet, niſi certa praedicta Nam rectiſſime ſcripſit HIPPOCRATES: *...poplexiam vehementem quidem, impoſſibile: ...ero non facile a).* *Secundum apoplexiae gradus varius etiam exitus.*

...oriſm. 42. ſect. II.

§. CXIX.

...ratim peſſimum ſignum exhibent rhonchi, ...oriſque ſpuma *a*). Nec aliter ſentiendum ...npedita glutiendi potentia, et de potulen- ...per nares reditu. Mala ſemper reſpiratio- ...ecunque laeſio. Non tamen contra reſpi- ſecundum naturam procedenti temere, et ...lto fidendum, quod ex MORGAGNIO jam §. XCVII.) monuimus. Lethalis quoque eſſe ...poplexia febri acutae, epilepſiae, aut meta- ...cedens. Mala pariter cenſetur, in qua ſu- ...igidus ex vniuerſo corpore, aut aliqua ejus ...rumpit. Leuior apoplexia, ſiue particula- ...§. LXXXVI. LXXXVII.) minus periculi por- ...ſed paralyſin ſaepe, aut imbecillitatem ali- ...artis relinquit. *Signa exitii.*

...pp. aph. 51. ſect. VI. aph. 43. ſect. II.

§. CXX.

...ſideratis ſuccedentes haemorrhoides vtiles ... inquit auctor *coacarum a*). Item in ſideratis, ...ris accedat, ſolutio *b*) fit. Huc quoque per- *Signa melioris notae.*

vel ob cerebrum infarctum, aut impeditum ve mentius humorum vis, et motus ad cerebell etiam conuertitur, vel materia cerebrum laed rodens, aut comprimens tanta est, vt omnem n vorum originem, cerebellumque, quod vitae m

Quos, ut quando magis enecet.

praeesse creditur, attingat. Senes potissimum p thoricos, desidesque, atque eos, quibus cerebru haereditaria labe, aut morbo aliquo debilitatum e saepe trium, aut, quod summum est, septem di rum spatio *a*) enecat. Interdum etiam vno, v altero die, imo temporis momento vitam abrump

Recidiua est.

Et si quis euaserit, facile recidiuus fieri consueui

a) *Coac. n.* 187. *Coelius Aurelian. l.* 2.

§. CXVII.

Periculosior sanguinea, deinde serosa, demum conuulsiua.

Speciatim *sanguinea* periculosior est, quam *sero sa*; vtraque adhuc, quam *conuulsiua*. In sanguinea si sanguis e suis vasis effluxerit, vix sperare lice vt discuti, resorberiue possit, aut eorum oscul occludantur. *Serosam* saepe excipit hemipleg aut grauior aliquarum partium paralysis, oblivi fatuitas, languor. *Conuulsiua* vt plurimum p aliquot horas soluitur sponte vomitu, diarrho sudore, vrina, aliaue peculiari excretione, nulla relicta nota, vel tantum leuissima in ore, ling aut alia aliaque corporis parte. Si autem v diffregerit, vt quandoque accidit, aut aliter vorum vitalium originem, aut eorum prog laeserit, quod in primis post epilepsiam, au

Metastatica aeque periculosa.

mentes conuulsiones praesertim in sanguine scat tibus non rarum est, subitanea fere morte confic

Arthritica, Lochialis, Lactea.

Periculi non leuis plena quoque est apoplexia m *statica*, vti *arthritica*, *lochialis*, *lactea* (§. CXV praesertim si non cita adhibeatur medela; nam tra paucas horas plerumque interimit.

§. CXV

§. CXVIII.

Varius etiam apoplexiae erit exitus pro ejus graduum (§§. XCVI. XCVII.) diuersitate. In primo enim, et secundo gradu (§. XCVII.) spes aliqua salutis effulget. In tertio licet experiri, quid ars possit, quin tamen aliquid certi promittatur in summo vitae discrimine versanti. In quarto (§. *eod.*) curatio ne tentari quidem debet, nisi certa praedicta pernicie. Nam rectissime scripsit HIPPOCRATES: *soluere apoplexiam vehementem quidem, impossibile: debilem vero non facile a).*

Secundum apoplexiae gradus varius etiam exitus.

a) *Aphorism.* 42. *sect. II.*

§. CXIX.

Generatim pessimum signum exhibent rhonchi, stertor, orisque spuma *a*). Nec aliter sentiendum est de impedita glutiendi potentia, et de potulentorum per nares reditu. Mala semper respirationis quaecunque laesio. Non tamen contra respirationi secundum naturam procedenti temere, et inconsulto fidendum, quod ex MORGAGNIO jam supra (§. XCVII.) monuimus. Lethalis quoque esse solet apoplexia febri acutae, epilepsiae, aut metastasi succedens. Mala pariter censetur, in qua sudor frigidus ex vniuerso corpore, aut aliqua ejus parte erumpit. Leuior apoplexia, siue particularis (§§. LXXXVI. LXXXVII.) minus periculi portendit; sed paralysin saepe, aut imbecillitatem alicujus partis relinquit.

Signa exitii.

a) HIPP. *aph.* 51. *sect. VI. aph.* 43. *sect. II.*

§. CXX.

In sideratis succedentes haemorrhoides vtiles sunt, inquit auctor *coacarum a*). Item in sideratis, si febris accedat, solutio *b*) fit. Huc quoque pertinet

Signa melioris notae.

tinet HIPPOCRATIS aphorismus, qui sic habet: *Quibus sanis dolores derepente fiunt in capite, et statim muti euadunt, ac stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris prehenderit c*). Sed hujusmodi oraculi effatum aliqua eget interpretatione. Febris quippe, vt morbum soluat, esse debet vel ephemera, quae inter initia in sanguineo, aut bilioso temperamento accedat, vel acuta, quae phlegmaticis superueniat, atque humores in vtrisque adhuc intra vasa consistant, et contineantur. Si vero hi extra vasa jam eruperint, aegrumque morbus diutius fregerit, febrem noxiam praedicat DVRETVS in commentario, neque ei aduersantur Coaçae praenotiones *d*). Cum DVRETI expositione consentit Cl. PVIATVS *e*), monetque febrem, vt salutaris sit, maturius accedere debere, et validam quidem, vt ephemera est, at non inflammatoriam. Additque vir expertissimus, febrim, quam totis triginta annis, quibus clinicen exercuit, superuenire vidit, aut inflammatoriam fuisse, adeoque perniciem accelerantem, aut exiguam nimis, aut nimis feram, proindeque inutilem. Quod frequentissime a nobis quoque animaduersum esse testamur.

Quando febris morbum soluat.

a) *N.* 478. *b*) *N.* 479. *sect.* 2. *c*) *Aph.* 5. *sect.* VI. *d*) *N.* 480. *sect.* 2. *e*) *Letter. al Figlio inserita nella Raccolt. d'opuscol. del* CALOGERA, *Tom.* 50.

§. CXXI.

Signa prognostica paralysium particularium.

Paralyses autem particulares, imo ipsa hemiplegia, si superstes sensus, calor, et nutritio in parte resoluta sit, neque in ea arteriarum motus valde subsederit, magnam spem curae faciunt. Si vero cum motu sensus perierit, arteriaeque languidissime moueantur, et stupor talis sit, vt pars ad corpus non pertinere videatur, et quasi ligno ad obstacula porrecto eadem vtatur aegrotans, pejor tunc longe

mali

mali conditio est. Si demum frigus, et marcor, siue macies partem occupet, incurabilis ferme semper est ea paralysis. Id in paralysi, quae colicam Pictonum subsequitur, euenire maxime notat SWIETENIVS *a*). Nec rarum est ob diuturnam musculi paralysin, ejus antagonistam praeualere, et membrum, cui affigitur, suam originem versus retrahere, vnde *contractura*, et *rigor b*) oboritur. Sed non omnis contractura membri ex hac caussa statim reputanda est. Resolutae interdum partes atrophia ita arescunt, vt musculi tendines, et ligamenta ossium decurtata rigeant.

a) *L. c.* §. 162. *b*) *Id. ib.* §. 326.

Curatio.

§. CXXII.

Simul ac Medicus ad apoplecticum arcessitus accedit, primum curare debet, vt aeger in conclaui lucido, et temperato collocetur, corporis trunco supra lectulum paullulum erecto, et capite nudato, pedibus vero probe tectis, et demissis, laxatisque circa collum, pectus, ventrem, aliasue partes vestimentis. Perpendat interea, si commode fieri potest, qua temperie, qua aetate, habituque sit; quo vitae genere, dum valebat, vteretur; tum quae caussae morbum anteiuerint, quae eidem occasionem dederint, quae demum fuerint antea, quaeque sint ejus vires, et recte hisce omnibus cognitis, et perpensis apoplexiae speciem, et gradum definiat, aptamque eidem properet adhibere curationem. *Quomodo collocandus aeger.*

§. CXXIII.

In sanguinea apoplexia per sua signa (§. XCIX.) recognita sanguis vel copia, vel impetu, vel mora cerebrum premit, vrget, impellit. Ergo eum mitti *Cura apoplexiae sanguineae.*

G 2 illico

Sanguinis missio. illico oportet. Quo fit, vt copia imminuta, impetuque retuso, atque auocato, qui reliquus in vasis superest sanguis, liberius et facilius circumagatur, sicque cerebrum releuetur. At liberali manu, latoque vulnere mittatur, praesertim si valde plethoricus sit aeger, aut aetate, et viribus vigeat. Quantitas ejus non facile decerni potest; a viribus enim, aetate, habitu, regione, sexu, et potissimum a pulsus magnitudine, et robore, itemque faciei rubore aestimanda est. Negant aliqui mittendum esse in phlegmaticis, melancholicis, senibus *), pueris, atque vtero gerentibus. Verum eos experientia refellit HIPPOCRATIS *a*), ARETAEI *b*), COELII AVRELIANI *c*), et medicorum fere omnium, qui medendi longo vsu inclaruerunt.

*) Vtilitatem vt demonstret largioris sanguinis missionis etiam in senili aetate LANCISIVS (*De subit. mortib. l.* 2. *cap.* 51. *n.* 8.) narrat, mercatorem grandaeuum, cui impendebat apoplexia, ab hujusmodi instanti periculo subductum, et leuatum esse per sanguinem sponte e naribus ad vndecim libras profusum, deinde omnino liberatum, quatuor aliis libris post quindecim dies rursus erumpentibus.

a) *De vict. ration. in acut.* *b*) *De curat. acutor. cap.* IV. *c*) *Lib.* 2. *cap.* 10.

§. CXXIV.

Quo loco, et quantum sanguinis detrahi debeat. Itaque si vires non deficiant, vel oppressae tantummodo videantur ob nimiam vasorum plenitudinem, et reliqua consentiant, adulto statim vena brachii, et quidem resoluto oppositi, si hemiplegiacus fuerit, quod, monente ARETAEO *a*), et post VALSALVAM MORGAGNIO *b*), vtilius esse docent *) obseruationes, tundatur, sanguinisque vnciae duodecim, aut etiam in majori plethora octodecim detrahantur. Non desunt etiam qui multo largiorem effusionem sine syncopes periculo ferant. Nec ab

eo

eo mittendo nos deterreat pulſuum intermiſſio, aut inaequalitas, niſi alia ſigna virium vitalium defe-ctum, atque exſolutionem euincant, donec ſatis praeſenti periculo proſpectum videatur. Nonnulli etiam ſuadent, in ſumma vaſorum plenitudine, et cerebri oppreſſione venas vtriuſque brachii, imo pedis vna aperiendas, vt citiſſima fiat a cerebro reuulſio. Verum id auxilii exercitatiſſimum, prudentiſſimumque Medicum expoſtulat, ne lethalis ſyncope tragoediam abſoluat.

a) *De morb. acut. curat. l.* 1. *cap. IV.* b) *Epiſt. anat.* XIII. *n.* 17. *et anatom. med. III. n.* 17.

*) MAYNARDVS SIMON DU PVI in diſſertatione *de homine dextero, et ſiniſtro* laudat venae ſectionem in hemi*plegia* ex cerebri laeſione orta inſtituendam in parte lateri affecto oppoſita; etſi neget auctor iſte neruorum decuſſationem.

§. CXXV.

Si quod prima venae ſectione detractum ſanguinis eſt, non ſatis profuerit, tribus poſt horis, imo etiam citius, prout res poſtulabit, iterum detrahatur. Non nulli id ex pede faciendum, alii ex brachio jubent. Sed locum opportuniorem indicabit ſagax, et propera circumſtantiarum conſideratio. Menſtrua, haemorrhoides, et lochia fluentia, aut retenta, ſanguinis e pede miſſionem vt plurimum anteferendam praecipiunt. Ex pede quoque, et quidem eo, qui reſolutus ſit, in hemiplegia detrahi ſaepius vtiliſſime ſanguinem experientiſſimus vir obſeruauit, quod *facilius, ac fortius dimoueri poſſunt obſtacula conuulſionum, et obſtructionum, quae in vaſis laeſae partis ſpinalis medullae, vel cerebri baſis pertinaciter haerent* *). Deinde ad venarum jugularium ſectionem, quam FREINDIVS a), LANCISIVS b), aliique quamplurimi c) extollunt, aut ad arteriotomen in temporibus, quod etiam proponit

Quando iteranda V. S.

Quando ex pede.

Sectio jugularium, et arteriotome.

HEISTERVS *d*), deueniendum eſt, ſi nondum ſenſus, et motus redierint, aut capitis dolor alicubi defixus, et perſtans non ſatis cerebrum léuatum ſignificet. Venam pariter frontis, vbi jugulares non appareant, aut incidi nequeant, imo ſublinguales aperiendas non nulli exiſtimant; at plerumque non ſine graui id incommodo fieri poteſt, nec ſatis proficuum, atque expeditum, ſecus quam PETRVS A CASTRO, P. SALIVS DIVERSVS, et LANCISIVS in morbis capitis contendunt, auxilii genus a PLATNERO reputatur. Sed in ſectione jugularium, aliarumque, quas memoraui, venarum, ſi tentanda videatur, cauendum, vt alibi (§. XXIV.) animaduerti, eſt, ne vinculo collo injecto, vt intumeſcant, ſanguinis e capite reditus magis magiſque retardatus congeſtionem in cerebri ſinibus, vaſiſque adaugeat. Sola digiti applicatione venae jugulares, aut aquae ore detentae fotu raninae, vt tumeant, incidique poſſint, curandum eſt.

Vena frontis, et ſublinguales an ſecandae.

Cautio in ſectione jugulárium, et raninarum.

*) LANCIS. *de ſub. mort. l.* 2. *cap. V.* §. 3.
a) *Op. omn. in Hipp. epid. comment. II. de ſang. miſſ.* etc. *p.* 32. *b*) *De ſubitan. mortib. l.* 2. *cap. V.* §. 3. et 4. *c*) TRALLIANVS *lib.* 4. ACTVARIVS *l.* 3. *cap.* I. FABRICIVS HILDANVS *Cent.* 4. 14. ALPINVS *Med. Aegypt.* et poſt hoſce plerique recentiſſimi ſcriptores. *d*) *Compend. med. cap. XIV.* §. *XXXII. p.* 296.

§. CXXVI.

Cucurbitula occipiti admota laudatur.

Occipiti cucurbitulam, inciſa altius prius cute, apponi, atque hinc ſanguinem extrahi, praeſertim vbi jam largiter aliunde effuſus eſt, aut vires e venis effundi eum prohibeant, vtiliſſimum quoque eſt; non ſic tamen, vt cum miſſione ſanguinis e brachio, aut vena jugulari, MORGAGNIO etiam judice *a*), comparari poſſit. Venae enim occipitales vt alii externae jugularis ſurculi, communicant in juuenili praeſertim aetate cum venoſis meningum ſinibus

finibus. Hac sola bis in occipite profunde scarificata ZACVTVS LVSITANVS *b*) juuenem *resoluto jam pulsu, vt in horas moriturus* videretur, ad ferenda alia auxilia imparem, restituit. Magnam quoque opem id praesidii genus attulit *laboranti olim contumaci quadam, ac perdifficili soporosa affectione* M. ANTONIO CICOGNINO, celeberrimo tunc Aemiliae Medico *c*). Laudanti MORGAGNIO se comitem adjungit MEADIVS *d*), qui *permagnum* hoc *auxilium* esse confirmat *in maxime periclitantibus apoplecticis, et magnopere juuisse non semel expertus.* Sed ante hos a priscis etiam temporibus ejusmodi chirurgiam tanti fecit ARETAEVS, vt in haec verba *e*) prorumperet: *Quum morbus diu trahitur, et caput in caussa est, cucurbitula occipitio affigenda est, et sanguis largiter hauriendus: plus enim, quam venae sectio, proficit, et vires nequaquam labefactat* *).

a) *Epistol. anat. medic. II. art.* 10. *b*) *De med. Princ. Histor. l.* 1. *hist.* 33. *c*) MORGAGN. *Aduers. anatom. VI. animaduers.* 83. *d*) *Monit. et praecept. medic. cap.* 2. §. 1. *e*) *De morb. acut. curat. l.* 1. *cap.* 4.

*) Nemo autem fusius, diligentiusque scripsit de hoc praesidio, MORGAGNIO teste, quam AVG. FRID. WALTHERVS, qui dissertationem edidit *De scarificatione occipitii, plurium capitis morborum auxilio*, et tam aliorum, quam suis obseruationibus id comprobauit.

§. CXXVII.

Etiam vertici, et colli lateribus vtiliter affigitur.

Alii vero eamdem cucurbitulam non occipiti, sed vertici, siue sincipiti imponendam *a*) jubent, quo praesidio vtilissime in quadam virgine vestali apoplectica vsus fuisse FRACASTORIVS fertur, licet ipse apoplexia tactus, et ab adstantibus non intellectus eo carere debuerit, incassum manu loco, quo defigenda erat cucurbitula, pluries indicato *b*). Ad latera etiam colli defigendas, scarificandasque cucurbitulas esse monet MEADIVS *c*), vti HALY *d*),

FORESTVS e) et SCHENCKIVS f) ante eum propo-suerant. Nec inutile, aut alienum est, eas tam siccas, quam scarificatas reliquis etiam corporis partibus admouere, dummodo posteriori thoracis regioni, siue dorso parcatur, ne motum respirationi inseruientem, jam languidum praepostere intercipiamus; quamquam id a DODONAEO g) non videatur satis animaduersum, cum eas dorso admotas plurimum celebrauerit. Solent vero qui eas dorso admouent, aegrum non pronum in pectus collocare, sed in latus reclinare, quo respirationi minus officiatur.

Quae cautio esse debeat, si dorso defigantur.

a) PETR. APONENS. *in complem. Mes. de morb. cerebr. c.* 17., CRATO *consil.* 36 *et* 37., SENNERT. *l.* 1. *Pract. P.* 2. *c.* 33. *fol.* 680. *b.*, GR. NYMANN *de apopl. c.* 39. *p.* 229. b) *In vita* FRACASTORII *vers. fin.* HEVRNIVS *cap.* 24. *de affect. capit. p.* 270. c) *Monit. et praecept. med. cap.* 2. *sec.* I. d) *L.* 3. *aphor.* e) *L.* 10. *obseruat.* 76. *in scholio.* f) *L.* 1. *observ.* 149. g) *L.* 2. *Prax. cap.* 15.

§. CXXVIII.

Hirudinum applicatio.

Imminuendi, reuellendique sanguinis consilio hirudines etiam, non solum temporibus, et pone aures, quod supra aduersus dolorem capitis proposuimus, verum etiam ano applicentur, praesertim, si ab haemorrhoidibus, aut catameniis suppressis, aut ab hypochondriorum affectibus permanauerit apoplexia. Proderunt quoque, vbi aliam caussam habuerit; cum in primis venae aliae commode, et tuto aperiri haud potuerint. Sed tunc vniuerso corpori, aut pluribus saltem partibus, vt largius sanguis effluat, admouendae sunt. In pueris, obesis, foeminis, debilibus phlebotomiam formidantibus interior cubiti pars ad id aptissima omnium esse censetur.

§. CXXIX.

§. CXXIX.

In vniuerſum illud apud pleroſque in more poſi- *De reuulſionis ratione.*
um eſt, vt poſt miſſum e partibus capiti propiori-
s ſanguinem, venae inferiorum reſerentur ad re-
ellendum. At ſanguinem miſſuro magnum ſaepe
egotium faceſſit illud CORN. CELSI documentum: *Corn. Celſi de ſanguinis miſſione iudicium.*
omnia membra vehementer reſoluta ſunt, ſanguinis
trac̄tio vel occidit, vel liberat a). Verum, ſi quid
go interpretor, ſanguinis detractio *occidit*, vbi ab
fuſo intra cranium, aut cerebrum cruore, aut ab
ydropica colluuie morbus fiat. *Liberat* vero, vbi
opia, et congeſtio ſanguinis intra vaſa adhuc eſt,
c, vt et vaſa, et cerebrum depleri, et releuari
ueant. Quam ob rem appoſitiſſime nitidiſſimus
criptor ſubjicit: *poſt ſanguinis miſſionem ſi non redit*
motus, et mens, nihil ſpei ſupereſt; ſi redit, ſani-
s quoque proſpicitur.

a) *Lib. III. cap.* 27, *n.* 20.

§. CXXX.

Detracto ſanguine, aluum ducere oportet cly- *Clyſtere aluus laxanda.*
nate, non admodum acri, nec calido, ne ſpaſmi
i imo ventre excitentur, qui ſanguinem caput ver-
us magis, magiſque propelleret; in quo plerum-
ue nimium temere peccari ſolet. Subductis ſic *Eccoprotica mitiora conueniunt.*
aſſioribus excrementis, ſi aegro deglutiendi facul-
s manſerit, danda intrinſecus ſunt eccoprotica
ntiphlogiſtica, vt lenis alui fluxus cieatur; qui
mnibus capitis morbis ſaluberrimus eſſe conſue-
t. Quoniam vero in vehementiore apoplexia ani *Quando balanis vtendum.*
hincter ſaepe reſoluitur, et deglutiendi actio amit-
ur; eo in caſu balanis, ſiue *ſuppoſitoriis* aluus ad
erendum ſollicitanda eſt. Si id in irritum cedat;
baci, ſiue *nicotianae* fumus in anum inſufflari et- *Cautio circa fumum tabaci.*
n poteſt, vt eo periſtalticus inteſtinorum motus
citetur; ſed ab ejuſmodi remedii vſu cane pejus,

 et

et angue cauendum in apoplexia, quam carbonu fumus, aut nicotianae abusus, aut noxii alii halit (§. LXXXV.) induxerint. Ceterum si eo nece vti cogat, prudentissime se gerere medicum de ne languida neruorum vis mephiti narcotica isti modi penitus exstinguatur *a*). Fumo tutius vid tur leue foliorum nicotianae decoctum, aut dilutum

a) Vid. BASSIAN. CARMINAT. *De animal. ex mephit. nox. halit. interitu etc. l. 3. cap. 2. p. 174. 175. 176.*

§. CXXXI.

Animaduersiones circa emetica. Nullo in morbo animosius, quam in apoplexia, se gerunt vt plurimum medici, vt quouis artis adjumento aegrum multo stupore detentum excutiant. Non paucos videre est, qui RIVERII, atque HELMONTII in primis experientia confisi emeticis promiscue, et temere ad id vtuntur, seque c CELSI auctoritate strenue tuentur, dicentis, melius esse *anceps experiri remedium, quam nullum*, vbi res *Emeticorum vsum vetant.* fere ad desperationem adducta est. Sed animaduerterent velim, multa emeticorum vsum veta obesum videlicet corpus, collum breue, et crassi angustiorem thoracis caueam, ventris amplitudinem plethoram, procliuitatem ad sanguinis vomitum aut sputum, organica pulmonum, praecordiorum que vitia, oculorum grauem aliquam affectione capitis imbecillitatem, tumores magnos colli, prae sertim glandulae thyreoideae, enterocelen, hy phalon, grauidum vterum *), ventriculi vlcus, aut scirrhum, peculiarem idiosyncrasiam ad vomendu aduersam, aetatem sensilem, et decrepitam, reg *Nocumenta ab emeticis.* nem, et anni tempus hiemale *a*). Praeterea ne sanae mentis negabit, periculosum maxime emeticum propinare, vomitum ciere in ea apo xia, quam vasa cerebri aut praeter modum sang ne distenta, aut rupta, aut corrosa effecerint. C

enim non videat, vomitu sanguinem vberius, validiusque ad caput propelli, ejusque inde refluxum impediri; sic vt vasa ipsa magis, magisque turgescant, ruptionemque, si forte adhuc illaesa essent, facilius, citiusque subeant; si vero jam dilacerata sint, ampliore facto vulnere copiosiorem sanguinem effundant? Inter vomendi porro conatus diaphragma, cor, pulmo jam fere paralyticis proxima opprimantur, atque aeger respiratione sublata extemplo suffocetur, necesse plane est. Non semel meis ipse oculis vidi datum ab aliis emeticum, et vehementer dolui, hemiplegiam, vel leuem, et particularem apoplexiam illico in validam, et vniuersalem transiisse; fortem vero, atque exquisitam intra paucas horas in mortem. Scio equidem a medicinae actiuioris laudatoribus, qui in hac praesertim regione frequentissimi sunt, jactari obseruationes, ex quibus vtilitas dati emetici in apoplecticis ostendatur. Sed a paucis felicioribus exemplis, quae naturae robustioris beneficio plus, quam artis operi tribuenda fortasse fuerunt, inferri haud potest, emetica ex se, quod aliunde semel, iterumque constitit, perniciosa non esse **). *Exempla exitii.*

*) Non dubitant nuperiores quidam Medici, in transalpinis praesertim scholis instituti, etiam foeminis vtero gerentibus emetica proponere, quod putant, vt opinor, eas vt vomitum ex grauiditate ortum, sic arte excitum commodissime ferre posse. Sed recordentur isti, quaeso, non paucas mulieres vtero gerentes ob frequentem, et molestum vomitum, quo vexabantur, in abortum incidisse. Quamobrem eorum auctoritate, atque audacia non ita permoueor, vt satius, tutiusque non judicem, illos se gerere, qui ab emeticis proprie dictis mulieres praegnantes arceant.

a) HIPPOCRAT. *aphor.* 4. *sect. IV.* vbi ait: *Purgandum aestate quidem magis superiores ventres, hieme vero inferiores.*

**) Non dissimulauerim tamen in ea constitutione, quam

descri-

descripsit LANCISIVS, non modo purgantia bene cessisse, quia tunc *non massa dumtaxat sanguinis, sed ipsa quoque hypochondria apud aegros multitudine bilioso - acrium particularum redundabant;* verum etiam emetica, vt ipse testatur sic inquiens: *profecit etiam vomitus apud illos, qui vel huic assueti fuerunt egestioni, vel ex crudioris adhuc coenae pondere laborabant. L. c. l. 2. cap. V. §. XIII.* Verum certiora nocumenta videntur, dubium vero leuamen.

§. CXXXII.

Auctoritates rejiciuntur.

Quod attinet ad RIVERII, HELMONTIIque a) experientiam, ea sane non videtur hujusmodi, vt cuilibet tum generi, tum gradui apoplexiae emetica conuenire ostendat. Neque CORNELII CELSI effatum ita extendendum est, vt quotiescunque rationi repugnat, illud reprobare, et refellere non simus parati. Itaque exulent ab apoplexia sanguinea, praesertim exquisita omnia emetica, vtpote non indicata, et noxia, atque a sanioribus Clinicis, et prae primis a MORGAGNIO ipso explosa. Exulent quoque ab ea apoplexia, quam diximus conuulsiuam, et praesertim in sensibiliori, irritabiliorique neruorum, et fibrarum systemate praeditis; ne spasmi magis, magisque inualescant. Quod si vnquam eis locus aliquis relinquatur, in ea fortasse cum BAGLIVIO, atque HEISTERO dari poterunt, quam nimia ventriculi repletio, intemperantia, et venenata alimenta, aut opium paullo ante sumta aduocarint. Quamquam in apoplexia cum ventriculi repletione, vt est ea, quae a pastu corripit, suspecta emetica habeat etiam idem sapientissimus MORGAGNIVS, exemplum afferens hominis hemiplegiaci, qui ab emetico dato in apoplexiam vniuersalem, et cito lethiferam a) praecipitatus fuit; nec nisi imminuta prius sanguinis copia, si excedat, tententur. Saepe etiam accidit, vt a vomitu, aut vomituritione, quae apoplexiam saepe antecedit, aut

Emetica in sanguinea, et conuulsiua reprobantur.

Rejiciuntur quoque in aliis casibus, paucissimis exceptis.

Vomitus sympathicus perperam

conco-

concomitatur, indicationem emetici propinandi deamant medici minus periti; cum tamen ejusmodi vomitus, aut ad vomendum procliuitas, sympathica sit a cerebro male affecto *), non idiopathica, quae distinctionis ratio pernecessaria omnino est. Nam in priore casu ab emeticis omnino abstinere oportet, vt summopere perniciosis. *reputatur indicans emetici.*

a) *Epist. anat. med. III. n. 4.*

*) Huc apprime faciunt binae obseruationes, quas duabus epistolis, altera ad Cl. Archiatror. Caes. Comitem ANTONIVM STÖRCKIVM, altera ad IO. MICHAELEM MENGHINIVM R. Prof. Oenipontanum datis perscripsit FELIX PERGERVS Tridentinus, amicus meus singularis, et medendi vsu, et scientia excellentissimus; nam in his et vomitum a cerebri labe pronatum, et emetici in apoplexia nocumenta ostendit.

§. CXXXIII.

Nec intentatum relinqui solet omne reuellentium, atque excitantium genus, vt apoplecticus ad se redeat. Reuellunt praestantissime a cerebro, et capite balnea tepida, in quae pedes demittuntur. Reuellunt itidem, et simul sensum, et motum acuunt membrorum ligaturae, frictiones, epispastica, sinapismi, et vesicantia *). Non nullis placet ferramentis ignitis plantas pedum aduri; aut acubus volas manuum pungi; aut aciculas sub vnguibus adigi; quo tormenti genere excitatos interdum fuisse apoplecticos narrant, qui aliter excitari nequiuerant. Verum vix adduci possum, vt credam hoc cruciatu quidquam boni effectum iri, neque causam sic proximam apoplexiae remoueri, vbi cetera auxilia eam tollere haud potuere. Quae enim ejusmodi remedii, siue potius tormenti bona effecta ex MISTICHELLIO, CLAVDINO, FORTVN. FIDELI, atque HENRICO AB HEERS adducit LANCISIVS a), vel non sunt ejus generis, quae certam vtilitatem commonstrent, vel in soporosis affectibus, *Reuellentia et excitantia, et qualia.* *Ferrum ignitum.*

falso

falſo pro apoplexia habitis, praeſtita fuiſſe credide-
rim, vel ſine hiſce cruciatibus, ſi Medici patient-
exſpectaſſent, per alia minus ſaeua auxilia conſequu-
Quaenam ſuſpecta, quaenam probanda. ti fuiſſent. Ceterum in ſanguinea apoplexia vix lo-
cum inueniunt ea, quae humores exagitant, aut ni-
mium motum cient; hinc errhina etiam, ſternut-
menta, et volatilia acria, ita ſuſpecta habentur, vt
niſi inito omnium prudenti examine, atque ſumma
adhibita cautione, in vſum vocari non debeant *).
Si quid naribus admoueri liceat, eſto id acetum vi-
ni, vel oleum ſuccini, vel ejus ſal volatile, vel ſpiri-
tus meliſſae, quibus et lingua, et os, et torpentia
membra perfricari poterunt. Intrinſecus vero, ſi
fieri poteſt, ea danda ſunt, quae diluunt, quae tem-
perant, et leniter reſoluunt, vti ſerum lactis, de-
coctum hordei, dilutum florum tiliae cum nitro,
atque oxymelle, aliaque his affinia.

a) *L. c. cap. V. §. XII.*

*) Adeo abhorret ab omni acriori ſtimulo, et ſangui-
nem exagitante medicamento in apoplexia ſanguinea cu-
randa celeberrimus TISSOTIVS, vt veſicantia ipſa mi-
tuta appellet, atque vtiliora praedicet poſt fotus mollia
cataplaſmata ex fermento panis, et ſemine ſinapios ...
applicita reuellendi ſcopo. *Epiſt. var. argument. ad* HAL-
LER. *p. 65. ed. venet.*

§. CXXXIV.

Alterantia. Si his aeger reuiuiſcat, et ſimul reſpiratio, pul-
ſus, calor, colorque priſtinus redeat; bono animo
eſſe oportet. Tuncque jura dilutiora porrigantur,
quibus incoctae fuerint temperatiores herbae ce-
phalicae, vti meliſſa, et flores primulae veris, lilio-
rum conuallium, tunicae, tiliae, et aliquid etiam
Reſoluentia mitiora. detur eorum, quae paullo valentius attenuant, ſol-
vunt, excitant, excretioneſque per cutim, et renes
prolicere ſolent, vti ſuccinum, ejuſque ſal volatile
verum, ſtibium diaphoreticum non ablutum, nitrum
ſtib-

libiatum, camphora cum nitro, cinnabaris diligenter lota, et super porphyritim laeuigata, aliaque ujus generis.

§. CXXXV.

In serosa apoplexia suis notis (§§. C. CI. CII.) cognoscenda, an sanguis mitti debeat, non leuis inter medicos disceptatio saepe exoritur, ad quam dirimendam cum praeclarissimis Clinicis hac vti soleo distinctione; nimirum si aeger bono adhuc habitu sit, si vasorum plenitudo, et sanguinis rubri liqua copia simul concurrere videatur, quod ex pulsuum magnitudine, victus ratione, et vitae genere innotescat, venam prudenter, et caute secari posse, MORGAGNIO, aliisque non improbantibus *a*), existimo; vt vna saltem ex caussis cerebrum opprimentibus cito amoueatur. E contrario si apoplexia cum malo corporis habitu conjuncta sit, aut ei superuenerit vera cachexia, et nulla appareat sanguinis, vasorumque plenitudo, phlebotomiam vitandam *b*) esse; itemque si cerebrum hydrope laboret, in eoque plurimum aquae (§§. L. LI. LII. LIII.) suspicari liceat, in vasis autem parum sanguinis effoeti, ab ea abstinendum esse, quia ab emisso sanguine hydrops non modo confirmatur, verum etiam saepe arcessitur; potiusque ad corroborantia tam externa, quam interna properandum. Nocet quoque venam incidere debilibus, senio confectis, diuino capitis morbo jam diu vexatis, et prope consumptis, aut ex aquarum medicatarum largiori potu in apoplexiam prolapsis *c*).

Curatio apoplexiae serosae.

Quando sanguis in ea mitti possit, quando nequaquam.

a) *Epist. anat. med. IV. n.* 10. *b*) *Ib. n.* 15. *c*) *Ib.*

§. CXXXVI.

Potius adhibentur cucurbitulae scarificatae, atque hirudines, etsi non pari celeritate, et vi mor-

Cucurbitulae, et hirudines tutiores.

bo

Purgatio magis opportuna. *De emeticis iterum judicium.* bo medeantur. Minus adhuc discriminis, plusque adjumenti habet purgatio. Plerique hic emetica sine vlla ferme controuersia proponunt, et laudibus efferunt; quae etsi non ita, vt in sanguinea apoplexia, a nobis in serosa reformidentur, non tamen omni noxa carere ea putantur, vt indiscriminatim praecipitique consilio ingerenda sint. Neque ex eo, quod vomitus, aut vomendi conatus saepe antecedat, aut comitetur apoplexiam, erui debet, hosce naturae motus esse salutares, ideoque ab arte promouendos: plerumque enim hi ab affecto, vt supra dictum est, et vellicato cerebro, non a primarum viarum saburra proficiscuntur. Quare praestat catharticis, et quidem ex hydragogorum classe, illud moliri, quod passim emeticis efficere alii nituntur. *Cathartica vtilius adhibentur.* Agaricus, jalappa, diagrydium, folia senae, manna, sal anglicum, cremor tartari, puluis cornacchini, pilulae de succino Cratonis, de tribus cum rhabarbaro, mercurius dulcis, atque id genus alia egregiam saepe afferunt opem. Item eodem nomine commendantur enemata acriora (quibus vinum emeticum adjiciunt non nulli), atque ea omnia medicamenta, quae serosos humores per aluum, aut vrinae vias valentius educunt.

§. CXXXVII.

Irritantia calida, et noua seri emissaria laudantur. Opportunissima quoque sunt quae irritando dolorem inferunt, solidasque partes torpentes permouent (§. CXXXIII.), aut nouum sero exuberanti exitum parant, vti vlcera cantharidum applicatione aperta, setacea, fonticuli. Eo etiam respiciunt volatilia calida, acria tam interius, quam exterius adhibita, vti sales volatiles alkalini, spiritus salis ammoniaci vrinosus, fuliginis, cornu cerui, sanguinis humani, folliculorum serici, et similia, quibus superbibi possunt diluta calida, aut decocta majoranae, fl

vi

viae, betonicae, lauendulae, rorisque marini. Cauto tamen opus est, ne nimio, et audaciori calefacientium vsu non ephemeram, sed vehementiorem, ardentemque febrem, aut *alcalescentem* humorum dissolutionem conquiramus, vnde aeger citius, quam par esset, e medio tollatur. Omnia igitur et temperamento, et corporis habitui, et peculiari sanguinis constitutioni, atque acrimoniae, aetati, sexui, viribus, morbis praecedentibus prudenti manu, maturoque consilio accommodanda sunt. *Cautione in eorum vsu opus est.*

§. CXXXVIII.

Curatio apoplexiae conuulsiuae.

Nec minori studio indigemus, cum ad curandam apoplexiam conuulsiuam (§§. XCV. CIII. CIV. ad CIX.) progredimur. In ea, in qua idiopathice cerebrum afficitur, pro varia caussarum ratione neruorum principium irritantium, prementiumque adhibenda plane sunt praesidia, quorum in curatione apoplexiae sanguineae, et serosae meminimus, eisque cautionibus, et praeceptis insistendum est, quae ibidem, alibique saepius inculcauimus. In sympathica vero, detracto, quantum expedire videbitur in temperamentis sanguineis, et cholericis, hominibusque consuetas euacuationes non habentibus, sanguine, generatim vitanda tam intrinsecus, quam extrinsecus ducimus quaecunque acrius irritant, praesertim in exquisita neruorum sensibilitate. Contra balnea pedum tepida, fomenta, atque enemata emollientia, mitiora eccoprotica, siue aluum lenientia, vti oleum amygdalarum dulcium, oliuarum, seminum lini, ricini americani, magnesia alba, flores cassiae, serum lactis, vtpote quae laxant spasmos, et sensibilitatem, irritabilitatemque demulcent, humores acres temperant, saburramque lenissime deturbant, pro re nata adhiberi possunt. Nec sua carent vtilitate *antispasmodica* temperatiora, in quibus eminent

nent sal volatile succini, liquor cornu cerui succinatus, tinctura succini, croci, castorei, liquor anodynus mineralis Hoffmanni, flores Zinci a GAVBIO, aliisque neotericis ob vim sedantem, atque antispasticam celebrati, sal sedatiuum HOMBERGII, aqua florum aurantiorum, nucum viridium cohobata, menthae piperitidis, cerasorum nigrorum, epileptica LANGII, hysterica QVERCETANI, moschus, camphora, atque alia, quae temperamentis, aetati, constitutioni, tempori, et caussis sagaciter aptanda sunt. In primis autem inquirere oportet, vnde morbus inceperit, eoque curatio omnis dirigenda est.

§. CXXXIX.

Reliquae apoplexiae differentiae quomodo curandae.

Ex triplici hac curandi ratione tribus apoplexiae insignioribus differentiis praescripta facile elicitur, quid auxilii singulis aliis quoque conueniat, quidque praestari expediat in varia earumdem complicatione. Raro enim simplices morbi, quales a Pathologis, Nosologisque delineantur, clinicen exercentibus se exhibent, sed plerumque compositi, complicatique vario modo sistuntur; quo fit, vt Clinicis acri judicio, et magna saepe mentis contentione ad diagnosin, curationemque recte instituendam opus sit. In vniuersum caussarum ratio habenda est; omnique ope enitendum, vt morbi origo tollatur. Sic apoplexia *Symptomatica*, vti *febrilis*, *scorbutica*, *praecordialis*, *venerea*, aliaeque (§§. LXXXII. XCI. XCIV. XCV.) curationem a morbi primarii, a quo dimanauit, cognitione et medela exspectare debet. *Metastatica* omne reuulsionum, atque euacuationum genus, in primis diuresin, diaphoresinque exposcit. Quae ab ictu, contusione, vulnere, lapsu originem duxit, chirurgi potissimum ope, ac manu eget. Os depressum terebra eleuandum est; fractum vero, vel fissum auferendum,

Curatio symptomaticarum.

Metastaticae.

Apoplexiae a caussis externis violentis.

um, vt cerebrum a pressione liberetur, aut effu-
is, collectusque sanguis extrahatur. Terebratio-
i etiam locus est, si probabili conjectura suspicari
cet, vasa interiora, illaesa quamuis caluaria, dis-
ipta fuisse, aut subter abscessum, aut tumorem
itare. Sed tunc res chirurgiae prudentissimis,
xercitatissimisque tota omnino tradenda est.
uperuacaneum quoque est, si apoplexiam tophi, *A tophis exostosibusque genitae.*
xostosesque venereae pepererint, quid tum agen
um medico supersit pluribus explanare. Sola
nim *hydrargyrosis* salutem promittit, aut quibus-
am in casibus saturatissima sarsaeparillae, aut
uaiaci decocta.

§. CXL.

Apoplexia demum ex vapore carbonum, et me- *Ex mephiticis vaporibus.*
hiticis halitibus orta postulat, vt continuo ea cor-
eptus in aërem liberum, apertum, et frigidum de-
eratur; deinde, facie aqua frigida saepius adspersa,
nox sanguis abunde ex alterutra jugularium mitta-
ur; clysteres ex aqua cum aceto remixta frigidi
ubter dentur; naribus volatilia admoueantur; ace-
i aliquid in os, et fauces, sed prudenter, ne in
lottidem illabatur, instilletur; idque etiam potui,
bi homo reuiuiscit, cum aqua subinde detur, to-
umque corpus frictionibus assiduis, diuque conti-
uatis excitetur. Vtilissimam hic aëris insufflatio-
em in pulmones ope tubuli recurui in alterutram
arem immissi, altera digitis compressa, commen-
at Cl. PORTALIVS *a*), et tandem tracheotomiam
ropomit, vti extremum remedium. Illam autem
sufflandi aëris rationem praeferendam existimat;
uod obseruarit, si in os immittatur, aut deprimi
piglottidem, sicque aëris ingressum in laryngem
npediri, aut in oesophagum aërem protrudi. Hic
llam, vt perniciosa, rejicit emetica, nec minus
met a *tabaci* fumo in intestina per clysterem im-

 misso.

missio. Putat enim ipse, intestina eo inflata diaphragmatis motui, quem excitare contendimus vehementer obsistere. Sed noxium ex eo etiam ejusmodi auxilium esse supra monuimus, quod narcotica facultate morbum augere, perniciemque accelerare potest.

a) *Hist. de l'Acad. Roy. an.* 1775. *vid. etiam Giorn. di Pisa T.* 39.

§. CXLI.

Apoplexiae ab assumtis quae curatio.

Quod si venena, in primis narcotica fortuito ingesta, aut errore assumta, aut comesta (§. LXXXV.) apoplexiam exciuerint, protinus vomitu prouocato ea expelli debent. Sed nihil praestantius post vomitum censetur ad cujusuis veneni *nartosin* inducentis correctionem aceto, acidisque vegetabilium fructuum succis. His quoque vti conuenit in eo casu, in quo boleti comesti morbum fecerint. In apoplexiis vero, et morte apparenti, quas fermentantium rerum vapor, aut tetra cloacarum mephitis genuit, alkali volatile summopere commendatur ab Academico Parisino LE SAGE, cujus experimenta collegit LE NOIR, atque in lucem edidit, vt ejus praestantissimam facultatem confirmaret. Nec mirum, cum omnia, quae sensibilitatem, irritabilitatemque reuocant, vitalitatem pene exstinctam etiam exsuscitant, non quidem quod alkali volatile, vt ipse sibi persuadet, aciditati ex aere euectae opponatur, nam acidi etiam vapores, et spiritus idem beneficium praestant, sed quod stimulo, atque irritatione vim nerueam, irritabilitatemque cordis torpentem excitet, excutiatque.

Narcosin corrigentia.

Alkali volatile.

§. CXLII.

Relicta ab apoplexia quomodo curentur.

Remittente morbo, quod reliquum ejus est, opportunis remediis superare conabimur; et pari

in particularem, quae plerumque remanet, et perstat, caussarum eam fouentium emendatione tollere tentabimus. Quare in attenuantium, resoluentium, atque euacuantium vsu diutius oportebit insistere. Huc spectant gummi ferulacea; extracta purgantia, vt panchymagogum CROLLII, aut hellebori nigri; mercurius dulcis; decocta ex lignis sudoriferis sic dictis, guaiaco, junipero, sassafras, visco quercino, lentisco, radicibus sarsaeparillae, bardanae, chinae orientalis, rubiae tinctorum; jura viperina *); serum lactis cum cichoreaceis, cephalicis, aut antiscorbuticis plantis incoctis; aquae thermales praesertim balnei, et stillicidii forma adhibitae; earum luta medicata; linimenta neruina, penetrantia, volatilia, (inter quae oleum formicarum non incelebre est) mercurius **), electrici machinamenti concelebrata virtus *a*), prudenter, et caute tentanda ***), exercitatio, vectio, aëris mutatio. Non pridem opera Cl. COLLINII inclaruerunt quam maxime flores *arnicae montanae Linnaei*, quibus mira inesse vis resoluens, et excitans aduersus paralysin *b*) perhibetur. Non praetermittam hic animaduertere quod passim Clinici crebro videre solent, pedes, et crura in hemiplegiacis, et resolutis citius, et facilius motum recuperare, quam brachia, et manus, quamquam cerebro et cordi propiora. Caussam HIPPOCRATES *c*) *in venarum rectitudine* sibi confingit. Verum verosimilius est, eos neruos citius restitui, qui ab ea spinalis medullae parte prodeunt, quae longius distat ab sede caussae morbi, vti sunt, ni fallor, *crurales*.

*) Dum varia medicamentorum genera singillatim hic recenseo, nolim quis credat, altera alteris succedanea haec esse, atque indiscriminatim, et sine delectu vsurpanda. Notas ex materia medicamentaria eorum naturas, et facultates jam puto, nec lectorem ignarum legum, praeceptorum, et cautionum, quas ex therapeutica generali di-

 dici-

dicit ad recte, apte, et salubriter iis vtendum. Sic, cu viperarum jura commemoro, non ea cuicunque paral ex qualicunque caussa natae idoneum remedium praedic sed postulo, vt habito caussarum examine, consideratag aegrotantis constitutione, atque indicantium praestant decernatur, vtrum indicationibus adimplendis valere q ant. Quod de viperarum juribus dixi, id ipsum de q vis alio medicamine dictum velim. Sed quaenam vipe medicatae vires insint, quosnam effectus edant in corpo humano, non conuenit inter auctores. Alii enim eas v latili sale scatere, ac proinde sanguinem exagitare, cal facere, vim vitae incitare, motum augere, humores att nuare, atque ad alkalescendum disponere opinantur, de alii haec omnia negantes, nihil ex viperis volatilis, acriori que principii elici, sed multum mucaginis viscidae, et glu tinis animalis; ideoque fatua, mucosa, atque inertia ea iis jura confieri, anguillarum omnino juri aequalia. Quam obrem priores illi remedium istud ob excitantem, calefa cientemque facultatem inter valentiora referunt, sibique non parum ab ejus vsu, et volatilitate metuunt: contra hi posteriores illos acriter derident, vanum, inutile, et su peruacaneum id auxilii genus reputantes, ita vt dignum omnino censeant, quod a Medicis penitus despiciatur. In terea tamen non apud omnes nationes, in primis italicas, apud quas magno ab antiquissimis vsque temporibus in pretio fuit, de praeconcepta bonitatis opinione dejici ne quam potuit, felici procul dubio Clinicorum probatum vsu, ac periclitatione. Adde, Cl. BECCARII periculis omnige nis (*Instit. Scient. Bonon. Comm. T. 2. P. 1. p. 95.*) com pertum esse, nihil viperis inesse siue volatilis salis, siue alius principii calefacientis, quod earum vsum suspectu faciat, sed succum quemdam mitissimum, gelatinosum, te nuissimum, valde alibilem, fibras rigidas mollientem, mo tu, et calore corporis nostri attenuari aptum, atque hinc omnia vel minima vascula peruadentem, serum viscidum, lentamque lympham leniter, et sine stimulo dissoluente obstructa reserantem, excretiones omnes, et prae pri cutaneam exspirationem promouentem; quo fit, vt co pora gracilia, et macilenta plenitudinem, jucundiorem sp ciem, et colorem, virium robur, majorem agilitatem a quirant, atque a prauis, salsis, acribus recrementis cutis spiracula, atque vrinae vias se se repurgent. Qu ergo et paralyticis prosint? Concedit porro idem vir p

spica

ſpicaciſſimus, juribus viperinis interdum moueri febrim, calorem, et ſitim augeri, vigilias induci; ſed haec omnia non medicamenti inſitis proprietatibus, verum peculiari ſolidarum partium aut rigiditati, aut ſenſibilitati exquiſitiori, aut fluidarum acrimoniae, quae cum gelatinoſo viperarum liquore commixta, et in penitiora loca, ſenſibiliora, atque mobiliora perlata omnes illas turbas excitet, tantummodo deberi. At demus vim eſſe viperis mouentem, excitantem, ſoluentem, calefacientemque. Nonne hoc nomine in paralyſi cum motuum vitalium languore, partium laxitate, atque inertia, cachectico prope habitu, aut corpore humoribus exhauſto, lympha, quae neruos alluit, frigida, lenta, viſcida conjuncta multum emolumenti ab earum vſu exſpectari liceat? TISSOTIVS ipſe, qui ita ſe aduerſum huic remedio oſtendit, vt *ablegandum ſine damno e medicina* putet, *prodeſſe tamen* poſſe vltro fatetur (*Epiſt. var. argum. p.* 105. 106.) *in morbis a defectu bonorum humorum, et vbi mucoſus, vapidus, et aceſcens ſanguis vaſa decurrit.*

**) WALDSCHMIDIVS, vt habet ALLENIVS in *Synopſi* §. 347., in curatione paralyſeos tam internum, quam externum mercurii vſum propoſuit. Hunc ipſum commendauit BARBETTA, hac tamen conditione, vt ptyaliſmum excitaret, quod apoplexiam curari poſſe pollicetur (*De apoplex. cap.* 2. *not. c. p.* 31.). Tanti vero id remedii genus fiebat a XAVERIO BERTINIO (*Dell' uſo dell' mercur.*), vt non modo ad curandam apoplexiam, et paralyſin, verum etiam ad praecauendam vteretur. Nec ab eo diſſentit ejus olim diſcipulus, nunc percelebris Clinicus Cremonenſis, MARTINVS GHISIVS, cum eodem duplici fine pilulas catharticas mercuriales, quibus ipſe vti conſueuit, adhibendas praecipiat, prudentior tamen aliis, quod earum laudes ad apoplexiam, et paralyſin dumtaxat ſeroſam, pituitoſamque perſtringat; contra ac ROTARIVS ille mercurii immodicus laudator, qui eum in quauis apoplexia, et paralyſi proponere non dubitauit.

a) *Comment. de reb. in ſcient. naturali et medicin. geſt. Vol. II. pag.* 636. 637. *Vol. III. pag.* 467. *Vol. IV. pag.* 69. *et pag.* 299. *Vol. VI. part.* 2. *p.* 316. *atque alibi*, etſi NOLLETTIVS non multum conſentiat.

***) Effecta electricitatis in corpore humano a Cl. TISSOTIO obſeruata, ſunt haec: 1. pulſus citatior; 2. calor auctus, et plethora; 3. exſpiratio major, interdum alui

 laxitas,

laxitas, vrinae copia; 4. haemorrhagiae variae, in primis narium; 5. dolor partis attactae, cutis laesio, inuita musculi contractio; 6. concussio conuulsiua, capitis subsequens debilitas, vertigo, somnus anxius, turbatus; 7. lassitudo; 8. pectoris anxietas; 9. interdum paralysis vniuersalis, et mors; 10. Fulguris instar etiam necat; 11. vasa cerebri turgida, dilatata in cadaueribus reperta; 12. Eadem et grauiora in animalibus electricitate enecatis cum sanguinis effusione in cerebro, et pectore. *Epist. var. argum. p.* 107. 108. *et seqq.* Hinc Cl. vir quaerit, quinam erit in paralysi electricitatis vsus? Respondet sibimet ipse: Profuit in paralysi deauratorum. Proderit in paralysi ex colica saturnina; nam in vtroque casu abest febris, plethora, cerebri vitia; quae conditiones ei videntur necessariae recto, vtilique ejus vsui. *Ib. p.* 109. Verum scire oportet variari electricitatis medicae effecta pro varia ratione, qua ipsa adhibetur. Triplici autem ratione adhiberi potest, nimirum vel omnino simplex, vel cum scintillarum extractione, vel cum explosione phialae leydensis. Plerumque primo, alteroue modo eam adhibere soleo, contentus onerare, quod ajunt, electricitate aegrotantem, idque diutissime facere. Rarissime tertio modo vtor, et tunc summa quidem prudentia, et cautione. PIVATVS, VERATTIVS, aliique Itali non absimili ratione vtebantur, nec quidquam noxae, saltem grauioris, vnquam experti inde sunt. Cl. quoque BECCARIVS sententiam hac super re rogatus suadebat (*Consult. medic. T.* I. *consult.* 63. *p.* 161.) leniorem methodum. Hanc ipsissimam methodum, quae Italorum propria dici potest, magna cum voluptate, et laetitia video nupertime ceteris praeferri ab homine Gallo, et Medico nobili MAVDVYTO in Epistola sanae doctrinae, et medicae prudentiae plenissima, quae reperitur in Diario Medico Parisiensi *T.* 49. *Mens. Iun. p.* 509. *et seqq.*

b) Vid. IOSEPH. COLLIN. *P. IV. obseruat. morb. acut. et chronic. etc.* *c*) *Lib. de circa morb. virgin. n.* 2.

§. CXLIII.

Paralyses particulares qua ratione curentur.

Paralysin palpebrarum oculi quauis nocte reuertentem stillicidio ex aqua Ballerucana ad ceruicem, et occiput adhibito curatam referunt *Transactiones philosophicae a*). Apud nos thermae Aponitanae, Lucenses, Pisanae, Cassianenses, Viterbienses, Aquenses, aliaeque ad id commendantur. Ad paralysin lin-

linguae reliquis omnibus anteponit LANGEVS *b*) oleum cinnamomi stillatitium, ejusque aliquot guttas saccharo exceptas linguae imponendas jubet. Eumdem in finem M. ANT. LAVRENTIVS apud Bononienses Medicus praestantissimus, meusque in clinica exercenda dux, atque antecessor, qui Archiatri munere BENED. XIV. P. M. functus est, spiritu cerasorum nigrorum linguam perfricandam curabat. Sanguine etiam e raninis venis educto saepe loquendi potentiam rediisse, complures alii testantur *). Flagris item, vrticisque contumaciori paralysi correptae partes vtiliter verberantur, aut vapori spiritus vini flagrantis, quo sudor, in obesis praesertim, auocetur, non sine emolumento *c*) objiciuntur. Laudibus etiam non leuibus celebrantur vinacea recentia, in quae membra paralytica demergi solent, et quasi balneo foueri. Calore enim fermentantis musti, et vapore acri exhalante vasa omnia, fibraeque omnes leniter exstimulantur. Horum opem, etsi crebro irritam dicat TISSOTIVS, remedio interdum fuisse, experientia victus *d*) fateri cogitur. Crura, et pedes saepe in scorbuticis *paresi*, siue peculiari, imperfectaeque paralysi subjiciuntur; vt praeteream eam, quae ex casu, ictu, vulnere, luxatione vertebrarum oritur. In illa omnis curatio ab antiscorbuticis praesidiis, vt quisque facile nouit, petenda est. Sic artuum inferiorum paralysis, quae venereis morbis succedit, quaeque non infrequens est, eum morbo principe, cujus symptoma tunc certe videtur, oppugnari debet. Non semel mihi hujusmodi paralysis curanda obtigit, et lenibus inunctionibus mercurialibus, decoctisque sudoriferis eam sustuli. Litu mercuriali quoque vesicae, ani, et crurum resolutionem, cui virus venereum caussam dederat, fugavit Cl. HOVSTETVS *e*). Quin imo exstant historiae curatarum ope mercurii paralysium,

 vbi

vbi nulla erat luis venereae suspicio, inter qua notatu dignissima videtur illa, quam Cl. CAVAL LIVS paucis ante annis euulgauit *f*).

a) *N.* 449. §. 4. *b*) *Miscell. veritat. Fascic.* 1. §. 8.
*) Inter eos est LANCISIVS, qui (*De mortib. subit.* I *observ. I.*) de hemiplegiaco, cum aphonus persisteret, scribit: *aphoniam, quam sane cum injecti clysteres, exhibi sales volatiles, admotaque femoribus, brachiis, et nucha ve sicantia tollere nequirent, profecto mirabiliter, quod repen acciderit, vna soluere potuit missio sanguinis ex sublingual bus venis.*

c) BARBEIRAC. *Formul. medicam.* p. 362. *d*) *Epist. var. argum.* p. 104. *e*) *Mémoir. de l'Academ. Roy. de chirurg. T.* 4. p. 141. *f*) *Storia d'una reumatica para lisia curata coll' unzione mercuriale, Venez.* 1769.

§. CXLVI.

Nec silentio praeteriri licet duos paralyticos, qui ex noxiis argenti viui halitibus in morbum incidisse videbantur, *auro fulminante a*) persanatos narrari. *Spuriae* demum *paralysi* (§§. XCII. XCIII.) non me lius mederi possumus, quam pro caussarum diuersi tate delectis, adhibitisque medicamentis. Hinc deobstruentia, antiscorbutica, resoluentia, purifi cantia, antiseptica, volatilia, instaurantia, nutrien tia, roborantia, cardiaca, et similia iis, quae (§§. CXXXVII. CXLII. CXLIII.) jam exposita sunt, locum habebunt; dummodo Pathologiae, et The rapeuticae generalis notionibus, dogmatibusque opportune accommodentur.

a) *Gazzett. Medic. di Venez. n.* 11. *ann.* 1763. di P. OR TESCHI.

§. CXLV.

Contractura, et rigiditas membrorum quid postulent?

Saepe, post deuictam paralysin, digiti manuum, aliaeque partes, vt alibi (§. XCII.) dictum est, ex tendi non possunt, quod ligamenta articulorum, musculique flexores tamdiu non elongati, et breuio res facti obriguerint ita, vt extensorum vis illorum contra-

contractionem nequeat superare. Tunc mitissimis, emollientissimisque remediis opus est. In primis vero, vt hujusmodi contractae, rigentesque partes molliantur, elongenturque, immitti in ventrem animalium recens mactatorum debent, ibique, quamdiu eorum calor permanet, detineri, et morari; postea linimentis mitissimis ex adipe, et ossium medulla perungi, atque assidue foueri, et perfricari. Nihil enim efficacius penetrat, et relaxat quam vapor aqueus animalis, atque olea subtilissima, quae in ossium cauis colliguntur. Post haec vapor aquae calentis primas tenet, a quo saepe mira in laxandis, molliendisque fibris praestantur.

§. CXLVI.

Soporosis affectibus (§§. CXI. ad CXV.) vbi medicina facienda sit, non aliam ferme viam insistere oportet, quam quae ad curandam ipsam apoplexiam praemonstrata est (§§. CXXIII. ad CXLIII.), cum hi sane eisdem ex caussis (§§. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. *vsque ad* LXXXV.), quae apoplexiam gignunt, propemodum oriantur. Illinc igitur omnis eorum curatio petenda est. *Curatio soporosorum affectuum.*

§. CXLVII.

Tandem summopere interest, quaenam victus, regiminisque ratio apoplecticis conuenientior sit. In vigore morbi praestat quam maxime tenuissimo vti victu, deinde aliquid indulgere, sic tamen, vt omnia viscida, glutinosa, acria, et calefacientia euitentur; cauere item a cunctis, quae sanguinis copiam augent, aut efferuescere cogunt, aut eum ad caput nimium propellunt. Hinc summa animi et corporis quies imperanda; cubiculi calor sic temperandus, vt ad frigidum potius inclinet, aërisque procuranda frequens renouatio. Quoniam vero *Diaeta.*

morbus

morbus recidiuus facile est, ad eum anteuertendum oportet hominem, qui eo laborauit, sibi cauere a frigore repentino, a sole meridiano, a nubilo coelo, ab ira, ab igne, ab aestu; circa solstitia, atque aequinoctia sanguinis copiam, si abundet, vena secta minuere; vesci quoque vegetabilibus, rebusque acescentibus, aquam potare; coenam omittere, aut parcissima vti, somnum praesertim a pastu vitare, purgari subinde; bis vel ter in hebdomade cremoris tartari drachmam vnam, vel alteram sumere, et caussas omnes, ex quibus in apoplexiam implicitus est, diligentissime effugere *u*).

u) *Tiss. epist. var. arg. p.* 73. 74. 75. *et seqq.*

CAPVT V.

DE CATALEPSI, ECSTASI, ET SOMNAMBVLISMO.

§. CXLVIII.

* *Catalepsis.*
** *Catochen.*
Quid catalepsis?

Magnam affinitatem cum soporosis affectibus *) habet morbus rarissimus, et, si quis alius, longe admirabilis, quem Κατάληψιν *), et Κατοχὴν **) Graeci nominant. Is latine verti posset *interceptio*, *comprehensio*, *detentio*, *occupatio*; nam qui eo comprehenduntur, continuo sensibus interioribus, atque exterioribus, praesertim tactu, et motu voluntati subiecto priuantur. Non tamen hi concidunt, vti in apoplexia, aut syncope, sed in eo statu, et positu consistunt, in quo erant, cum eos morbus inuasit; et mirifice se habent ad quasuis inflexiones recipiendas, seruandasque paratissimos. Hos GALENVS *a*) κατόχους; CORNELIVS vero CELSVS, vt MORGAGNIO, et SWIETENIO *b*) videtur, *attonitos c*) vocat; additque, nisi codex ibi mendosus sit, morbum a Graecis etiam *apoplexiam* dici *d*). Synonyma

onyma reliqua, quae a veteribus vsurpata sunt, videri possunt apud COELIVM AVRELIANVM, qui diligentissime, vt assolet, de *catalepsi e*) retulit. Praecipua tamen sunt haec: *aphonia* DIOCLIS, atque HIPPOCRATIS; *anaudia* ANTIGENIS CLEOPHANTINI; *lethargia*, et *sopor aliorum; congelatio* ARABVM; *stupor cum rigiditate* PLATERI **).

*) LIEVTAVDIVS hanc affectionem adnumerat morbis conuulsiuis. *Précis de Médec. malad. intern. de la Tête l. 1, p.* 212. Sed nullus rigor, nullus spasmus, nulla neruorum distentio, siue conuulsio cernitur in vera, et simplici catalepsi. Alii mixtum affectum putant esse ex soporoso, et conuulsiuo. Nos vero perpensa *insensibilitate*, atque *immobilitate*, quae in ea spectantur, cum VOGELIO ad morbos *adynamicos* referendam censemus.

a) *Ex* GALEN. *de causs. puls. P. IV. cap.* 16. CASTELLIVS. *b*) MORGAGN. *Epist. anat. med. II. n.* 2. SWIETEN. *Comm. in Boerhaav. Vol III.* §. 1007. *c*) *L. III. cap.* 26. *d*) *L. c.* *e*) *Acut. morb. l. II. cap.* 10. 11. 12. *et Tard. Passion. l. II. c.* 5.

**) Cl. TISSOTIVS catalepsin COELII AVRELIANI a nostra differre omnino asserit. *Traité des Nerfs, et de leurs maladies. T. 3. P. 2. chap. XXI.* Reuera *catalepsis*, siue *catoche* COELII AVRELIANI ad ecstasin potius, aut ad catalepsin spuriam, de qua paullo post dicam, pertinere videtur.

§. CXLIX.

Quid proprium, et peculiare catalepticorum?

Sed illud praecipue in hujusmodi affectione peculiare, propriumque est, quod qui in eam incidunt, si stabant, eodem omnino loco consistant; si sedebant, sedeant; oculis sint apertis, si apertos habebant; incedentis speciem referant, qui in incessu correpti sunt, et membra eo positu teneant, quo quis collocauerit; non tamen sentiant, nec loquantur, nec moueantur, nisi vi quadam impulsi. Haec autem (§§. CXLVIII. CXLIX.) est *verae* et *legitimae*, siue *perfectae catalepseos* imago *), qualis a Medicis hodie ferme vniuersim delineatur. Nam, vtrum a veteribus isto nomine vna, eademque affectio semper

Catalepsis vera, et perfecta.

ſemper intellecta, atque indicata ſit, an alia atque alia *a*), jure et merito dubitatur. Admodum veri etiam ſimile eſt, niſi certum plane, exploratumque malueris, non omnes morbos, quibus id nominis a nuperis obſeruatoribus inditum fuit, vere, atque adamuſſim ad catalepſin perfectam reſpondiſſe *b*). Quod facile patebit cuicunque, ſi vel leuiter in obſeruationum compilationem aliquam oculos tantum conjecerit.

*) Catalepſis a SAVVAGESIO ſic definitur: *ſubita ſenſuum, motuumque muſcularium ſuſpenſio, ſuperſtite pulſu, et reſpiratione plerumque obſcuriſſimis, et mira ad quoſuis ſitus retinendos, et ſuſcipiendos artuum flexilitate. Noſolog. cl. VI. ord. V. G. XXV.* Nec valde abſimilis eſt HOMII definitio catalepſeos, quam adeſſe ſcribit, *quando fixus remanet aeger in eodem ſtatu, in quo prehenſus fuit, ſenſibus internis, et externis abolitis. Princip. Medicin. de morb. non febrilib. P. 2. ſect. 7.*

a) Vid. *Journal Britannique M. de Iuin.* 1751, aut *Comment. de reb. in ſcient. nat. et medic. geſt.* LVDWIGII *Vol. I. P. III. p.* 114. *et ſeqq.*, vbi oſtenditur Catalepſin COELII AVRELIANI ad varias alias affectiones extendi. *b*) VOGEL *in not. ad* §. 572. *De morb. cognoſc. et curand. cap. de catalepſi p.* 473., vbi non pauci falſo pro catalepticis ab auctoribus habiti memorantur, quibus multo plures addi poſſem, ſi locus ferret. TISSOTIO eamdem nobiſcum video eſſe ſententiam l. c.

§. CL.

Quae catalepſis ſpuria, et imperfecta.

Cum vero non omnia illa (§§. CXLVIII. CXLIX.), neque ſemper, neque eodem gradu in omnibus eueniant; neceſſe fuit aliam catalepſeos ſpeciem conſtitui, quae *imperfecta*, et *ſpuria* nominatur. Alii enim cataleptici ſentiunt, ſed muti omnino ſunt, et motu, qui voluntatis imperio obediat, nequaquam gaudent. Aliis aliquis ſenſus, et memoria aliqua illorum, quae acta fuere, remanet; vel membra inflexa non retinent, ſaltem firmiter, et conſtanter, figuram, et locum, ſed ſenſim, et gradatim,

ltim, in pristinum relabuntur a). Alii manum, aut membrum aliquod mouent quidem, sed reliquo corpore veluti rigent, non tamen ita, vt in Tetano. Alii demum, tametsi nec audiant, nec videant, nec puncti sentiant, mortuis similes, si quid tamen in eorum os ingeratur, cito deglutiunt. Quocunque horum modo, aut simili cataleptici fiunt, *inperfecta*, et *spuria catalepsi* laborare dicuntur.

a) VOGEL. *l. c.* §. 569.

§. CLI.

Vtraque vero (§§ CXLIX. CL.), nempe tam *vera*, quam *spuria*, vel solitaria, et sine vlla implicatione aegros infestat, vel cum aliis morbis, vti *hysteria*, *furore*, *melancholia*, *somnambulismo*, *epilepsia* etc. implicatur, vel in eosdem facile transit. Hinc alia profluit distinctio, in *simplicem* nimirum, et *complicatam*. Quandoque etiam obseruata fuisse dicitur, et symptoma febrium acutarum, aut intermittentium, praesertim tertianae, et quartanae, et tunc, vt manifesto patet, *symptomaticae*, aut *secundariae* nomen accipit. A caussis porro deductae differentiae a nobis omittuntur, ne in diuisionibus, subdiuisionibusque minime necessariis nimii propemodum simus.

Vera, et spuria.

Simplex, et complicata.

Symptomatica, et secundaria.

§. CLII.

Raro accessionem quaedam notae praenuntiant. Interdum antecedit mentis, et corporis torpor quidam, vel cephalalgia; in aliis obtusus in posteriore capitis parte dolor a), in aliis colli rigor b). Subito deinde inuadit malum, sensu, et motu, vt supra expositum est, hominem priuans. Post aliquot temporis minuta, raro post horas, rarissime majori interuallo aegri veluti e somno excitantur, suspiria emittunt, atque ad sua munia redeunt, omnium,

Signa reliqua.

quae

quae acciderunt, aut gesta sunt, plane inscii, a
immemores. Eadem calamitas per interualla, e
quandoque ad longissimum tempus reuertitur, i
certam saepe periodum tenet, vt tunc *catalepsis p
riodica* dici debeat. Singulare quoque, notatu
dignum maxime est, faciem naturali colore, et
bore nitere; pulsum saepius magnum, et rar
quam paruum, atque exilem esse, contra ac SAVV
GESIVS docuit *d*); respirationem plerumque lev
simam, obscurissimamque; oculos fixo obtutu ap
tos, atque immobiles; omnemque febrem a *simpli*
et *primaria* abesse.

Catalepsis periodica.

a) FOREST. *l. X. obs.* 42. *b*) HENR. AB HEER *ob-serv.* 3. *c*) HAEN. *Rat. medend. P. IV. Cap. V.* §. III. *p.* 185. *d*) *Nosolog. l. c.*

§. CLIII.

Caussa proxima quaenam?

Caussa hujusce morbi proxima ignota esse adhu
dum videtur. Cerebrum, et nerui peculiari qui
dem modo afficiuntur, sed in quo haec affectio co
tineatur, nemo hactenus recte, quod sciam, def
niuit. Vis aliqua neruorum in musculos sane e
cetur, quoniam corpus sustinetur, nec resolutio
vt in paralysi, aut apoplexia. Sed nullus ab exter
organis ad *sensorium commune* patet aditus; aut s
patet, a mente non percipitur objectorum impr
sio, siue *sensatio*, quam vocant. Vbinam ergo ne
vorum *sensibilitas*? Neque *sensorium commune* a
potest quidquam repraesentare, aut objicere; n
anima quidquam cogitare, velle, aut jubere; in
cepta nimirum inter animam, et cerebrum na
li communicatione. Nulla igitur musculorum
ralysis est, inquit Cl. HAENIVS *a*), *sed etiam*
motus. Quid ergo est? Est continuatio ejus,
ultimo sanitatis momento ad motum bonum requ
aderat: id nempe in ea, quae olim mouebatur, se

-unt parte. *Imo si adstantium quis situm hunc permutauerit, et in alium direxerit, et jam cogat alios prorsus musculos, vt agant, est fere idem, ac si sensorium commune nouis his musculis nouas vires largiretur, ad hunc situm, idque pertinacissime, conseruandum. Porro quod in corpore obseruamus, idem de mente cogitemus. Quoties enim obseruatum non est, ideam vltimam verbis expressam, ante paroxysmum, ita eamdem manere, ita esse immutabilem, vt denuo prima sit, quam homo habeat, verbisque enuntiet, catalepsi, quantumuis diuturna* *), *soluta?*

a) *L. c. p.* 189.

*) Id pluries vidi etiam in violentissimis, quod magis mirum est, hysterismis; sed praecipue in puella nubili, quae singulis fere mensibus in hysterismum vehementissimum incidebat. In eo sibi mutuo succedebant risus, cantus, et clonicae vniuersales cujusque generis conuulsiones, et spasmi. Saepe inter loquendum, aut cantandum repentinis clonicis motibus cum sensuum abolitione corripiebatur. Postquam totum corpus aliquamdiu, atque interdum ad horae dimidiae spatium conuulsum fuerat, et quandoque pernicissime in vtramque partem caput circum actum esset; repente sedatis omnibus motibus, iterum loquacitas, aut cantus in scenam redibat, a verbis sermonis, aut cantilenae vltimo abruptis incipiens, et de more adamussim ordinem rerum, aut cantiunculae prosequens, atque absoluens: phaenomenon sane post adeo magnas turbas, et agitationes vix credibile, nedum explicabile.

§. CLIV.

Ex his vero quid, amabo, luminis ad caussam proximam decernendam? Parum profecto, respondet item ipse HAENIVS, vltro, lubenterque inquiens: *Latent miri animi nostri cum corpore commercii leges. Ignoramus prorsum eas, quarum ope commercium hoc peragatur, partes; ignoramus qua se lege et tangant, et moueant, et iterum sistant a*). At nequidquam rei difficultate deterritus DELATOURIUS, *Haenii conclusio.*

Delatourii opinio.

RIVS *b*), dum veterum ſententiam de intemperie frigida, et conglaciante deridet, in aliam ipſe deſcendit, quae ab illa ſi non proficiſci, certe non valde abeſſe videtur. Ex arteriarum, venarumque repletione, quae BOERHAAVIO referente inuenta fuit in cerebro catalepſi defunctorum, non dubitat cauſſam ejus eſſe nimiam ſanguinis, et liquoris nervei copiam, ex qua praecipua morbi ſymptomata intelligi, explicarique poſſe ſibi perſuadet. Ita enim turgere omnes neruos inde putat, vt ob plethorae quamdam ſpeciem torpeant, et nullam actionem edere queant; contra, quam accidit in paralyſi, quae defectum ejus liquoris potius ponit, aut in conuulſione, quae majorem, aut inaequalem iſtiuſmodi humoris motum, et diſtributionem pro cauſſa videtur habere. Ab hujuſmodi igitur neruorum ob plethoram inertia, nerueique ſucci tarditate, et lentore conſequente ſibi blanditur, facile explicari poſſe aequilibrium, et veluti rigorem totius corporis, anaeſtheſiam, ſiue perfectam inſenſilitatem, et promtam ad quamcumque poſitionem, aut inflexionem recipiendam, tenendamque habilitatem.

a) L. c. p. 191. *b*) *Récueil periodique d'obſeruat. de Méd. par M.* VANDERMONDE *T. V. pag.* 45. *et ſeqq.*

§. CLV.

Quae Delatourii opinioni aduerſentur.

Ne vero propere nimis DELATOVRII ſententiam amplectamur, probemuſque, faciunt aliae anatomicae catalepticorum ſectiones, in quibus praeter ſanguinem, ſerum etiam effuſum, et poſteriora cerebri magis occupans, vel aquoſa dumtaxat colluuies, vel ſerum ſubrubrum in poſtica cerebri parte collectum, et polypoſae concretiones in ſinu longitudinali, et pulmones ſimul, heparque corruptum reperta fuerunt *a*). Denique obſtat prudens, et cauta dubitatio, num vaſorum illa plenitudo

cauſſa

caussa catalepseos, an vero effectus habenda sit. Obstat celerrimus interdum post breuissimam accessionem catalepticorum ad se reditus, et vicissim facilis, et repentinus ex sola animi subita vehementiori commotione in catalepsin relapsus; cum mente concipi vix possit, tantam vasorum omnium cerebri, et neruorum plethoram intra breuissimum tempus tolli, et iterum reuerti ictu ferme oculi, quod ajunt, per animi pathema solum. Obstant demum caussae procatarcticae, quae catalepsin quandoque inducunt, vti vermes, terror, tristis nuntius, nec sanguinis nec aliorum humorum copiam, aut excessum commonstrantes. Praeterea, si sanguinis, et succi neruei copia morbum faceret, cur phlebotomiis, abstinentia, aliisque euacuantibus ipse cito non soluitur, arceturue; dum contra obseruationibus constat, illa omnia vt plurimum irrita, ni noxia, fuisse? Cur, si neruea quaedam facultas in musculis superest, haec ipsa sensationibus, atque ideis tum formandis, tum percipiendis non aeque subseruit?

a) LIEVTAVD *l. c.* SCHENCK. *observ. med. l.* 1. *de Catocho obs.* 2. HOLLER. *de morb. intern. l.* 1. *cap.* 9. *in schol.*

§. CLVI.

Fortasse proximius vero accessit FR. HOMIVS, dum fluxum *liquidi neruosi in non nullos neruos*, et quietem *in omnibus aliis* ponit pro caussa proxima hujusce morbi; siue, vt ego interpretor, secum reputat, actionem aliquam in neruis, qui musculis voluntario motui addictis inseruntur, vti sunt plerique e spinali medulla prodeuntes, permanere; conquiescere vero, et quasi consopiri *sensorium commune*, eosque fortasse neruos, qui sensuum ministerio famulantur, vt fere sunt illi, qui a cerebro, aut ab intercostali pari, siue sympathico magno deri- *Homii conjectura probabilis.*

 vantur.

vantur. Sed quis vnquam demonſtrauit, neruos, qui ad muſculos ſpectant voluntarios, ſenſibus quoque non inſeruire poſſe? Verum eſto, vt HOMIVS ſibi confingit; qui tamen illud ipſum fiat, ſupereſt indagandum, nec ſatis adhuc liquet.

a) Princip. Med. P. 2. De morb. non febrilib. ſect. VII.

§. CLVII.

Cauſſae remotae. Nec feliciores in conſtituenda cauſſa proxima catalepſeos fuiſſe videntur nuperrime ſcriptores, qui ad eam perſcrutandam toto pectore incubuerunt. Hac igitur praetermiſſa, de cauſſis remotis, et manifeſtis ſatius erit verba facere. Hae autem, prout ex accuratioribus obſeruationibus comperimus, rediguntur ad diutinas animi curas, mentiſque contentiones; profundas meditationes; moerorem grauem; terrorem; nuncium triſtem, et repentinum; amorem inauditum; frigus ſuſceptum; euacuationes menſium, haemorrhoidum, aliarumque excretionum ſuppreſſas; hyſteriam; hypochondriaſin; diatheſin ſanguinis craſſam, et glutinoſam; temperiem melancholicam, mucoſam, et flaccidam; ſcabiem retropulſam; primarum viarum cacochyliam; vermes; fumum carbonum; vini abuſum; ebrietatem; iram; ſomnambuliſmum; febres quartanas; reliquaſque intermittentes diuturniores, quarum interdum ſymptoma eſt catalepſis; fulminis ictum, vt ex CORN. CELSO habemus; ſerum intra caluariam effuſum, aut ſanguinem in cerebri vaſis, praeſertim poſterioribus, craſſum, nigrum, ſtagnantem, (§. CLIV.) congeſtumque.

Diagnoſis.

§. CLVIII.

Quid Ecſtaſis? Diagnoſis ex §§. CXLVIII. CXLIX. CL. peti debet. Neque arduum hinc erit cognoſcere, quibus

ſignis

ſignis a reliquis ſimilibus affectibus catalepſis diſcernatur. Ceterum cum catalepſi vna, eademque a non nullis habetur Ἔκστασις *), ab aliis vero non item. In his SAVVAGESIVS *ecſtaſin* differre a catalepſi docet, *quod artus non retineant ſitum quemuis ab adſtantibus impreſſum, ſed aeger eum, quam ab initio inſultus habuit, poſituram conſtanter ſeruet, et omni ſenſu, motuque artuum orbetur a*). Quid vero? Nonne ſic definita *ecſtaſis* eam catalepſeos differentiam, quam *ſpuriam*, aut *imperfectam* (§. CL.) vocant, nobis ob oculos ſiſtit? At VOGELIVS *ecſtaticos* fieri tum opinatur, cum catalepſi correpti *mira phantaſmata*, *viſiones diuinas*, *conſortium Angelorum* ſibi habere videntur, aut *linguas*, *quas non didicerunt*, *loquuntur*, *ſi fabula vera*, *quin* et futura praenuntiare *b*) dicuntur. Verum non inde ſequitur, eos a catalepticis ſic diſcrepare, vt ad *ſpurios*, atque imperfectos (§. CL.) non pertineant et ipſi. *Ecſtaſis catochus*, ſiue catalepſis HENRICI AB HEERS, et TVLPII, *ecſtaſis cataleptica*, *ecſtaſis reſoluta* a SAVVAGESIO deſcriptae *c*) videntur eſſe varietates *catalepſeos ſpuriae*, aut *imperfectae*, aut ad ſummum *implicatae*, et implexae. Atque idcirco nulla egent peculiari expoſitione.

* *Ecſtaſis.*

Ecſtaſis pertinent ad Catalepſin ſpuriam.

a) *Noſolog. Cl. VI. ord. V. Gen.* 24. *b*) *L. c.* §. 569. *c*) *L. c. gen.* 25.

§. CLIX.

Somnambuliſmi deſcriptio.

Aequiori jure cum a catalepſi differat *ſomnambuliſmus*, ſeorſum a nobis exponendus ipſe eſt. In hoc vti in profundiſſimo ſomno ſenſationes omnes deficere videntur, excepto fortaſſe tactu, quo ſomnambuli objecta obſtacula euitare poſſunt. At imaginatio viuidiſſima eſt, et motus voluntatis imperio a) ſubditi facile, ordinateque exercentur: quamquam non deſint etiam exempla eorum, qui in ſomnambu-

nambulismo non vident certe, sed audiunt, respondent, aliaque praestant de more, ac si vigilarent; quin imo historiae exstant quorumdam somnambulorum, qui non solum respondent, et loquuntur, verum etiam disceptant, legunt, scribunt, et chartis lusoriis cum aliis facili, et apta ratione se se oblectant. Quod vix fieri potest sine aliqua saltem visionis vsura; nisi dixeris in hujusmodi casibus aliquam fraudem, aut malitiam subesse. Nullus enimuero morbus frequentius a sycophantis confingitur, quam somnambulismus, ecstasis, et catalepsis, vti multi admonent, atque ego ipse non semel deprehendi, et cognoui. Ceterum affines admodum hujusmodi affectiones crediderim, quia catalepsis, ecstasis, et somnambulismus mutatis vicibus sibi mutuo succedunt, aut vna saepe copulantur. Imo scire oportet, interdum eos cum epilepsia, conuulsionibus, delirio, aliisque morbis complicari, vnde difficilis tum diagnosis morbi complicati, anomali, atque innominati.

a) SAVVAGES. *Nosol. Cl. VII. ord. II. G. VI.*

§. CLX.

Differentiae. Multiplex autem est somnambulismus, pro graduum ipsius differentia. Commode distinguitur in *vulgarem*, et in *furentem*, siue complicatum. Vulgaris ille dicitur, in quo *homo sopore excitabili detinetur*, contra quam in *furente*, et *complicato*. In vulgari autem duo gradus a SAVVAGESIO agnoscuntur, vnus leuior, grauior alter. In leuiori somnambuli plerumque noctu post consuetum somnum fiunt, *e lecto non exeunt*, *se tamen mouent*, *loquuntur*, rixantur, arma distringunt, et vibrant, prout hostes, aut latrones repellendos sibi confingunt, magno tum sui, tum vicinorum discrimine, et metu. In grauiore vero *e lecto exsiliunt*, *se vestibus*

Vulgaris somnambulismus.

bus induunt, lampadem accendunt, claues inquirunt, fores reserant, vinum e dolio extrahunt, aut quid simile patrant, quin expergiscantur. *Alii fenestrae insident, et calcare equum, cui se impositos putant, exagitant. Sunt qui flumen tranant. Alii ea omnia oculis apertis faciunt, nec tamen expergesiunt a*). Verbo singuli pro diuersa consuetudine, et vitae ratione sua munia, vt vigilantes, peragunt. Animaduersione dignum est, eos sine damno summis se periculis, et praecipitiis exponere, nisi improuide excitentur; tum enim metu perculsi in praeceps ruunt *b*). Alii si incaute, aut temere excitentur, in furoris speciem adiguntur.

a) SAVVAG. *l. c.* *b*) Vid. HILDAN. *cent*, 2. *obs.* 84. *et* 85.

§. CLXI.

Furentem eum dicimus, in quo post breuem somni, aut stuporis speciem, homo statim non consueta munia obit, sed insolita, et quasi praeter consuetudinem, et furentis in modum aggreditur facere. *Complicatum* vero, quia saepe aliis morbis commiscetur, aut iis succedit. Hunc speciatim *catalepticum* vocauit SAVVAGESIVS *a*), quia ab initio a catalepsi eum exorsum legerit, deinde in somnambulismum hujusmodi terminatum. Exemplum vnicum ex *Actis Academiae Vpsaliensis*, vbi *catalepsis delirans* ei nomen *b*) tribuitur, atque ex *Commentariis Academiae Parisinae c*) adducit. Rectius dicendum esse admonet *catalepsin somnambulantem d*). In hac specie profecto aegri furore, et delirio quasi perciti canunt, sibilant, exultant, saltant, plorant, discurrunt, quin etiam ludicra, obscoena, aut turpia narrant; visu, tactu, auditu, olfactu, et gustu omnino destituti. At hujusmodi somnambulismus non vnice catalepsin subsequitur, ideoque generatim *cataleptici* nomen ei non conuenit. Nam subsequitur

Somnambulismus furens, siue complicatus.

sequitur etiam hysterismum, conuulsiones, epilepsiam, aliosque morbos. Hinc distinguetur in *cataleptitum*, *hystericum*, *epilepticum*, et sic porro, prout ab vno, vel alio morbo dependere dignoscetur. Illud autem de hac specie, vti perpetuum, et proprium, affirmari potest, quod aegrotantes nulla ratione, vt in *vulgari*, excitari queant, sed sponte dumtaxat, post certum, definitumque tempus, modo longius, modo breuius, soluatur.

a) *Nosol. class. VIII. ord. I. G. VI. spec.* 2. b) *All. Acad. Vpsaliens. ad ann.* 1732. *p.* 41. c) *Ann.* 1742. d) *Nosol. cl. VI. ord. V. gen. XXIV. spec.* 6.

§. CLXII.

Quae vulgari somnambulismo obveniant. In vulgari somnambulismo tam leuiori, *quam* grauiori (§. CLX.) multa obueniunt, quae vehementer somniantium propria sunt. Feriantur fere sensus externi, dum imaginationis vis per caussas internas ita afficitur, vt viua idearum phantasmata menti quidem repraesententur, non vero talia sint, quae somnum excutiant. Pro diuersa vero idearum ratione voluntas adigitur ad hoc, vel illud faciendum, ejusque imperio instrumenta motus quasi vi, vti in conuulsionibus, et spasmis, coacta obtemperant, quin tamen sensus externi expergefiant. Quo vero modo haec, quibusque caussis intimis fiant, non minus obscurum est, quam in catalepsi, atque ecstasi dictum. In furenti, ac complicato somnambulismo vt major mentis agitatio, sic vehementiores tum animi, tum corporis affectus, et motus oriuntur. *Quae furenti.* Quoniam vero non ordinaria, nec ordinata rerum phantasmata menti obuersantur, sed insolita, inusitata, et sine ordine; ideo nil mirum, si furentis, ac prope insanientis speciem referat eo malo prehensus. Accedit, quod in *vulgari somnambu-*

mbulismo caussae somnum inducentes, etsi graues, n tamen adeo sensus sopiant, vt excitari obuiis tionibus, etsi aliquanto difficilius, non possint; m contrarium accidit in *somnambulismo furenti*, quo caussae eum efficientes validius, pertinacius e operantur, sic, vt sensus pene obruti reuocari queant, nisi post certum temporis interuallum, o nimirum sponte ipsae desinant, et cessent. Prob bile igitur est, cerebrum ab iis propemodum ussis occupari, atque impelli, quas in catalepti-, aliisque soporosis affectionibus repertas esse re- limus, neque hic reticendam esse natiuam inter- m, atque haereditariam cerebri, neruorumque nstitutionem. Manifestiores vero sunt caussae, as *procatarcticas* vocant. Nam saepe somnam- lismus cieri visus est ab ebrietate, aut vini mera- ris vsu, a coena largiore, a cibis flatulentis, et coctu difficilioribus, a nimio stragulorum pon- e, a decubitu supino cum capite depressiore, ab o, similibusque narcoticis, et soporiferis, a stu- s post coenam, atque a somno illico post cibum pto, a cerebri morbis praegressis, in primis cata- psi, epilepsia, lethargia, conuulsionibus hysteri- , aliisque. *Caussae.*

Prognosis.

§. CLXIII.

Catalepsis in vniuersum periculosus morbus esse ditur, quo, nisi cito curetur, stupidi, et quasi u rigentes aegri interire dicuntur. Cl. POSTEL- s in apoplexiam, aut carum lethalem saepe ter- nari ejusmodi malum tribus allatis obseruationi- a) ostendit. Periculi magnitudinem confirmat LENIVS, cum inquit: *in vniuersum paucissimi re- untur; nemo liberatur, cui secundo catochus su-* *Periculi ratio.*

 perue-

peruenit b). Verum non paucae ab aliis auctoribus memorantur historiae, et quaedam etiam a nobis proferri possent catalepsium perfectarum, imperfectarum, complicatarumque, quae etsi diuturnae fuerint, et crebro accederent, nullum tamen vitae discrimen attulerunt, et feliciter tandem solutae sunt. Periculum vero majus impendet, quo graviora symptomata morbus arcessit, in primis spirandi difficultatem, aut interceptionem, oculorum strabismum, excrementorum suppressionem, virium exsolutionem: Quod etiam ab HIPPOCRATE c) innuitur hisce verbis: *quae cum exsolutione fiunt catochae, et aphoniae, periculosae sunt.* Catalepsis lethargo periculosior habetur. Item difficilius curatur quae a melancholico humore prouenit, quam quae a sanguineo; et curata in melancholiam fere degenerat. Diuturna vt plurimum, et recidiua esse consueuit, et facile in epilepsiam, aut alios capitis grauissimos affectus terminatur. Quandoque soluitur larga narium haemorrhagia, aut menstruorum fluxu, aut longa diarrhoea biliosa *), aut simili alia critica euacuatione, aut mutato vitae genere, aut peregrinatione, aut connubio. Multa ex his communia sunt ecstaticis, et somnambulis, sed hi minus periclitantur, praesertim pueri, adolescentes, et virgines.

Quando periculosa.

Prognosis ecstaseos, et somnambulismi.

a) *Journal de Médec. T. XX. p. 407.* b) *Synops. Med. dic. practic. artic. 867.* c) *Prorrhetic. l. 3. sect. 4.*
*) Vid. *Avvisi sulla salute umana del 1776. p. 39.*

Curatio.

§. CLXIV.

Curatio paroxysmi.

Curatio praesertim ex iis, quae ad curandam apoplexiam, et soporosos affectus tradita sunt, peti quam maxime poterit. Ceterum duplex ea ... mu...

...iter habetur, altera, quae in paroxyſmo, vt ...untur, ineunda eſt; altera, quae extra eum. ...aroxyſmo cauendum arbitror ab acrioribus, cali...ibuſque medicamentis, praeſertim ſi ab hyſteri...ſſione, aut a ſanguinis nimia copia tam vera, ... apparenti, aut a vehementi animi affectu ac... orta ſit, mecum conſentiente FRIDERICO ...MANNO a), qui omnia iſta, etiam extrinſecus ...bita rejicienda ducit. Prodeſt in plethoricis ...uis miſſus tum e communibus venis, tum e ...laribus, tum etiam e naribus. Nam per lar... narium haemorrhagiam catalepticum puerum, ... tamen vere talis ille fuit, extemplo ſanatum vi...it AETIVS b). Acida, anodyna, et neruina tam ...terius, quam exterius tum praecipue laudantur c). ...raui olim virginem maturam viro, et valde ſan...ineam, longis, recurrentibuſque catalepſeos im...ectae, et modo vehementiſſimis conuulſiuis mo..., modo cum ſomnambuliſmo furenti compli... acceſſionibus obnoxiam, quam interdum bi...ut ternae ſanguinis e pedibus, et brachiis phle...iae vix quidquam leuabant, e veſtigio vero li... vena jugularis, aut frontalis ſecta. Errhina ...que ſine effectu adhibita narrantur. Eme..., ſi mali fomes in ventriculo, viciniſque partibus ...deat, poſt ſanguinem opportune detractum vti...a putantur. Non reprobantur enemata, atque ... lenientia, inunctiones ſpinae dorſi, fomenta ...iorum partium, lenes fricationes, itemque ...da epiſpaſtica, ſi adminiſtrari poſſint, tempo...ue breuitas non impediat.

...) *Medic. Ration. ſyſtem. T. IV. P. 3. cap. 4. in cautel. ...r. practic.* §. 1. b) *Tetrabibl. 2. ſerm. 2. cap. 4.* ...OFFMANN. *ibid. l. c.*

§. CLXV.

§. CLXV.

Curatio extra paroxyſmum. Extra paroxyſmum iis vti omnino conuenit, q cauſſam, ex qua malum prodiit, emendant, tollunt, aut anteuertunt. Hinc catalepſi, qu vermibus nomen habet, remedio ſunt anthel thica, atque aluum lenientia. *Hiſtoria curatae catalepſeos verminoſae.* Puellam octe morbo catalepſi perſimili ſeptem jam dies labo tem, multis eductis ſordibus, vermibuſque glandis ex melle in anum demiſſae illico reſtitu memorat BENEDICTVS *a*). *Hiſtoria curationis catalepſeos ecſtaticae.* Puellae itidem ca lepſi ecſtatica, ſiue imperfecta, et cum hy conuulſiuis motibus complicata detentae, in morbum ex menſtruorum defectu, et vermib teſtinalibus inciderat, profuerunt anthelminthic blanda emmenagoga, et antiſpaſtica, ſed in prim enemata oleoſa, deambulationes, et vectio in cur ſub coelo ſereno *b*). *Alia obſeruatio.* Alia virgo annum vigeſimu quartum vix praetergreſſa, et catalepſi ecſtatic diutinas de ante actae vitae genere medita correpta, nequidquam juuantibus ſanguinis miſſi bus, topicis, excitantibuſque compluribus re tandem ſola aëris mutatione, et peregrinati ſenſim conualuit *c*). *Obſeruatio catalepſeos ſomnambulantis.* *Magdalenam Valettam* mi moerore catalepſi primum verae, deinde delirio, et ſomnambuliſmo complicatae, ſiue, SAVVAGESIVS vocat, *ſomnambulanti* diu obno referunt *Acta Academiae Vpſalienſis d*), quae multas ſanguinis miſſiones, atque omne ant ticorum, alterantiumque genus diu fruſtra tum, ſibi demum relicta, naturae tantummodo videntia ad priſtinam valetudinem paullatim re

Obſeruatio catalepſeos verae, deinde complicatae. Ex moerore item, et catameniorum defectu, pu annum vigeſimum primum agens incidit in lepſin veram, quam deinde ſubſequutae ſunt v mentes artuum omnium conuulſiones, et rigor itemque delirium; diuque his incommodis iden

de

vexata fuit. Eam RICHARDVS REYNELLIVS ...re tentauit emeticis, catharticis, venaesectio... ...s, vesicantibus, medicamentis neruinis, cali... et volatilibus, sed pene frustraneo effectu. Tan... vsu tincturae hellebori nigri, quae menstrua ... et spiritu cornu cerui, qui leniter resoluit, et ...t, melius habuit; quod fortasse tempori, et ...oni validiorum medicaminum, quibus ante ...a fuerat, tribui debet *e*). Frustra etiam DE... ...OVRIVS catalepticae tredecim annorum cura... ...em vesicantibus, hirudinibus, balneis, atque ...ystericis *f*) aggressus est. Nam quamquam ...auxiliis mitiores accessiones redderentur, fieri ...en haud potuit, vt penitus desisterent, nisi ...tquam sponte menstrua eruperunt, quod bien... *post* solum contigit. *Obseruatio Delatourii.*

De curand. morb. l. I. *c.* 26. *b*) HOFFMANN. *l. c.* *v.* I. *c*) *Id. ib. observ.* 2. *d*) SAVVAGES. *cl. VI.* ...*spec.* 6. *e*) *Transact. Philosoph. ann.* 1735. *p.* 47. ...*ione* BREMONDII. *f*) *Récueil periodiq. d'observat.* ... VANDERMOND. *T. V. p.* 41.

§. CLXVI.

...curatio illa videtur, quam in virgine cata... ...; ... sopore a duobus mensibus pene oppressa ... MICHELIVS balneo pedum, et mercurialibus ...ionibus *a*). Speciatim catalepsis a terrore ... exigit praeter phlebotomiam cardiaca, an... ...tica, neruis amica, hypnotica, imo etiam opium ... At ex hac caussa genitam MAZARSIVS *b*) ... vsu aperientium, cephalicorum, et purgan... ...; ... non dissimili medendi ratione prospere ... esse accepimus POSTELLIVM *c*), cui ter mor... ...c curandi oblata est occasio. Quae cata... ...tertianis, quartanis, aliisque febribus inter... ...ibus superuenit, aut potius singulas accessio... ...t symptoma, comitatur, cortice peruuiano ci... tissime *Obseruatio Michelii.* *Obseruatio Mazarsii.*

quo sensuum, mentisque hebetudines, ac stupor persequor, an alibi, et praesertim, postquam de Phrenitide egissem, cerebri σφακελισμὸν *) recensere; sed demum vicit magna symptomatum, quae in h affectu apparent, cum superioribus similitudo, consensio. Rarissimam de eo factam mentionem ap Medicos nemo sane inficiabitur; quamquam HIPPOCRATE jam a), ejusque discipulis b) adumbratus quodammodo videatur, et deinde a RIVERIO c), PETRO SALIO d), et BONETO e) ante nostra tempora luculenter expressus, descriptusque sit. Nunc vero post edita SAVVAGESII f), SAGARII g), CARRERII h), aliorumque opera ita innotuit, ut qui eum praeterire vellet, jure veluti hospes in pathologicis, nosologicisque rebus *) argueretur.

* *Sphacelismon.*

Antiquissimis notus morbus.

a) *Aphor.* 50. *sect. VII.* b) *Auct. de morb. l.* 2. *n.* 20. *et l.* 3. *n.* 4. *et Coac. Praenotion. l.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. c) *Prax. med. l.* 1. *cap. XII.* d) *De morb. particul. cap.* I. e) *Sepulchret. anatom. l.* 1. *sect.* 1. *obs.* 76. 77. 78. 79. vbi ex BALLONIO, ROLFINCKIO, HENRICO AB HEERS, et ex SAVOLA depromuntur obseruationes, scholiisque illustrantur. f) *Nosol. method. cl.* 3. *ord.* 3. *gen.* 18. g) *System. morb. symptom. cl.* X. *ord.* 1. *gen. XIII.* Recusum vero 1776. Vienn. *cl. XI. ord.* 3. *gen. XII.* h) *Malad. inflammat. P.* 3. *sect.* 1. *chap.* 2.

*) HIERONYMVS MERCVRIALIS (*var. lect. l. V. cap.* III) quid sit *morbus solstitialis* apud Plautum in *Trinummo* inquirens, haec habet: *Forsan autem et pro morbo solstitiali non absonum est intelligere eum, qui a Graecis* ἐνέισις, *ab Alexandro* (1. *Pro.* 98.) καῦμα κεφαλῆς, *a* PLINIO *ardor capitis, ab* AVICENNA *erysipelas, a* RAZE *sekakilos, ab* HIPPOCRATE *sphacelos cerebri nuncupatur, qui licet potissimum in infantibus oriatur, attamen fit etiam in adultioribus, et trium dierum spatio vnumquemque perimere solet in aestu, quando, vt scribit* ALEXANDER, *potissimum inducitur.*

§. CLXIX.

Descriptio morbi.

Quantum quidem cum ex aliorum obseruationibus, tum ex meis ipsis cognoui, his se potissimum no

notis prodit morbus iſte. Acutus protinus capitis dolor accedit, qui occiput praeſertim excruciat, non raro aurium alterutram, nec vertici parcit; porrigiturque ad colli vertebras, atque ad vniuerſam pene dorſi ſpinam, comitante ſemper ardentiſſima febre, quae vt vt aegrum adurat, et torreat, ſenſum tamen ita obruit, vt ſaepe nec potus, nec cibi quidquam cupiat, ſed ne guſtare, aut ſumere ejus, aut medicamenti vllius aliquid quidem tentet, ſi ei praebeatur. Acceſſionibus febris ſubinde inualeſcit, et tum refrigerantur extrema, ſed poſtea recaleſcunt, increſcente febris impetu.

§. CLXX.

Continuatio deſcriptionis.

Ad haec facies tumet, rubetque; oculi venis ſanguine turgidis diſtenti, ac fere defixi, immobileſque prominent; mens veluti ſtupida torpet; aeger ab imo pectore trahit ſuſpiria; ingemiſcit ſubinde; obſurdeſcit, aut certe difficilius audit; interrogatus reſpicit quidem alloquentem, ſed vix reſpondet vnis plerumque, interciſiſque voculis; deinde mox alto ſilentio premitur, ſenſuſque prope amittit, ſolo motu ſuperſtite, quo adeo irrequieto plerumque agitatur, vt locum, quo conquieſcat, in cubili inuenire non poſſe videatur. Exſilit etiam quandoque, inordinate modo huc, modo illuc ſe reuoluit, modo crura, pedeſque dimouet, modo brachia projicit, modo manus ad caput conuertit, modo capillos, modo barbam auellere, modo faciem vnguibus ſibi dilacerare aggreditur. Morbo autem jam prouecto, ſenſibuſque prorſus exſtinctis ſedatur, languet, ex toto obmuteſcit, oculos interdum alta voce excitatus aperit, ſed nihil reſpondet; imo ne annuit quidem, et quandoque vel acriter punctus membra non retrahit, nec ejulatum emittit, apoplectico tum haud diſſimilis, atque inter

funestissima haec symptomata citissime interimitur. In pueris saepe vidi resolutionem vnius lateris, aut opisthotonum, aut motus conuulsiuos aliqua in parte, in primis circa faciem mortem praecedere.

Prognosis.

§. CLXXI.

Mortis tempus. Exitium vero istud adeo frequens est, vt vix, etiamsi ars naturae quam citissime opem ferat, quisquam euadat. Vt plurimum in tres, aut quatuor dies mors consequitur. Rarissime vltra hosce terminos vita producitur. Interdum tamen ad septimum *a*), aut ad decimum quartum diem *b*) aeger resistit, quo tandem occumbit; sic, vt fallax, incertumque haberi debeat HIPPOCRATIS effatum, quod est hujusmodi: *Quibus cerebrum sphacelatum est, in tribus diebus pereunt; si vero hos euaserint, sani fiunt c*). Nam eorum vitam in tuto minime adhuc esse, ne post tertiam quidem diem, experientia pluries demonstrauit. Si quid spei superest, id totum a larga narium haemorrhagia exspectari licet, nam haec saltem, notante CARRERIO *d*), pollicetur; contra stillae sanguinis e naribus prosilientes perniciem portendunt.

a) *Coac. Praenot. l.* 1. *b*) AMAT. LVSITAN. *cent.* I *curat.* 9. *c*) *Aphorism.* 50. *sect. VII. d*) *L. c.*

§. CLXXII.

Qui sani fiunt, non recordantur eorum, quae acciderunt. Si qui vero seruantur, omnium fere, quae euenerunt, inscii, atque immemores remanent, si SIVERIO fides habeatur. *Cadauerum sectiones.* Sectiones cadauerum, quorum morte finitum est malum, corruptionem, sphacelum, aut suppurationem, abscessumque in cerebri, aut cerebelli modo corticali, modo medullari substantia patefaciunt: non igitur mirum, si aliquibus paullo

paullo ante mortem, aut post eam pus, exesis ruptisque repagulis, e naribus, ore, auribusue prorumpere visum est. Puellae sexennis, quae ex sphacelismo cerebri intra quinque dies obiit, cadauer sectum est. Dura mater cranio ita adhaerebat, vt difficillime diuelleretur. Ejus vasa, ablato cranio, sanguine plurimum distenta, et praeter modum turgida apparuere. Pia mater aliquanto durior solito inuenta est, sic vt aegre discindi posset. Remotis meningibus, superior loborum cerebri corticalis pars plane corrupta, et putrida coloris plumbei reperta est sine vlla puris effusione. Medullaris substantia, quoad discerni potuit, intacta erat. Credibile tamen est, cortice cerebri inflammato, et turgenti medullam quoque compressam fuisse. Nihil in ventriculis, nihil in cerebello praeter naturam visum est, si seri aliquantum excipias, quod sub cerebello effusum ad medullam oblongatam, et initium spinalis vsque protendebatur, fortasse opisthotoni, qui postremo superuenit, vera caussa *).

*) Huic aegrotanti ego quoque praesto fui. Sectionem cadaueris instituit CAIETANVS VIDEMARIVS auditor olim meus, nunc praestans Medicus ordinarius in magno Vindobonensi nosocomio, a quo etiam morbi historia conscripta est, quam hic inseruisse non erit, vt puto, supervacaneum, cum egregie omnia symptomata, quae maxime diagnosin continent, in ea diligentissime referantur. *Puella sexennis aliquantum cacochymica, et facie pallidiuscula, acrimoniae acidae, quam indicabant faciei, labiorum, oris, gingiuarum, fauciumque non admodum rubens color, sitis exigua, voracitas, digestio celerrima, faecum aluinarum, et sudoris acidus odor, et demum mollis, et laxus habitus, acrimoniae, inquam, acidae non expers, mense Iunio ann.* 1779. *variolis, quae tum epidemicae erant, et quidem confluentibus correpta fuit. His exsiccatis, febris secundaria quotidianae in modum exacerbans perstitit, ad quam depellendam pluries eccoprotica, multum seri lactis, et corticis peruuiani, aliaque antiseptica data fuere. Tandem in variis corporis partibus rubri, dolentesque parui tumores prodiere, quorum alii*

 resoluti

resoluti sunt, alii vero suppurationem subiere, et pus bonum fecti effuderunt. Hinc febricula deuicta, et abscessibus satis diu repurgatis, et ad cicatricem demum perductis, cum aegre conualesceret, in rus translata est, vt aëris purioris beneficio, et continuato tonicorum, atque antisepticorum vsu pristinas vires, et valetudinem acquireret. Autumno satis valens vrbem repetiit. Per hiemem, quae varia admodum, atque inconstans fuit, crebro coryza, et tussi rheumatica non parum molesta conflictata est. Vere aduentante, atque subitis mutationibus temporum obnoxio, parum sibi cauit ab insolatione, ab aëre frigido tam nocte, quam die, a ventis, aliisque vicissitudinibus tempestatis, eo perniciosioribus, quo magis excalefactum erat cubiculum, e quo egrediebatur ad aërem frigidiorem.

At die 17. *Maii* 1780. *circa vesperam repente de atroci capitis dolore conquesta est, qui a vertice ad aures vsque porrigebatur, sed ad dexteram magis, quae etiam externe videbatur ab eo affici. Dolori successit febris cum vomitu biliosa conjuncta. Nox irrequieta fuit.*

Die 18. *idem plane dolor; vrina alba, tenuis, cruda; pulsus celer, durus, intermittens; pauca loquitur; vt plurimum desipit. Purgata est leni eccoprotico; quo dejecta sunt pauca excrementa. Circa meridiem subriguit, toto corpore doluit; postea subsequuta est febris ardentissima, cum sensuum omnium stupore. Respuebat quaecunque ei offerebantur praeter aquam cum syrupo de acido succo mali citrei, quam auidissime hauriebat.*

Vespere sanguis primum e vena brachii eductus est, qui crusta pleuritica obtegebatur. Post venae sectionem illico pone aures vtrinque emplastrum ex cantharidibus applicatum. Non tamen hinc remittebantur symptomata. Imo nocte proxima facies intumuit, sed sine rubore: oculi fere immoti prominebant, respiratio suspiriis interdum interrumpebatur, ingemiscebat subinde, et veluti surda, et stupida videbatur.

Die 19. *iterum mittitur sanguis hirudinibus temporibus applicitis. Latum vesicans vertici impositum; cruribus vero, et plantis pedum epispastica. Post meridiem extrema refrigerantur; vespere vero ardentissima febre se se expandente recalefiunt. Interrogata respicit alloquentem, non respondet, obscura tamen, et submissa voce conqueritur. Identidem e lecto exsilit, modo huc, modo illuc se jactat, modo crura, modo brachia dimouet, interdum etiam capillos vellere,*

lere, et faciem dilacerare tentat manibus. Noctu rursus hirudines admouentur, sed naribus.

Die 20. *eadem. Clysmata, quae subduntur nutriendi consilio, vix retinentur. Post meridiem extrema perfrigerantur; at caput magis incaluit; pulsus frequens, celer, debilis, inaequalis, intermittens, respiratio difficilis, et pene stertorosa, coma somnolentum. Nocte prouecta summo cum calore febris exardescit. Hinc pedes aqua calida fouentur, et fronti lintea ex posca expressa apponuntur.*

Die 21. *eadem, sed adhuc pejora. Jam jam moritura videbatur. Circa meridiem aluus sponte laxata est. Hinc quasi subleuata, et ab orci faucibus reuocata videbatur. Nocte opisthotono accedente omnia in pejus ruunt.*

Die 22. *nihil mutabatur, et viribus fatiscentibus post meridiem e viuis excessit.* Quae in cadauere deprehensa fuerunt, jam supra memorauimus.

§. CLXXIII.

Ex morbi hactenus descripti diligenti, quoad fieri potest, historia liquet, eum esse repentinum, et acutum capitis, modo vniuersi, modo aliquarum ejus partium, sed in primis occipitis, aut verticis dolorem, febri vehementi continua comitatum cum sensuum, mentisque primum stupore, deinde etiam abolitione, saluo interim corporis motu irrequieto, et manuum erratica agitatione, quam carphologiam vocant; qui intra paucos dies in carum, aut apoplexiam desinens vitam cum morte, vt plurimum, commutat. *Quid sit iste morbus.*

§. CLXXIV.

Liquet praeterea, caussam ejus proximam grauissimam esse debere, et quae ἐγκέφαλον *) pernicissime labefactet, ejusque functiones penitus destruat. Vniversim cerebri late sumti inflammationem esse putant, et quidem ejusmodi, vt breui tenerrimam ejus compagem corrumpat, et in putridum tabum convertat. Quamobrem plerique ex nuperis scriptoribus *cephalitidem*, veteres vero *sphacelismum*, *sphacelum*,

* *Encephalon.*

Caussa proxima.

celum, *fiderationem*, itemque *abſceſſum* cerebri vocarunt; illi nomen a cauſſa, hi ab effectis, quae eam ſubſequuntur, deducentes. Nam credi nequaquam poteſt, verum ſphacelum, et veram cerebri corruptionem ab initio in hujuſmodi morbo HIPPOCRATEM poſuiſſe; cum non nullos interdum euadere, et ſanos fieri cognouerit, et affirmarit. Quis autem cerebro corrupto, et vere ſphacelato ſeruari poſſit? Verba igitur HIPPOCRATIS ſano modo accipienda ſunt, quemadmodum GALENVS *a*), DVRETVS *b*), aliique interpretes animaduertunt.

a) *Aph.* 51. *Sect.* *VII.* *et l.* 2. *de loc. affect.* *b*) *L. cit.* *et* BALLONIVS *Definit. Medic.*

§. CLXXV.

Quae ſedes patiantur.

Verum non modo cerebrum proprie dictum, parteſque ejus penitiores, ſed etiam cerebellum, et oblongatam, ſpinalemque medullam peſſime hac inflammatione plus minus affici, multa cum magna verie ſpecie ſuadere videntur. Intimum enim *commune ſenſorium* ab ea opprimi oportet, vt ſenſus primum ſtupeant, atque hallucinentur, deinde penitus intercipiantur: cerebellum vero, atque oblongatam ſpinalemque medullam, vnde potiſſimum neruos habent praecordia, et muſculi ad artus ſpectantes, ita irritari neceſſe eſt, vt anxietas, inquies, membrorum jactatio, motuſque inordinati conſequantur, donec his perfecta inſenſibilitas, ſiue *anaeſtheſia* finem imponat.

§. CLXXVI.

Cauſſae remotae.

In cauſſarum remotarum cenſum veniunt ſanguinis acrioris, et bilioſioris copia, et feruor, ejus concitatior caput verſus impulſus, inſolationis vis, aëris conſtitutiones calidae, et humidae, acre epidemicum, putridae febres, contuſiones, vulnera, aliaque exteriora, a quibus non ſolum generatim inflamma-

flammationes cientur, sed speciatim phrenitidis ea species, quae inflammatoria (§. CLXXXIX.) dicitur, confieri consueuit.

§. CLXXVII.

Discrimen inter sphacelismum, et phrenitidem, atque alios capitis morbos.

Non tamen cum phrenitide inflammatoria vnum, eumdemque morbum esse cerebri sphacelismum putes velim, quamquam vtrique communis caussa esse possit. Nam non leue discrimen est inter vtriusque naturam, et phaenomena. Phrenitis enim quacunque ex caussa fiat, delirium acutum, et assiduum est, et quando ab inflammatione pendet, plerumque ferox, et audax cum perpetuis vigiliis. Contra sphacelismus, vt dictum, repentinus, et acutus capitis dolor est cum stupore, et quadam sensilitatis diminutione, breui in anaesthesiam desinente. Fortasse loci etiam affecti ratio differentiam facit. In phrenitide magis exteriora, in sphacelismo interiora cerebri, et cerebelli occupari probabile est. Sed qua ratione vnus ab altera differat, opportunius dicam alibi, vbi phrenitidis (§. CLXXXIV. ad CXC.) historia tradetur. Nunc ostendam, quae differentia inter eum intercedat, atque apoplexiam, epilepsiam, reliquosque soporosos affectus. In apoplexia mox ab initio et motus, et sensus omnino feriantur, et nulla, si purus morbus sit, febris adest: contra in sphacelismo et febris acuta perpetuo tenet, et sub finem tantum sensus, et motus omnis exstinguitur. Eadem ferme de caussa sphacelismus discrepat ab epilepsia, in qua, etsi mouendi facultas supersit, tamen motus vehementes, inordinati, inuoluntarii, aegro nempe nec sciente, nec volente, fiunt. In sphacelismo animi nutum, voluntatemque sequi, atque ad certas actiones dirigi videntur; nec demum spuma vlla ex ore profluit. Febris praeterea indiuisibilis eum comitatur, non vero epilepsiam. Carotici porro, et lethargici pro-

 fundo

fundo somno opprimuntur, fereque immobiles jacent nisi vi extrinseca excitentur. Febrisque vel ab iis abest, si primario morbo laborant; vel ea soporem jam antecessit vt princeps morbus, et caussa; vel sopori superuenit, non vero vna, vt in sphacelismo, exorditur.

Curatio.

§. CLXXVIII.

Si vnquam, hic certe quam citissime ad ea properandum est, quae valentissime inflammationem soluunt, ne corruptio, gangraena, suppuratio, aut abscessus cerebri, et cerebelli hominem interficiat. *V. S.* Itaque sanguinem larga manu tam e venis, quam arteriis, prout alibi jam pluries (§§. XXIV. *CXXIII.* CXXIV. CXXV.) praeceptum est, mox ab incipiente malo detrahere oportet. Quod si neque iterata phlebotomia, neque arteriotome quidquam profecerit, e naribus sanguis vt erumpat, danda est opera; nam hac via sponte solutum quandoque morbum Clinici testantur. *Hirudinum applicatio internis naribus.* Inter ea, quae ad sanguinem e naribus proliciendum adhiberi a medicis solent, PETRVS SALIVS a) DIVERSVS expeditissimum omnium auxilium, nempe hirudines, deligit, quas interioribus narium partibus admouendas suadet, vt repetita etiam applicatione, et spongia ex aqua calida expressa, et cerebro admota vbertim sanguis emanet. Hoc enim auxilii genere aliquos a se restitutos, ac seruatos vir expertissimus asseuerat.

a) *L. c.*

§. CLXXIX.

Reuellentia. Reuellendum quoque efficacissime a capite est cucurbitulis tam siccis, quam scarificatis, quas plurimas admoueri, atque altius defigi oportet; frictionibus item, et ligaturis dolorificis extremarum partium,

im, quas balneo etiam tepido, et mollienti foue-
expedit; et demum cantharidibus emplastro ex-
ptis, quae humeris, et scapulis apponi possunt,
exulcerent. Interest praeterea aluum leniter, sed
is bene ducere, abdomen exterius, interiusque
ollire, et capiti ea, quae reprimunt, et refrige-
nt, et simul resoluunt, imponere. Releuato dein-
cerebro ptarmica a non nullis proponuntur: sed
tius consilium videtur gratis odoramentis, et mi-
oribus spiritibus, et suaue olentibus cerebrum re-
eare, quam acrioribus stimulis concutere, aut
itare.

§. CLXXX.

Raro accidit, vt ante quartam diem cibus dari *Cibi dandi tempus.*
ossit; tribus enim primis vel nihil alimenti aegri
piunt, vel etiam eos alendi occasio adimitur, quia
aeceps morbus est, et saepe eo spatio pereunt.
terea, si fieri possit, plurimum aquae cum oxyme-
, et nitro bibere cogantur, quo et resoluendae
flammationi, et viribus sustinendis satis prospi-
tur. Transacto vero triduo, si res ex voto ces-
ura sit, aliquantum releuari incipiunt, et sensuum
sum recuperare; tuncque ali possunt, sed tenuiori
ictu, et partitis vicibus paullatim. Vinum, do- *Vsus vini quamdiu omittendus.*
ec morbus manifeste totus discussus sit, omnino
rcumcidendum est. Postea vero et vino, sed
uco, et aqua diluto, paulloque liberaliori cibo
i liceat.

CAPVT VII.

DE DELIRIO, VARIISQVE EIV GENERIBVS.

§. CLXXXI.

* Paraphrosyne.
* Paracope.
* Paraphrenesis.

Omnis imaginationis, mentisque a recta r ne aberratio in vniuersum παραφροσύ παρακοπὴ * a), vel παραφρόνησις * a Graecis minatur, a Latinis vero delirium, insania, vel d pientia. Fere illud delirantibus accidit, q dormientibus, dum somniant, sic vt non inep *somnia* deliria dormientium; *deliria* vero vigilan tium somnia dici possint.

a) FERNEL. *Patholog. l. V. cap. 2. et Lexic. Med. Ca stello-Brunon. v. Delirium.*

§. CLXXXII.

Differentiae.

Complura sane exsistunt deliriorum genera, at que vna est eorum natura. At praecipua solum, *phrenitidem* videlicet, *paraphrenitidem*, *maniam* et *melancholiam*, in quibus modo imaginatio, modo ratio, modo vtraque simul deprauatur, hic expli canda suscipiam, quod ad haec quatuor reliquae omnes species commode reducuntur, rejectis ad finem paucis verbis de *fatuitate*, tametsi haec raro ad Medicum vnquam pertineat.

§. CLXXXIII.

* Phrenitida.
* Phrenitiasin.
* Phrenes.

A primo genere vt exordiamur, scire licet φρε νῖτιδα *, siue φρενιτίασιν *, a voce φρένες *, id diaphragma, aut etiam *praecordia* deriuatam fuis quod in his partibus mentis, et prudentiae sedem vetustissimi medicorum a) collocabant. Hinc om nes insanientes, cum ex praecordiorum culpa de pere crederentur, phrenitici antiquitus appellab

r: a qua sententia non longe abfuisse videtur HIP-CRATES ipse, cum phrenitidis signa tam in *ter-de morbis b*), quam in eo, qui inscribitur *de af-fectionibus c*), libro (quamquam hic discipulo ejus HYBO a GALENO tribuatur) enumerans, specia-n de dolore praecordia, et septum transuersum exante mentionem faciat.

a) AVCTOR *de morbo sacro N.* 18. *et de virgin. morb.* . *b*) *N.* 9. *c*) *N.* 10. *et* 12. *ed. Marinell.*

§. CLXXXIV.

At postea, vt recte notat VOGELIVS *a*), cum ab IPPOCRATE, tum a CORNELIO CELSO, qui plu ima ex eo in latinum sermonem transtulit *b*), phre-itis ea insania dici coepit, *quae et acuta, et conti-ua, et in febre est.* Hujus autem ingens erat apud os varietas. *Siquidem*, inquit idem C. CELSVS *c*), *phreniticis alii hilares, alii tristes sunt; alii faci-us continentur, et intra verba desipiunt; alii insur-unt, et violenter quaedam manu faciunt, atque ex is ipsis alii nihil, nisi impetu, peccant; alii etiam ar-s adhibent, summamque speciem sanitatis in captan-is malorum operum occasionibus praebent, sed exitu deprehenduntur.* *Phrenitis qualis Hippocrati et C. Celso.*

a) *Praelect. de cogn. et curand. morb.* §. 57. *in* not. *).) *De Medicin. l.* 3. *cap.* 18. *c*) *Ibid.*

§. CLXXXV.

Paullatim vero ab illorum doctrina non nihil de-citum est, idque nominis non delirio solum acuto, t continuo, cumque febri conjuncto, sed ei spe-iatim, quod ferox, et audax esset, tributum *a*); ex o, ni valde errauerim, quod ab inflammatione eningum, et cerebri, quam proximam phrenitidis ausam jamdiu credere coeperant *b*), non nisi ve-ementem, audacemque furorem, et desipientiam cciri posse opinarentur *). *Phrenitis quid deinde sibi voluerit.*

a) BOER-

a) BOERHAAV. *De cogn. et curand. morb.* §. 771. [...] WIG. *Instit. Med. Clinic. P. I. cap.* 2. *sect.* 1. §. 288. [...] RIN. *Method. medend. febr. cap.* 2. *de phrenitid.* p. [...]
b) Vid. GALEN. *in praedictión. l.* 1. *text.* 38. RIVER. [...] *Med. l.* 1. *cap. XI. de phrenitid.* NIC. PISO *de morb. et curand. l.* 1. *cap. X.* FERNEL. *Patholog. l. V.* ca[...] LOMM. *Medic. observ. l.* 2. *p.* 66. et alii bene multi.

*) Qui phrenitidem esse docuerunt membranarum [...] rebri inflammationem, distinguendamque idcirco a [...] bri ipsius inflammatione, fortasse ita senserunt, quod [...] derent illas sensu exquisito pollere, hoc vero nequaq[...] Inter eos, qui hujusmodi sententiam tulerunt, mere[...] primum locum BAGLIVIVS, FRID. HOFFMANNVS, [...] LINIVS, et demum SAVVAGESIVS, qui propterea [...] inflammationem peculiari *cephalitidis* nomine don[...] a *phrenitide*, siue meningum inflammatione eam sejun[...] ret, distingueretque. Sed fallaci opinione decepti [...] fecto videntur; nam Hallerianorum periclitationes, et [...] nicae obseruationes euicerunt, rem contrario modo se [...] bere, nimirum sensu meninges carere, non vero ce[...] brum. Compertissimum praeterea est, in phrenitide i[...] quando ab inflammatione pendet, non solum menin[...] inflammari, sed etiam cerebrum saepissime. Nec [...] sane fieri potest, cum summa vicinitate, et comm[...] tione nectantur. Neque reticeri licet, phrenitidem [...] dum, id est ferox, et audax cum febre delirium, o[...] uatam, illaesis omnino meningibus, quemadmodum [...] sectis cadaueribus patuit. Qua de re videatur e[...] CARRERIVS in Tractatu *Des Maladies inflammatoires* [...] *sect.* 1. *chap.* 1. *et* 2.

§. CLXXXVI.

Phrenitides etiam tacitae, et non feroces.

Verum jam GALENVS in commentario ad illa HIPPOCRATIS verba: *tremulae, obscurae despiratiae, et vbi aegri continuo quasi attrectando aliquid palpant, valde phreniticae a)*: palam erroris eos damnauit, qui phreniticum crederent esse neminem, nisi exsiliret e lecto furens, et vociferaretur, impetumque faceret. Taciturnas autem ejusmodi mentis emotiones in phreniticis, vt supra (§. CLXXXIV. ostensum est, ante GALENVM ipsum CORNELIV[S]

LSVS commemorauit. Noſtra vero aetate idem ne ceteris praeſtitit Cl. SWIETENIVS, vtpote non ſolum eas ex Hippocraticis monumentis *b*) promtas, verum etiam a ſemet ipſo viſas recen- atque hiſce omnibus adductam GALENI ſenten- m *c*) confirmat.

a) *Praedict. l.* 1. *text. citat.* *b*) *Coac. n.* 68. *c*) *Com. in Boerhaav. aphoriſm.* §. 770. *et* 771.

§. CLXXXVII.

Praeterea illud accedit contra eos, qui phreniti- ab inflammatione meningum repetunt, quod pe conſtitit ex anatomicis obſeruationibus WIL- SII, MORGAGNII, CARRERII, aliorumque pro- ctorum non indiligentium, non modo meninges, d etiam *a*) cerebrum ipſum inflammatum appa- iſſe, quin tamen vllum delirium, nedum ferox, vehemens ſubſecutum *b*) ſit. Id praeſertim in acelismo cerebri (§. CLXVIII.) perſaepe manife- ſimum eſt. Imo ab eiſdem obſeruatoribus certo ncitur, frequentius cum meningum, et cerebri ammatione ſoporoſos copulari affectus, atque o lenes potius, et tacitas deſipientias, quam fe- x, et audax delirium. *Phrenitis non a ſola inflammatione meningum.*

a) CARRER. *l. c. P.* 3. *ſect.* 1. *chap.* 1. *p.* 312. *b*) BONET. *ſepulchret. anatom. l.* 1. *ſect. VIII. obſ.* 1. 13. 16. *et* MORGAGN. *l. c. epiſt. VII. N.* 2. 6. 9. 11. 13. 15.

§. CLXXXVIII.

Demum quamuis in diſſectis phreniticorum cadaueribus graues illarum partium (§. CLXXXVII.) inflammationes *a*), ſuppurationes, corruptiones, ut abſceſſus interdum inuentae fuerint *b*), ſic vt de phrenitidem originem habuiſſe negari nequeat: attamen ſine vera etiam inflammatione delirium ferox, continuum, et febre acuta ſtipatum, quale *In phreniticorum cadaueribus reperta.*

quale nempe volunt phreniticum, ab aliis fa[illegible] caussis plane diuersis, dissimilibusque natum e[illegible] spicia pariter ostenderunt, vt nullum dubium [illegible] de re superesse possit. Nam in phreniticorum [illegible] pite alias sola gelatinosa, siue mucosa mate[illegible] concreta nimirum lympha interstitiis vasorum [illegible] matris intercepta, atque aliqua seri effusi porti[illegible] exhibuit *c*); alias paucum serum sub meningi[illegible] et concretiones polyposae, albae, durae, exiles [illegible] singulis durae matris sinibus *d*), aut serum mu[illegible] sum, aut subrubrum inter meninges, aut intra ve[illegible] triculos dispersum *e*); alias in plexibus choroidibus hydatides non paruae *f*), et non raro in ipso cerebri medulla complura vasa conspicua, nulla vero [illegible] ejus cortice; interdum etiam tumores, fungosae excrescentiae, pustulae in summa meninge dura, osseae in ea concretiones, et tandem membranarum, et cerebri ariditas *g*) magna.

a) MORG. epist. cit. n. 13. et alibi; vbi etiam mi[illegible] vasa praeter modum sanguine turgida in meningibus, [illegible] que in cerebro reperta dicuntur. *b*) *Id. ib. n.* 2. BO[illegible] *l. c. obs.* 3. 4. 5. 7. *etc.* ELLER. *obseru. de cogn. et cur. morb. sect. VII. mihi p.* 128. LIEVTAVD. *Precis de Med. malad. intern. de la Tête l.* 1. *p.* 209. LANZONI *Eph. N. C. Dec.* 3. *an.* 9. *obs.* 113. MOEGLING. *ib. cent.* VI. *obs.* [illegible] TISSOT *Avis au Peupl. chap. X. p.* 183. 184. MORGAGN. *l. c. Ep. VII. n.* 7. 13. *et alibi.* *c*) MORGAGN. *ib. n.* [illegible] *d*) *Id. ib. n.* 11. 13. *e*) *Id. ib.* *f*) *Id. ib.* *g*) LIEUTAVD *l. c.*

§. CLXXXIX.

Multiplex phrenitidis caussa.

Ex quibus patere arbitror, phrenitidem in qui[illegible] busdam tantummodo fieri a cerebri, in aliis a me[illegible] ningum, aut vtriusque loci inflammatione, aut c[illegible] te a quadam vasorum sanguiferorum distentione [illegible] quae tamen tanta non sit, vt cerebrum valde pr[illegible] mat, sed irritet solum, et commoueat; in aliis ver[illegible]

ffusa lympha, aut sero, sed acri, et mordaci, salso, aut a mucosa pituita in cellulosum tex- exsudante, aut a polyposis concretionibus si- venosos obstruentibus, humorumque refluxum rdantibus, aut ab reliquis caussis paullo ante CLXXXVIII.) recensitis, aut a pluribus earum conspirantibus **).

Mirabitur, et quidem non injuria, quispiam ab vna emque caussa, inflammatione videlicet meningum, et bri modo *sphacelismum* (§. CLXXV.), modo sopo- affectus (§. CXL.), modo delirium ferox, et audax, do placidum, et taciturnum, siue vtramque phreniti- (§§. CLXXXV. CLXXXVI.), dissimiles adeo morbos, do etiam delirium nullum proficisci. Si caussam is erat, hanc in loci affecti diuersitate, in vario inflam- tionis gradu, variaque ejusdem agendi ratione, ac po- tia sitam esse, verisimillimum reputarem. Quando enim ammatio cerebri medullam, quae idearum, et cogita- num sedes perhibetur, siue proxime, siue remote ma- irritat, agitatque, quam comprimit, idque sine vlla re- one, aut intermissione fit, delirium ferox, perpetuum gat necesse est; siue *phrenitis* ex sententia recentio- Contra si irritatio inaequaliter, remissiusque eam it, tunc *phrenitis* quidem, sed *spuria*; delirium nem- ec perpetuum, nec ferox, sed interruptum, et placi- Si vero ad medullam non propagetur, nullum de- consequitur. Quod si inflammationis ea sit vehe- ia, vt cerebri medullam vrgeat, sensusque interiores i obruat, en *soporosos affectus*. Cum vero cerebel- , et medulla oblongata, et spinalis praecipue irriten- , dum cerebri interiora potius comprimuntur, cumque guinis ea sit conditio, qua ad corruptionem et sphace- inclinet, facile euenit, vt anxietas, inquies, jactatio, simul sensuum stupor, aphonia, atque alia, quae in celismo cerebri fieri diximus, consocientur.

**) Varias esse phrenitidis caussas etiam Cl. STOLLIVS it, idque comprobat compluribus phreniticorum ana- cis sectionibus. Vid. ejus *Ratio medend. in Nosoc. ic. Vindobon. P. 3. sect. 3. Dissert. de causs. et sed.* *it. p.* 175.

§. CXC.

§. CXC.

Quomodo a tam diuersis caussis delirium efficiatur.

Cum igitur tam variae, et multae phrenitici lirii caussae videantur esse, pro varia videlicet guinis, et reliquorum humorum congestione, rata natura, aut motu, pro varia affecti cerebri te, et ratione, aut mala ejusdem, et meningum stitutione; necessario sequitur, vt non vna cere aut meningum inflammatio phrenitidis effect habenda sit. Illarum vero omnium, quaecum demum fuerint, vis, atque actio eo spectat, vt guinis motum vel retardando, vel intercipiend vel incitando, vel vasa cerebri, meningumque ob struendo, replendo, irritando, distrahendo sic cerebrum ipsum intime exagitent, acriterque afficiant, vt inordinati, et plus minus vehementes in medullaribus ejus fibris motus (vnde etiam *neruorum* appensorum vis intendatur) suscitentur, et quaeda idearum veluti monstra mentem, rationemque sub vertentia, et deprauantia enascantur. Qui motus si valde increscant, motus etiam conuulsiui totius corporis insequuntur.

§. CXCI.

Phrenitis ergo duplici modo spectari potest, nempe vel ex parte caussarum, vel ex parte singularium ejus symptomatum. Atqui caussae adeo obscurae plerumque sunt, incertae, multiplicesque, vt minime planum, expeditumque sit ex his certam veramque ejus naturam attingere. Quare consultius judico, quod etiam aliis in morbis tenendum esset, eam per peculiares, et proprias affectiones, quae sensibus obuiae sunt, describere, et repraesentare nulla videlicet caussae, quae dubia, aut fictitia possit, facta mentione. Esto igitur phrenitis de-

Definitio phrenitidis.

rium continuum, vniuersale, plerumque audax, et ferox cum febre acuta *) *conjunctum.*

*) Si

*) Similem huic definitionem praetulerunt aliis CARRERIVS, et SWIETENIVS. Posita hujusmodi definitione, quae naturae magis consona videtur, reliquum est, vt corruant eorum definitiones, qui *phrenitidem* dixerunt *delirium vehemens*, *et furiosum ex inflammatione meningum*, *cerebrique ortum*, aliaeque ejusdem generis. Neque firmiori nixi fundamento fortasse videbitur illa, quam tradidit VOGELIVS, phrenitidem in vniuersum appellans eam febrem malignam, in qua constans insania cernitur. Nam hac ratione excluditur phrenitis, quam meningum, et cerebri inflammatio simplex, aliaeque caussae malignitatis minime participes efficiunt, quamque certae obseruationes possibilem commonstrarunt, vt supra dictum est.

§. CXCII.

Huic viam quodammodo praeparant, occasionemque porrigunt aetas juuenilis; temperamentum sanguineum, aut cholericum; regio, et tempestas praeferuida; liquores fermentati, spiritusque ardentes; vigiliae protractae; vehementiores animi affectus; curae, et studia intensiora; alimenta, et medicamenta acria ingesta; haemorrhagiae narium, aut cujusque alius consuetae excretionis retentio; inflammatoria diathesis; serosa colluuies; iners, lentus acerque humor; putrida, et biliosa cacochylia; dyscrasia scorbutica; sanguinis dissolutio putris, altiusque in cerebri penitiora adyta penetrans; metastasis anginae, pleuritidis, peripneumoniae, variolarum, morbillorum, miliarium, aut petechialium exanthematum, arthritidis, podagrae, erysipelatis, lochiorum, lactis in puerperis, in primis non lactantibus, scabiei, aliorumque ab acri lympha morborum; miasma epidemicum; febris acuta, vehemens, ardens, maligna, petechialis, miliaris, lenta neruosa, et perniciosa quaeuis; dolores capitis atrociores; frigida nimis, aut nimis calida capiti imposita; ictus, contusio, vulnus, cranii fracturae; et demum morsus venenati, imo ve- *Caussae proëgumenae, et procatarcticae.*

 nena

nena quaedam, vti belladonna, fiue folanum furiofum, hyofcyamus, ftramonium, cicuta aquatica, et reliqua.

§. CXCIII.

Infolatio frequens phrenitidis cauffa.

His (§. CXCII.) tamquam frequentiffimam phrenitidis euidentem cauffam adjungunt plerique, fed in primis Cl. TISSOTIVS *a*), incautam infolationem, potiffimum verno, atque aeftiuo tempore. Radiis enim folaribus, quibus caput diutius objectum fuerit, vafa primum dilatantur, cruor rarefcit, atque ebullit, in aliena fpatia irrumpit, ignea materies in motum cietur, fortaffe aër infitus, et coërcitus exfoluitur, et elafticam formam acquirit, liquidiffima deinde exhalant, ac difflantur, reliqua denfantur, ficcefcunt, acria redduntur; hinc magna in vafis aeftuatio, tenfio, irritatio; vno verbo ea cuncta fiunt, quae fanguini in ἐγκέφαλον *) valentius provocando, atque congeftioni inflammatoriae inducendae aptiffima vniuerfim habentur.

* *Encephalon.*

a) *Avis au Peupl. T. I. chap. X. Du coup de foleil.*

§. CXCIV.

Differentia ex fcriptorum placitis.

Communiter phrenitis diuidi folet in *primariam*, et *fecundariam*. Primaria dicitur illa, in qua cerebrum primario afficitur, febrifque eodem tempore, aut paullo poft accedit: fecundaria, in qua cerebrum quidem laborat, non tamen primario, atque ab ipfo initio, fed fecundario, fiue morbi progreffu; veluti quando aliis morbis acutis, aut febribus fuperuenit. Febris in hac vel jam antea vt primarius morbus aderat, vel vt comitans aliunde orta cum ipfa complicatur, vel etiam vt fymptoma adjungitur. Interdum haec phrenitis appellatur *fymptomatica*, quando nimirum alterius morbi adhuc praefentis, vti febris acutae, malignae, aut epidemicae,

demicae, pleuritidis, peripneumoniae, variolarum, morbillorum, ilei etc. ſymptoma eſt. Nolim tamen, vt ſecundaria, et ſymptomatica, in quibus cerebrum idiopathice affectum ponimus, confundantur cum illo delirii genere, quod a cauſſa alibi exiſtente, cerebrumque ſympathice tantummodo perturbante excitatur, quodque, ea remota, illico ceſſat; nam id potius ad *paraphrenitidem* *) attinere videtur, vt deinceps exponam. Rurſus *primaria* plerisque eadem eſt cum phrenitide vera; *ſecundaria* vero cum ſymptomatica. At ex aliorum ſententia *phrenitis vera* ea haberi conſueuit, quam inflammatio meningum, et cerebri parit; *ſpuria*, quam aliae cauſſae, cerebro tamen, ejuſque tunicis inhaerentes. Verum quaeri adhuc poteſt, *vera*ne phrenitis ab aliis etiam cauſſis, quam ab inflammatione, quandoque exſtiterit.

*) Non paucae phrenitides a Cl. STOLLIO (l. c.) deſcriptae verius ad paraphrenitidem ſpectant.

§. CXCV.

Quare in hac diſcrepantium ſententiarum varietate, vt omnis evitetur altercationis occaſio, rectius fortaſſe *phrenitis vera* dicetur ea, in qua delirium perpetuum, audax, ferox, garrulumque cum febre acuta excandeſcit: contra *ſpuria*, in qua delirium neque adeo continuum, neque audax, ſed placidum, aut taciturnum eſt, neque febris adeo vrget. Vtramque ſiue veram, ſiue ſpuriam, tum primariam, tum ſecundariam in medentium commodum, ratione a cauſſis ducta, diſtingui licet in *ſanguineam*, in *ſeroſam*, in *mixtam*, in *metaſtaticam*, in *purulentam*, et ſic porro. Rurſus *ſanguineam* praeſtat ſubdiuidere in *phlegmonodem*, et in *eryſipelatodem*. Nec abſonum eſt, *ſeroſam* quoque in duas tribuere, alteram videlicet a viſcido, craſſo, ac mucoſo humore vaſa cerebri,

Quae vera nobis, quae ſpuria phrenitis.

Subdiuiſio in ſanguineam, ſeroſam, mixtam, metaſtaticam, purulentam.

Sanguinea duplex.

Duplex etiam ſeroſa.

cerebri, meningumque hinc illinc obſtruente, alteram a lympha tenuiori, et magis acritate, quam ſpiſſitudine peccanti, atque alienis, noxiiſque recrementis infecta, cerebrum, meningeſque irritante progenitam. Atque ad haſce differentias vniuerſae fere cauſſae phrenitidis commode perſtringi poſſe videntur. Ad eas igitur Medicus animum advertat neceſſe eſt, ſi ſecundum rationalis medicinae praecepta ſuis aegris opitulari velit.

§. CXCVI.

Diſtinguitur a phrenitide delirium febrile, quod in acceſſionibus intermittentium fit.

Scire etiam magni intereſt, diuerſum eſſe a phrenitide delirium illud, quod vehementiores intermittentium febrium acceſſiones comitatur, quodque tum ſolum ingruit, atque manifeſtatur, quando febris exacerbatur, atque increſcit; remittit vero, et ceſſat, quando febris inclinat, et decedit. Hanc delirii ſpeciem alii *delirium febrile*, alii, vti LOMMIVS, *paraphreneſin*, alii ſimpliciter, vti CARRERIVS, *paraphroſynen*, id eſt delirium, vocant. Differt enim a phrenitide, quod intermiſſionem habeat, et per circuitus redeat, dum contra in phrenitide ex ſuperioribus cognouimus perpetuam eſſe deſipientiam, et minime interruptam. Qua demum ratione a phrenitide diſcernantur paraphrenitis, mania, melancholia, aliaeque inſaniae, patebit ex iis, quae infra tradentur.

Diagnoſis.

§. CXCVII.

Signa phrenitidis ſpeciatim ſanguineae.

Phrenitidem *ſanguineam* (§. CXCVI.) antecedunt vigiliae continuae, acutus capitis dolor, et calor ingens, quaedamque inſolita ad iram, furoremque animi procliuitas, imo interdum ipſa mania. Ad haec accedit febris acuta, et vehemens; pulſatio arteria-

arteriarum in vniuerſo capite valde moleſta, in primis temporalium; oculorum inſueta mobilitas; eorum, et faciei totius rubor, tumor, ac toruus adſpectus; mentis perturbatio ſubita, aut ſenſim oborta, plerumque in ſomno incipiens, deinde perpetuus ejus error, modo cum audacia, et furore, modo ſine his; rerum, etiam praeſentium, obliuio facilis; pulſus frequens, velox, ab initio ſaepe magnus, poſtea paruus, inaequalis, contractus, valde tamen durus, et chordae inſtar tenſae renitens; reſpiratio magna, et rara, aut inaequalis; oris, et linguae ſiccitas, atque aſperitudo; nullus plerumque ſitis ſenſus, tametſi valde lingua, et fauces areſcant; vrina pauca, flammea, modo tenuis, et aquea, *modo* turbida; nullus ſomnus, aut ſi quis obrepat, interruptus, et ſpectris, ſomniiſque perturbatus.

§. CXCVIII.

Cauſſae etiam, quae morbo occaſionem dedere, plurimum ejus naturam illuſtrant. Diſpiciendum igitur eſt, vtrum eae fuerint tales, quae ſanguini accumulando inflammationique exſuſcitandae idoneae cenſentur; temperamentum an ſanguineum, aetas, habitus corporis, vitae ratio reſpondeant; an euacuationes ſanguineae defecerint; an metaſtaſis inflammationis alicujus partis praeceſſerit? Iſta enim probe indagata judicium de phrenitide ſanguinea, atque inflammatoria multo probabilius efficient. Si ſimul ſoporoſa affectio, aut potius coma vigil concurrat, tumeatque facies, et collum, ſanguis e vena miſſus denſior ſit, ſpiſſior, et tenaci alba cruſta, quam dicunt pleuriticam, tectus, *phrenitidem phlegmonodem* indicabunt. Si vero vigiliae magis, quam ſomnus; furor, quam taciturnitas; dolor capitis lancinans magis, quam pulſans; flaueſcens cutis color potius, quam ruber; ſanguis detractus tenuis,

Quibus notis confirmetur diagnoſis.

Signa ſanguineae phlegmonodis.

Signa ſanguineae eryſipelatodis.

nuis, rutilus, flauo sero innatans, temperamentum cholericum; aestiuum tempus; febres biliosae, ardentes, putridae stationariae fuerint; conjecturam ex his facere licebit, *phrenitidem erysipelatodem esse*.

§. CXCIX.

Secundariae et symptomaticae. Similia superioribus (§. CXCVII.), sed plerumque minus vehementia eueniunt, vbi *phrenitis secundaria* est, alteriusque morbi symptoma: multo etiam mitiora, si *serosa* potius fuerit; *Serosae vtriusque.* quae praesertim ex temperamento phlegmatico, habitu pituitoso, aetate puerili, aut senili, victu humido, regione palustri, vita deside, vultu decolore, pulsu molli, exiguo ad frontem calore, non magna temporalium arteriarum pulsatione, minore tum linguae, tum faucium ariditate, aliisque, quae supra (§. CIL) notauimus, apparebit. Grauitatis potius, quam acuti doloris sensus, major ad somnum procliuitas *lentorem;* punctionis perceptio, atque agrypnia *acritatem* et *tenuitatem* seri, et lymphae patefaciunt; vt nihil memorem antecedentia, ex quibus maximum lumen affulgebit. *Mixtae ex vtraque.* *Mixtam* ex vtraque caussa, sanguinea nimirum, et serosa, significabunt notae vtriusque propriae vna consociatae. Sola anamnesis *metastaticam*, *Metastaticae.* aut *purulentam* indicabit. Rariores vero, occultioresque ejus alias caussas (§§. CLXXXVIII. CLXXXIX.) ex prima morbi origine sedulo indagata, peculiarique, atque insueto symptomatum genere diuinare oportebit. Sed arduum sane opus hoc est, et perspicacissimum, solertissimumque inuestigatorem requirit.

§. CC.

Signa quaedam cuilibet phrenitidi prope communia. Ceterum cuicunque phrenitidi commune est multa sine sensu, atque ordine effutire, ridere, plorare, irasci, prosilire, et fugam tentare; ingrauescente deinde

deinde malo manibus tremere, floccos carpere, festucas colligere, muſcas venari, ſtragula complicare, dentibus ſtridere, et demum in ſoporem, vel *carum* ſumma cum virium, et pulſuum imbecillitate delabi, vel neruorum diſtentione corripi, morte paullo poſt tragoediam claudente.

Prognoſis.

§. CCI.

Signa exitii futuri.

Hoc genus dementiae eſt longe acutiſſimum, quippe quod intra breuiſſimum tempus enecare ſolet. Apud Aegyptios ſaepe intra paucas horas, vt refert PROSPER ALPINVS *a*), homines perdit. Narrat enim phreniticos ſe complures vidiſſe, qui tribus, quatuorue horis perierint; contra quam GALENO contigit *b*) obſeruare. Vt plurimum tamen intra tres, quatuor, aut ſeptem dies occidit. Id autem futurum prope declarant continua tum inſania, tum vigilia; aluus, atque vrina pertinaciter compreſſa, aut hujus color albidus ex ſaturata, aut tenuitas ex craſſa quae erat, ſubito accedens; deglutiendi difficultas, aut impotentia ſine vllo interiorum faucium viſibili vitio; aut gutturis, cervicisque ſine tumore dolor; difficilis crurum extenſio; ſyncope, aut neruorum diſtentio.

a) *Medic. Aegypt. l.* 1. *cap.* 13. *p.* 23. *b*) *In l.* 3. *epidem.*

§. CCII.

Alia ſigna exitii impendentis.

Exitioſum quoque eſt, ſudorem frigidum ſupervenire, extrema perfrigerari, et non recaleſcere, aut delirium in lethargum, aut ſoporem ſine bona cauſſa commutari. Gangraenae enim, aut abſceſſus, aut infarctus ad ſummum perducti indicium eſt. Idque certius fiet, ſi febris ſe remittere viſa ſit, ſi

vomitu aeruginofa exprimantur, faciem pallor occupet, pulfus langueant, inaequaliterque fubfiliant, et mentis aliqua, licet breuis, quemadmodum paullo ante mortem interdum accidit, redeat tranquillitas.

§. CCIII.

Signa mala ftillae fanguinis, vrina cruda, aut nigricans.

Male praeterea ominantur fanguis e naribus prodire nitentis exiguae, et paucae ftillae, itemque vrina femper aquofa, et tenuis, aut poft quaedam coctionis indicia in crudam, et percolatam conuerfa, aut ἐναιώρημα *) nigrum exhibens. Quorum alterum morbidae ad caput materiae translationem; alterum humorum corruptionem, et quafi necrofin indicat. Nulla, aut plane exigua fpes relinquitur in phrenitide ex metaftafi orta, aut labantibus jam viribus, longoque morbo exhauftis fuperveniens. Hinc fortaffe eft, cur metuenda magis ea cenfeatur a PLATNERO, quae paullatim ingruit, infurgitque, quam quae repente adoritur; quamquam vtraque periculi plena nobis videatur. Generatim delirium cum rifu difcriminis minus habere creditur, quam illud, quod cum moerore, anxietate, filentio, aut metu eft.

*Enaeorema.

§. CCIV.

Signa boni exitus.

Quando vero leuiori gradu morbus incedit, et mature medicina ei adhibetur, non raro foluitur narium haemorrhagia, vel fudore multo, calido, vndique manante, vel alui fluxu, vel haemorrhoidibus, vel catameniis, vel varicibus in cruribus reclufis, vel aliqua alia euacuatione, cujus vtilitatem oftendit mitigatio fymptomatum, et functionum omnium fucceffiua redintegratio. Pus interdum per aures, aut alia loca cum falutis fpe effluere vifum eft; quod tamen rariffime vfu venit. Bonum infuper effe confueuit, multam aquam ex ore, aut naribus

aribus ferri, aut aures diebus criticis, et ſignis co-
ionis apparentibus obſurdeſcere, aut pectus, aut
tus doloribus corripi cum capitis leuamine. Nam
interioribus ad exteriora mali vim transferri,
idicium eſt.

§. CCV.

Poſt deuictam febrim non rarum eſt aliquamdiu adhuc delirium produci; imo interdum in *maniam* at *amauroſin* deſinere, quando nimirum, vt aliqui explicant, vaſa cerebri dilatata, atque oppleta, poſtquam febris ceſſauerit, nequeunt ſe a materia obruente expedire, ſed cum eadem veluti concreſcunt, intercipiuntque ſanguinis, aliorumque humorum circuitum; aut quando materies morbida ab interioribus cerebri ſedibus ad neruos opticos, aut acuſticos transfertur; vel demum quando (id quod etiam probabile eſt) intima cerebri medullaris ſtructura ſic labefactata eſt, vt ad priſtinam vbi-ae integritatem reſtitui amplius non poſſit. *Maniam*, et *fatuitatem* perpetuam relinqui ſaepiſſime a phrenitide, in quam puerperae ex lochiis retentis incidunt, auctor eſt SWIETENIVS *a*). Ego ipſe mentis imbecillitatem ex hac cauſſa profectam videre mihi adhuc juueni contigit in venuſta, alioquin ſana, optimique habitus, et temperamenti muliere, quam lochia ob adſpectum infantis mortui improuide eidem objecti compreſſa phreniticam reddiderant.

Varia morborum ſucceſſio.

a) *Comment. in* BOERHAAV. §. 774. *pag.* mihi 149.

Curatio.

§. CCVI.

Phrenitidi *phlegmonodi* (§§. CXCV. CXCVIII.), praeſertim primariae, ea omnia conueniunt, quae ceteris inflammationibus, in primis largiſſimae ſan-

 guinis

guinis miſſiones e venis brachii, pedis, colli, frontis. Nec temporali arteriae parcendum quandoque eſt, a cujus ſectione ſaepe plurimum b... exſpectari licet *). Haemorrhoides quoque hirudinibus pro re nata aperiri debent: nam raro ea... fluxum fallere, et ſaepe delirium ſanguine ex ... ſtillante compeſci, multorum, et praeſertim SWIETENII auctoritate atque experientia compertum comprobatumque eſt *a*). Narium item haemorrhagia, aut hirudinum ope, aut ſtilo immiſſo, ... alia idonea ratione prolecta plurimum conferre viſa eſt. Imo pone aures hirudines apponi ... liſſime ſolent, tantique eas facit FR. CASIMIRVS MEDICVS *b*), vt nullam in phrenitide ſecundaria, morbis acutis videlicet accedente, ſanguinis detractionem putet ea praeſtantiorem, quae fit ... hirudinibus pone aures admotis.

*) Cl. SIMSIVS plus in libra ſanguinis ex arteria temporali educti confidit ad curandam phrenitidem, quam ... triginta vnciis e vena quacunque emiſſis. Vidit ... ciis decem, vel duodecim ſanguinis ſic extracti ... delirium, ferocem, minacemque intuitum, atque ... rum ruborem ſublatum, et ſomnum tranquillum ... quutum, a quo aeger experrectus omni periculo vacabat. *Malad. epid. p.* 12.

a) *In* BOERHAAV. §. 702. *b*) *Collect. Obſerv. Med. Pract. T.* 2. *p.* 469.

§. CCVII.

Antiphlogiſtica. Pedum balnea. Enemata. Eccoprotica. Aegri poſitus quinam. Inſuper dari intrinſecus debent antiphlogiſtica, potuſque largior, qui diluat, et temperet, et nimiam cordis, atque arteriarum irritabilitatem inhibeat; manus, et pedes in calidam demergi; in alvum ... jici enemata, quae laxent, et refrigerent; eccoproticis inteſtinorum excretio ſolicitari, vt reuulſio fiat; capiti deraſo imponi ea, quae humectent, molliant, auocent, aeſtum coërceant, aut leniter reprimant.

Regimen. Praeſtat quoque aegrotantem erect... ...ite ...

ere, interdum residere, aërem frigidiusculum capere, leuiter tegi, a luce prohiberi, ad silentium, quietemque componi. Fracto jam vero febris impetu, resolutaque ferme inflammatione, si nimia sensibilitas, atque neruorum *ataxia* videatur adhuc delirium, vigiliasque protrahere, hypnoticis, vel opio ipso, refracta tamen, et cauta dosi vti, interdum innocuum non modo est, sed vtile, ac necessarium. *Hypnotica quando.*

§. CCVIII.

Cum vero satis jam sanguinis detractum videtur, vel vires largiori euacuationi ferendae impares sunt; et nihilominus delirium, et cetera inflammationis effecta in eodem gradu persistunt, nec mitigantur: tunc optimum, tutissimumque praesidium est, cucurbitulas, nisi prius adhibitae fuerint, occipiti, pone aures, dorso, aut cruribus, incisa profundius cute defigere, aut hirudines locis jam alibi saepius indicatis, aut epispastica plantis pedum, crurumque suris admouere. Hodie non pauci capillatam capitis partem, resectis crinibus, emplastro, quod vesicas excitet, ex cantharidibus tegendam jubent, euentu felici pluries obtento confisi. Sed caute id fieri debet, tumque in primis, vt mihi videtur, cum sopor, et stupor delirio adjungitur, et quodammodo vrgentior est, neque temperamentum, aut habitus corporis, neque nimia neruorum sensibilitas, siue peculiaris ad spasmos procliuitas aduersantur. In his enim casibus conuenientius est reuellentibus mitioribus, veluti cucurbitulis siccis, fricationibus, sinapismis, et balneis pedum, et crurum vti, eoque libentius, quod BAGLIVIUS a) in phrenitide inflammatoria vesicantia plus nocere, quam prodesse arbitratur. *Cucurbitulae.* *Hirudines.* *Vesicans capiti deraso.* *Reuellentia mitiora.*

a) *Praefat. de fibr. motric. et l.* 1. *cap.* 6. Vid. *Comment. de reb. in Med. et Scient. nat. gest. Vol.* 2. *p.* 400.

§. CCIX.

§. CCIX.

Sanguinis missio in cura erysipelatodis. In phrenitide porro, quam *erysipelatodem* (§. CXCVIII.) nominauimus, sanguis mittendus vti est, sed non vrgenda valde, vti in phlegmon ejus profusio. Minori igitur copia, nec plur extrahere eum licet, quod inde delirium inualesc re, conuulsionesque acciri, saepe *) obseruatum Id in primis in quibusdam aëris constitutionib febribusque epidemicis malignis, aut putridis, it que in febribus nosocomicis non raro euenit. I interdum satis erit per cucurbitulas, aut hirudine missionem ejus moliri, aliaque adhibere, quae ca- *Alui ductio.* pite quam lenissime reuellunt. Vtilissimum ver est aluum tum enematibus, tum cremore tartari, aut sero lactis, cui tamarindi incocti fuerint, sub- *Refrigerantia.* ducere; feruorem sanguinis subacidis succis vege tabilium, aut vbi valentius agendum est, spiritib vitrioli, sulphuris, aut nitri restinguere; acritudi nem biliosam, atque *alkalescentem* diluere, demulce re, corrigere non solum illis, verum etiam potu largo, farinaceo, acescente, frigido, et si aetas, tem peramentum, tempestas, regio, aut aegri assuetudo *Quae capiti imponenda.* consentiat, etiam niuato. Caput, si unquam, hic certe deradi, atque aceto aqua diluto, siue posca frigide, aut egelide tantum, perfundi, et foueri, pedibus interim in calidam demissis, aut pannis la neis ex calida expressis inuolutis, necesse omnino

Simsii obseruatio. *) Fortasse ad hanc speciem spectabat ea phrenitis venae sectio, referente SIMSIO (*Malad. epid.* p. 13.) res prosternebat, et mortem post horam afferebat; p vero lanei ex calida expressi, et pedibus circumducti mopere, aduocato sudore leni, profuerunt. Hisce p niticis oculi erant rubri, inflammati, et furentes, lin sicca, cutis ardens, delirium magnum, pulsus duriss Moriebantur plerique die tertio. Qui diem quartum perabant, seruabantur, atque euadebant. Abusus liq rum calefacientium, et frigus susceptum morbo occa nem praebebant. Tempus autem erat vernum.

§. CCX.

§. CCX.

Nec valde ab hac curationis methodo (§. CCVIII. IX.) discrepare debet ea, quae phrenitidi *sympto-ticae*, aut *secundariae* (§. CXCIV.) adhibenda est. [...]osae vero pro diuersa caussae natura (§. CXCV.) [...]do volatilia remedia, et vesicatoria, et quae acrius [...]tant, reuelluntque, accommodantur; modo ab [...] abstinendum est, et potius acritas diluentibus, [...]perantibus, et diaphoreticis oppugnanda. Ex [...]oque vero genere curationis, quod sanguinea, serosa postulant, componi debet ea, qua *mixtae* [...] CXCIX.) occurrendum est. Generatim autem, *spuria* fuerit, opus est non iteratis adeo sanguinis [...]issionibus, nec tanto antiphlogisticorum appa-[...]tu, aut certe pro caussarum, vnde fit, varia ra-[...]one alia, atque alia curatio requiritur. Delirium [...]ero, quod in febrium augmento incidit, iis discu-[...]tur, quae febrem ipsam tollunt. Illud autem, [...]od a saburra primarum viarum fouetur, emetica, cathartica exigit, nec sanguinis eget missione, [...]pote quae noxia omnino *a*) foret.

Quae curatio symptomaticae et serosae?

Quae mixtae?

Febrili?

Sympathicae ex saburra gastrica.

a) BOERHAAV. *et* SWIETEN. §§. 85. 620. 701. 702.

§. CCXI.

Aëris etiam, in quo aeger versatur, temperies ad [...]gidam, humidamque inclinet, oportet; nec alio [...], quam tenuissimo vtendum victu. Retuso de-[...] et febris, et phrenitidis impetu, si leue deli-[...], aut coma, aut alia cerebri affectio adhuc per-[...], viresque sint imbecillae, non amplius san-[...]inis missione, aut purgatione corpus vexandum, [...]quiete, exspectatione, et blando potius cibo ab-[...]dum est reliquum *a*) curationis.

Diaeta.

a) SWIETEN. *l. c.*

PARA-

PARAPHRENITIS.

§. CCXII.

Quotuplex paraphrenitis?

Nunc ad *paraphrenitidem* me conuertam. H vox non vno apud omnes sensu vsurpatur, sed aliis laxius, ab aliis pressius. Illi voce hac comp hendunt quodcumque delirium cum febre, qu ab aliqua viscerum siue pectoris, siue abdominis i flammatione sympathice infertur. *Paraphreniti* autem hujus tot species constitui possunt, q morbi, quorum symptoma ea est. Huc a non lis deliria etiam referuntur, quae ab Otite, Paronychia extremi digitorum articuli, atque ve hementiore cujusuis partis dolore, et cruciatu neruorum consentientem vim pronascuntur. H pariter redigi possent eae desipientiae, quae febri bus acutis superueniunt, siue cerebrum idiopath ce, siue sympathice e vermibus, bile, sordibus p marum viarum compatiatur. Ex qua postrem caussa ita crebro desipere homines solent, vt HENRIC. RAHNIVS *a*) cum TISSOTIO putet, viginti deliriis tam acutis, quam chronicis, o cim hypochondriorum vitiis tribuenda esse; confirmat adductis in medium obseruation quibus ostenditur, cerebrum in illis labem pro habuisse *) nullam, quamquam non semper h modi apparens cerebri integritas certo sign delirium sympathicum fuisse. Sunt demu paraphrenitidis nomine illud delirium intel quod aliae caussae, quam inflammatio, cerebr sidentes pariunt, quodque *phrenitidem spuri* aliquibus dici, supra (§. CXCV.) significatum

a) *Comment. de reb. in scient. nat. et med. gest. XVIII. P. III.* p. 456.

*) Tot modis cerebrum laedi potest, tamque obs atque inconspicuis, vt, vbi in eo nulla labes oculi ctorum se ostendit, dubitari adhuc possit, an sympat

-ne, fuerit phrenitis. Non enim protinus cerebrum
-aesum licet pronunciari, atque aliunde delirium ortum,
-ndo in eo vitium patens, ac manifestum non detegitur.
-erum RAHNII, et TISSOTII sententiam confirmat suis
-eruationibus STOLLIVS, *Rat. medend.* T. 3.

§. CCXIII.

Quid stricte paraphrenitis Boerhaavianis.

Qui vero pressius paraphrenitidis vocabulo, et
-is proprie se vti dicunt, non aliud eam esse cum
-RHAAVIO contendunt, quam veram diaphra-
-tis inflammationem, quacum perpetuum deli-
-m conjungi, HIPPOCRATEM jam, et GALENVM
-uisse perhibent *a*). Diaphragma enim, cum
-de neruosum, spasmisque ob musculosam fabri-
-m maxime obnoxium habeatur, vbi inflammatio-
-m contraxerit, facile in consensionem adducere
-ebrum, atque ita commouere creditur, vt non
-is inde, et continua insania consequatur.

-) SWIETEN. *in* BOERH. §§. 907. 909.

§. CCXIV.

Delirium saepe abest ab inflammatione diaphragmatis.

-Negari quidem haud potest, mentem interdum
-phragmate inflammato, praesertim cum morbus
-uescit *a*), moueri, et desipere: sed illud quo-
-rtissimum est, sicut ex multorum fide, et se-
-m cadauerum indubia demonstratione *b*) con-
-, delirium ab inflammatione tam tendineae,
-a carnosae diaphragmatis partis persaepe ab-
-e; ac proinde non esse delirium hujusce morbi
-rium, atque inseparabile symptoma. Quod
-et ipsi non semel cadauerum sectionibus com-
-imus alias, sed praecipue non pridem in
-am viro, amico nostro, ex inflammatione con-
- diaphragmatis partis, quam herpeticus acer
-or retentus, illucque delatus conciuerat, intra
-os dies denato. Hunc perpetuus quidem sin-
-s, at nequaquam delirium vllum, ad vitae vs-
-extremum anxit, discruciauitque.

a) ETT-

a) ETTMVLL. oper. T. 2. p. 565. P. SALIVS de aff. partic. cap. 8. CARRER. oper. citat. sect. 2. chap. 6. p. 49
b) WILLIS De Anim. Brut. part. 2. cap. 10. MORGAGNI epist. anat. med. VII. n. 14. CARRER. l. c. MICHELE SA CONI Istor. ragionat. de' mali etc. P. I. p. 209.

Diagnosis.

§. CCXV.

Signa. Paraphrenitis primo loco (§. CCXII.) exposita, quoniam symptoma aliorum morborum fere est, ex horum praesentia, et comitatu dignosci debet. Quae vero diaphragmatis inflammationem subsequitur (§. CCXIII.), ea in primis ex respirationis laesione, et loci dolore *) innotescit, distinguiturque a phrenitide. Namque in phrenitide dolor pulsans caput afficit, in paraphrenitide diaphragmatica dolor acutus praecordia torquet, et costas spurias inter, et imas dorsi vertebras concluditur. In illa respiratio magna est, et rara, praesertim inter initia; in hac celeris, parua, inaequalis, dolorem adaugens. Praeterea dolent hypochondria, tenduntur sursum veluti retracta, abdomen inspiratione vix quidquam mouetur, adeo enim eam dolor cohibet; saepe anxietas, tussis sicca, singultas, atque alia, quae pleuritici patiuntur, hic quoque super adduntur.

*) Sed melius hoc innotescet, vt arbitror, in capite de Pulmonum inflammationibus, morbisque affinibus.

Prognosis et Curatio.

§. CCXVI.

Quocunque modo paraphrenitidis vox accipiatur, semper morbi grauitatem, et periculum aliquod portendit. Sed omnium dirissima, et maxime metuenda est, quam septi transuersi inflammatio efficit. Haec vti a caussis, quae pleuritidem mouent

ieri solet, eumdemque fere exitum habet, ac saepissima pleuritis; sic quoque curationem eamdem exigit, quae pleuritidi, ceterisque inflammationibus adhiberi consueuit.

MANIA ET MELANCHOLIA.

§. CCXVII.

Hactenus de deliriis, quae febris comitatur. Restat modo, vt ea, quae sine febre fiunt, breuissime explicentur. Primum venit Μανία *), quae communi omnium sententia definitur delirium sine febre, sed furiosum, et audax. Febris igitur defectu a *vera phrenitide* discriminatur. Attamen non infrequens est, *maniae* praesertim adultae, et confirmatae febrim tamquam epigenomenon superuenire. In hac autem insania plures simul ideae, et cogitationes perturbantur, et mentem exagitant cum aucto virium robore, audacia, furore: quo fit, vt longe differens videatur a Μελαγχολίᾳ *), in qua *uni, aut alteri ideae*, aut objecto *tantum mens pertinaciter adhaerens* hallucinatur aberratque *cum metu, et tristitia; in reliquis vero praeclare sana, et rationis optime compos.*

* *Mania.*

* *Melancholia.*

§. CCXVIII.

Ad melancholiam, tamquam ad genus, spectant Λυκανθρωπία *), et Κυνανθρωπία *), in quibus melancholici se lupos, aut canes putant, horumque animalium mores, viuendique rationem studiosissime imitari conantur. Neque hinc sejungenda est Νοσταλγία *), siue ingens moeror, et dolor, quo quis conficitur, dum a patria inuitus abesse cogitur, summoque desiderio ad suos redeundi vnice tenetur, et angitur. In hanc animi aegritudinem omnium pronissimi sunt Heluetii *), Germani, et quicunque editioribus in locis degere soliti se in alienas,

* *Lycanthropia.*
* *Cynanthropia.*

* *Nostalgia.*

humilioresque regiones vident translatos, nouosque mores, nouumque vitae, et victus genus inire debent. Tanta est ejusmodi melancholiae vis, vt milites, si quando ea corripiuntur; corripiuntur autem saepissime; nullo discrimine vitae, nulloque mortis, suppliciiue timore a defectione, et fuga deterreantur, et mori malint, quam diutius patriis laribus carere. Quam ob rem, nisi compotes voti fiant, agrypnia, moerore, apepsia, languore, anxietate, stupore, cordis palpitatione, febre lenta, et macie confecti breuissimo tempore e vita decedunt.

*) Nostalgia fortasse a *νοστέω*, redeo, et *ἄλγος*, dolor. Melius *nostomaniam* vocauit HARDERVS, quasi redeundi desiderium, siue furorem. Aliis, vt ZWINGERO, placuit eam vocare *pothopatridalgiam*, a *πόθος*, desiderium, et *πατρὶς*, patria, quasi diceres moerorem, aut dolorem ex desiderio patriae, item *philopatridomaniam*, *nostopatridalgiam*, *nostopatridomaniam*; quorum cuique facilis etymologia .IO. IACOBVS SCHEVCHZERVS, vt de suis ciuibus etiam hoc nomine bene mereret, conscripsit dissertationem de *nostalgia* lectu dignam, quae exstat in *T.* I. *pag.* 307. *Comment. Acad. Instit. Bononiensis.* De eodem morbo typis Basileae prodiit quoque IACOBI HARDERI dissertatio absolutissima, quam consulere plurimum refert. In Diario medico, quod Venetiis edebat PETRVS ORTESCHIVS, Medicus perdoctus, et amicus noster singularis, (*T.* 4 *p.* 372.) reperitur *De Nostalgia breuis tractatio*, quam Cl. PELLEGRINIVS Venetus in Heluetiorum vtilitatem, et commodum euulgauit; dignaque est, quae legatur, quamquam a SCHEVCHZERI opinionibus aliquantum dissentiat.

§. CCXIX.

Reliquae melancholicorum varietates, quando se aut reges, aut proceres, aut praesules jactant, aut mortuos se, aut in vasa fictilia, aut dolia conuersos credunt, aut aliquam partem sibi esse confingunt ex alia materia, quam ex ossibus, et carnibus conflatam, aut cancros, ranas, serpentes intus gerere queruntur, aut alio pertinaci, et singulari mentis errore

errore insaniunt, non habent peculiare, et distinctum quoddam nomen, sed genericum tantummodo retinent melancholiae *a*). Verum prout ab hypochondriorum vitio, aut ab vteri affectibus originem traxerit melancholia, *hypochondriaca*, aut *hysterica* nominatur. Quarum haec si cum effreni concubitus cupiditate, et tentigine conjungitur ita, vt obuius quisque ad coëundum prouocetur, *Nymphomania* aut *Metramania* *), siue *furor vterinus* dici solet. Furori demum ex amore, qui a *nymphomania* interdum omnino differt, et virorum magis proprius est, quamquam foeminae ei obnoxiae etiam sunt, *Erotomania* nomen est **). Melancholicis etiam affectionibus adnumerant non nulli *Tarantismum*, siue *morbum saltatorium*, quia qui eo corripiuntur, saltandi cupidine exardent, atque ad sonum quemdam, Apuliae populis familiarem, *tarantellam* dicunt, ad choreas incitantur, saltantque tamdiu, donec sudoribus profusissimis langueant. Sic eos curari fama est. A Tarantulae morsu morbum nasci, et nomen habere volunt cum BAGLIVIO multi. Alii cum SERAO etiam sine ejusmodi morsu morbum huncce in Apulia, aliisque regionibus calidioribus endemium obseruari, et melancholiae hystericae, aut hypochondriacae speciem esse contendunt. At si a venenato Tarantulae morsu vere induceretur, de eo agendum esset alibi, vbi de morbis a morsibus venenatis genitis sermo habebitur. Quo etiam spectabit *hydrophobia*, siue aquae horror, et metus, qui morsum animalium rabidorum subsequitur, quamquam ad deliria, atque hallucinationes a plerisque referri soleat *b*).

a) Nosologi tamen hodierni singulis hisce speciebus nomina peculiaria tribuunt. Sic SAGARIVS conficit quindecim species, nempe 1. melancholiam vulgarem, 2. amatoriam, 3. religiosam, 4. argantis, 5. moriam, 6. attonitam, 7. errabundam, 8. saltantem, 9. hippanthropicam, 10.

scytharum, 11. anglicam, 12. beatificam, 13. zoanthropicam, 14. enthusiasmum, 15. phrontis. Vid. explicationes apud Sagarium, *System. morb. symptomat. Cl. XIII. ord. III. Gen. XX. p.* 743.

*) Nymphomania deducitur a Νύμφη, sponsa, vel rectius a Νυμφών, thalamus nuptialis, et μανία, furor. Significatio est: furor sponsarum, siue recens nuptarum, vel desiderium thalami, siue viri furiosum. Sed fusius de ea, et opportunius, vbi de morbis mulierum. *Metramania* vero a μήτρα, id est matrix, siue vterus, et μανία, furor ducitur.

**) Erotomania est ab ἔρος, et μανία, videlicet insania ex amore.

b) De *Tarantismo* vid. IO. FRID. CARTHEVSERVS (*de morbis endemiis pag.* 44.) apud quem cuncta ad hunc morbum spectantia inuenies summatim exposita. Hydrophobia, siue pauor aquae non videtur mihi spectare ad *hallucinationes*. Est enim oesophagi et ventriculi affectio spasmodica, qua a potu arcentur. Neque semper cum ea delirium, et rabies conjungitur. Vidi hydrophobos vsque ad extremum mente constantes. De morsu canis rabidi consuli possunt ex nuperrimis sequentia: *Benigni Cauellae De Vigani Ripensis Tyrolensis dissertatio de hydrophobia. Oenipont.* 1774. *Observations sur la nature, et sur le traitement de la rage etc. par M.* PORTAL *Yverdon* 1779. *Compendio di notizie interessanti circa il veleno de' rabbiosi animali di* FELICE ASTI *in Mantova* 1778. Quibus addi potest ornatissimi viri, nunc *Protomedici Vrbinatis* IO. BAPT. FALETHI *epistola ad Cl.* PAVLLVM BAPTISTAM BALBVM *Bononiensem: De immani quadam passione hysterica, et aquifuga; vbi non nulla quoque ad hydrophobiam spectantia disputantur.* Diar. med. P. ORTESCHI ann. 1766. p. 196.

§. CCXX.

Melancholia et Mania saepe se mutuo excipiunt. Etsi vero melancholiam, et maniam, delirii modo, et gradu differre inter se (§. CCXVII.) non inepte scripserim, haud tamen dissimulandum est, affines inter se natura esse hosce affectus, vt, WILLISIO, MORGAGNIO *a*), aliisque adnotantibus, saepe vices commutent, atque alteruter in alterutrum transeat. Quae vicissitudines in caussa saepe sunt, vt Medicus ob taciturnitatem, et metum, aut loquaci-

quacitatem, et audaciam in eodem aegro identidem alternantem, dubius, ancepſque haereat, vtrum melancholicum, an maniacum declarare eum debeat. Vtraque autem aegrotatio diuiditur in *primariam*, quae ſcilicet ſine vllo corporis morbo, ſed cerebri tantum vitio fit, et in *ſecundariam*, quae a ſanguinis totius deprauata diatheſi, aut a viſcerum quorumdam laeſa functione proficiſcitur.

a) Vid. *Epiſt. anatom. med. VIII. n.* 1.

§. CCXXI.

Cauſſae etiam vtrique malo fere communes eſſe ſolent. *Mania* proxime oriri videtur ex ea cerebri conſtitutione, in qua tanta idearum perturbatio contingit, vt furor, et audacia, et virium muſcularium augmentum conſequatur. *Melancholia* vero ab eo cerebri ſtatu, qui vnam, vel alteram ideam animo pertinaciter exhibeat, quam remouere pro libito haud liceat, quaeque judicandi recte facultatem laedat, imo metum, moeroremque plerumque incutiat. Paullo remotius hujuſmodi mentis perturbationes efficiunt vel vitia ſolitis cerebri partibus innata, aut adſita, vel toti corpori, et in primis vniverſae humorum maſſae inhaerentia, vel in aliquo a capite quamuis diſſito viſcere, aliaue ſede locata. Ad priora, vt ex anatome maniacorum, aut melancholicorum didicimus, pertinent corticalis, vel medullaris cerebri ſubſtantiae ſiccitas, durities, vel contra laxitas, mollities, atque humiditas nimia; corporis calloſi, vel medullae oblongatae, vel glandulae pinealis vitiata compages; ventriculi aqua repleti; vaſa atro cruore turgida, et diſtenta; meninges tenſae, aut laxae, aut corruptae, aut ſero ſanguineo ſuffuſae; polypi in ſinibus durae matris, aut lapilli, aliaque laeſionum genera; quamquam horum pleraque in aliis etiam capitis morbis ſaepe *Cauſſae Maniae, et Melancholiae.*

 depre-

deprehensa sint, neque in quauis mania, et melancholia reperiri soleant. Quo mala etiam cranii conformatio, aut tumores quicumque, etiam externi *), et praua cerebri dispositio natiua, hereditaria, aut acquisita, ictusque spectare videntur. Posteriorum classem constituunt omnia, quae humores condensant, et cogunt, quae subtiliorem eorum partem disperdunt, aut crasin ipsam corrumpunt, et resolvunt, vti liquorum fermentatorum, aut spirituum ardentium abusus; frequens ebrietas; venus nimia; aer calidus, et siccus; insolatio; studia immodica; grauiora animi pathemata, ira in primis, et moeror; profundae meditationes; amor insanus; ambitio honorum, et dignitatum immoderata, aut spes frustrata; terror ingens, et subitaneus **); *funesti*, et repentini nuntii; quorum multa etiam sine alia humorum labe ita sensorium commune subuertere possunt, aut neruos, neruorumque principium sic labefactare, vt hujusmodi morbi facile enascantur. Itemque ea, quae plethoram inducunt, et cerebrum versus humores prouocant, aut acrem sanguini imprimunt dyscrasiam, vti euacuationes sanguinis, ichoris, scabiei, haemorrhoidum, mensium suppressae; scorbutica, venerea, arthritica, podagrica, aut febrilis, et morbida ***) materies ad cerebrum traducta; diuturna hypochondriaca, aut hysterica affectio; atra bilis in visceribus abdominis defixa, atque irritans, vel inde dimota, soluta, et in circuitum rapta; saburra biliosa; melancholica diathesis; obstructiones imi ventris; acria quaecunque retenta; temperamentum sanguineum, cholericum, aut atrabilare, et similia.

*) Maniam a tumore externo *super sinistro bregmatis osse in confiniis futurae lambdoidis*, et *sagittalis* nato probabiliter profectam memorat FRIDERICVS GABR. GOTTLIEB SIBERNVS (*Collect. Societ. Medic. Havniens. vol.* I. p.

p. 86.), eoque ad suppurationem perducto, atque inciso sanatam.

**) Interdum ita vehementi terrore afficitur sensorium commune, vt talis in eo excitetur idea, quae nullo postea modo deleri possit; ideoque nihil cogitetur, nisi hoc vnicum ab inuitis etiam, et reluctantibus, in quo pessima melancholiae species sita videtur. SWIETEN §. 1108.

***) Non solum materia febrilis non satis emendata, aut imperfecte expulsa maniam procreat, nam saepe diuturnas febres intermittentes hoc malum subsequitur; verum etiam quaecumque morbida materia, quae excernenda fuisset, retenta, et relicta. Imo idem praestat fortasse secretio ipsa lactis quandoque impedita, nedum lac ipsum corruptum, et repressum.

§. CCXXII.

Maniam vero frequentius ortam ex scabie, herpetibus, impetigine, aliisque cutaneis morbis exsiccatis, aut improuide repressis; ex Plica polonica recisa; ex tempestate nimium calente, aut contra perfrigida; ex copia, stagnatione, et corruptione seminis, seminaliumque humorum, quos *aphrodisios* vocant, docent medicae historiae. Sed prae hisce omnibus subitam, acutamque maniam inferunt hyoscyami, et stramonii, siue daturae semina, et radices, baccae solani furiosi, siue belladonnae, cicuta aquatica Wepferi, aliaeque fortasse plantae venenatae bene multae, et praecipue quaedam fungorum, siue boletorum genera. His non nulli addunt morsus venenatos quorumdam animalium, in primis rabidorum. *Maniae frequentior caussa.* *Plantae venenatae, vt caussae.*

Diagnosis.

§. CCXXIII.

Diagnosis delirii vtriusque, tam maniaci, quam melancholici, ejusque specierum, et varietatum ex illis, quae jam (§§. CCXVII. ad CCXX.) exposita fuere, facili negotio eruitur. Sed potissimum ad ea,

quae antecesserunt, animum aduertere oportet, quorum paullo ante, caussas recensentes, mentionem fecimus. Hinc scire oportet melancholiae magis obnoxios esse, vt supra (§§. CCXXI. CCXXII.) indicauimus, eos, qui malo hypochondriaco, aut hysterico diu conflictantur, qui viscerum abdominalium vitiis, praesertim scirrhosis laborant, qui salutaribus sanguinis fluxibus consuetis carent, qui curis molestis anguntur, qui immodicis desideriis indulgent, qui ex parentibus nati sunt melancholicis, quique sanguine crasso, et viscido abundant, et ad cerebrum variis ex caussis vberius, quam par est, eum alliciunt, et congerunt. Melancholiam vero ipsam appropinquare commonstrant tristitia, metus, et diutinae vigiliae, atque hominum consuetudinis odium. Paullatim increscit luctus, et lacrymae saepe funduntur, quamquam non nullis etiam perpetuus, aut facilis risus accedat. Omnes autem vanis, intentisque cogitationibus distinentur, adeo vt persaepe defixis humi oculis veluti stupidi haereant, vel subito falsis imaginibus quodammodo excitati celeriter, suspiriis emissis, procedant, et moveantur. Inualescente vero jam morbo hominum conspectum, et conuentus fugiunt, solitaria loca quaeritant, ibi quasi occultati, et suis phantasmatibus occupati, taciturni, et desidiosi vitam transigunt. Qui grauius laborant, se vel pecudes, vel deos, vel defunctos, vel fragili ex materia constantes credunt; quare alii canum latratum, aut luporum ejulatum, aut gallinarum cantum voce imitantur, vel, vtpote mortui, cibos, et potus recusant; alii occurrentibus cedunt, veriti, ne diffringantur. Alii praeterea in iram leui ex caussa propendent, valde instabiles, et saepe de minimis, ridiculisque rebus solliciti; modo liberales, et prodigi, modo tenaces, et auari, et modo mortem vehementer perti-

Melancholiae quinam magis obnoxii?

Signa imminentis melancholiae.

Praesentis jam melancholiae.

ertimescunt, modo, quod mirum, in desperatio-
em delapsi violentas sibi manus inferunt. Contra maniam imminere praesagiunt peruigilium contu nax, cephalalgia, aurium tinnitus, risus insolitus, ut insolita, et praeter consuetudinem ad irascendum rocliuitas, et morositas. Vbi jam mania se exse- it, oculi rubent, palpebrae creberrimis motibus gitantur, et sic affecti loquaces, litigiosi, furentes mnia clamoribus complent, toruo adspectu, ac tru- i minantur, aucto virium robore praepollentes in uosuis adstantes impetum facile faciunt. Vtrique ue melancholici, siue maniaci, anxii esse solent, vi- gilant, frigoris, aëris, tempestatis inclementiam in- noxie sustinent, et, nisi vi contineantur, e fenestris se *praecipites* dant, aut in puteos, flumina, lacus- e demergunt, aut aliter sibi mortem consciscere entant. Quum ab hypochondriis malum fit, facies allet; extrema frigent; cordis palpitatio frequens, t praecordiorum anxietas crebro accedit; respira- o profunda, atque intercisa est; caput dolet; venter gnescit; intestina obmurmurant; flatus attollun- ur; ructu, aut vomitu aliquid ejicitur, quod sa- ore acido, aut amaro mordicat; appetitus modo iget, modo deficit; pulsus rari, tardi, aut inae- uales, et languidi, aut mirifice varii deprehendun- ır. Vbi vero ab vtero, aut ab hysterica passione at, praefocationes; mensium inordinata, aut defi- ens excretio; fluor albus; vrinae aqueae, copio- e; tenesmus vesicae, stranguriae, ischuriae; pol- ıtiones, tentigo; hypogastrii, ouariorum, vteriue ımores multiformes, dolores, inflationesque se rodunt. Similia autem contingunt quoque hy- ochondriacis, interdum ex sola neruorum sensibi- ori mobilitate. Reliquarum cognitio differentia- ım, itemque caussarum, quae eas gignunt, par

Maniae futurae indicia.

Signa vtriusque delirii communia.

Signa ejus, quod ab hypochondriis est.

Signa ejus, quod ab vtero fit.

Reliquarum specierum diagnosis.

tim ex fignis fupra recenfitis, partim ex anam
petatur.

P r o g n o f i s.

§. CCXXIV.

Hereditaria vix curabilis. In vniuerfum omnes infaniae difficulter curant *Hereditaria*, aut a vitiofa cerebri conftitutione o vix fpem aliquam relinquit, et fi quando conqui cit, facile recidiua fit. Difficilis pariter curatio *Item primaria.* eft *primaria*, quae nimirum a phantafiae, ment que errore fine alio corporis vitio pendet; nam bem intimae cerebri fabricae aliquam fignificat: *Secundaria curabilior.* contra *fecundaria*, quam fuppreffae euacuation errata in victus ratione, aut morbidus corporis tus intulerunt, frequentius arte, et temporis op *Tutior quae cum rifu, quam cum moerore.* refipifcit. Tutior ea eft, quae cum rifu, *et laeti*tia, quam quae cum ftudio, et moerore conjungi tur; recens item curatur interdum, vix vnqua *Quae euacuationes falutares.* inueterata. Plerumque fanitatem exfpectare licet a narium haemorrhagia, ab haemorrhoidum, catameniorum fluxu redeunte, aut reuocato, alui profluuio, a varicibus crurum, ab aqua inter cute, a fcabie, a quartana, aliifque intermit tentibus febribus, abfceffu, ab aëris, tempeftatis, regionis, aetatifque mutatione. Huc pertinent *Hippocratis praefagia.* non nulla HIPPOCRATIS praefagia: *Infanientibus fi varices, aut haemorrhoides fuperuenerint, infaniae folutio fit a). Ab infania dyfenteria, aut hydrops, aut mentis emotio, bonum b). Dolor ad pedes, pectus fubiens, aut vehemens tuffis oborta, infaniam foluit c). Si infania foluatur abfque dolore ad pedes vel ad pectus, aut tuffi vehementi, caecitas fequitur* Vlcera vero in facie, aut pedibus orta vix ali boni, nihil vero amiffa prorfus appetentia pollicetur. Contra bene fperare jubent herpetes, et ferpigi alicubi efflorefcentes; nihil enim magis cere morb

orbos leuat, quam hujusmodi acrimoniae ad exriora translatio.

a) *Aph.* 21. *sect. VI.* b) *Aph.* 5. *sect. VII.* c) *De dicat.* 65. d) *Ibid.*

§. CCXXV.

Melancholia hypochondriaca, aut hysterica relis longe facilior curatu esse consueuit. Hac af ctis saepe *nigra per aluum ad judicationem prodet a).* Saepius viros, et praecipue seniores affli t; rarius foeminas, sed in his pertinacior, deteorque est. Interdum melancholia in epilepsiam, rursus epilepsia in melancholiam vertitur. Inrdum excipitur a continua amentia, a conuulsiobus, ab apoplexia. *In vehementi, et furiosa men s emotione, accedentes tremores exitio sunt*, inquit Auctor Coacarum b); item *dentium collisio, aut stridor praeter consuetudinem c)*, aut *dentium resiccatio perniciem denotat d).* Mors instat, si coma, epilepsia, aut virium lapsus superuenerit. Somnus, sed placidus, plerumque insanientibus quibuscunque remedio, aut solatio est. Non vero cuilibet morbi remissioni fidere conuenit; nam cito, et inopinato exasperatur.

Hypochondriaca, et hysterica facilior.

Successiones.

Signa praua.

Somnus quando boni ominis.

a) *Coac. N.* 486. b) *Num.* 93. *et. Praed.* I. 14. c) *Coac. N.* 235. d) *Ibid.*

Curatio.

§. CCXXVI.

In omni mania, et melancholia, et praecipue in ea, quae ab ideis perturbatis, *sensoriique communis* deprauatione magis, quam corporis vitio dependet, loci, et vitae mutatio pernecessaria est. Peregrinatione enim, corporis motu, et noua objectorum subinde exhibitione, nouisque successiue rerum imaginibus, atque impressionibus falsae, inordinataeque, aut fixae idearum species paullatim delentur, aut in ordinem, quo par est, rediguntur. Remouenda quippe

Regimen diaeteticum.

quippe ea omnia ſunt, quibus aegrotans ad a[illegible] rem, vel iram, vel odium, vel moerorem fuit a[illegible] concitatus, imo ludis, cantu, concentibus muſi[illegible] jucundiſque amicorum colloquiis ad hilaritatem [illegible]liciatur. Idque in primis melancholicis ſalutife[illegible] eſt. *Noſtalgia* praeterea aërem puriorem, loca [illegible]tiora, victus rationem ad morem patrium con[illegible]matam, et demum in patriam reditum, qui om[illegible] reliqua auxilia vincit, expoſtulat.

Noſtalgiae in primis.

§. CCXXVII.

Sanguinis miſſio.

Sanguinis miſſio ſaepius maniacis, quam m[illegible]cholicis, opportuna eſt; tumque potiſſimum, [illegible] plethora, aut ſuppreſſa aliqua ſanguinis euacuatio, aut aëris feruor, aut vini potus cauſſam morbo de[illegible]derit. Venae jugulares, aut vena frontis, imo arteriae temporum hic vtiliſſime incidi ſolent. Prae[illegible]ſtat inſuper aluum ſoluere, medicamentis ad cer[illegible] interualla repetitis, in ſanguineo, bilioſoque te[illegible]peramento mitioribus; acrioribus, validiori[illegible] in pituitoſo, aut melancholico, inter quae he[illegible]rus niger, ejuſque extractum celebratur.

Catharticu.

§. CCXXVIII.

Quae Mutzellio bene ceſſit curatio.

Cl. MVTZELLIVS *a)* melancholiam ex moero[illegible] vita deſide, et vitio viſcerum in hypochondriis ſito[illegible]rum, pluries feliciter expugnauit, data ſingulis di[illegible]bus potione, quae habet tartari tartariſati ſem[illegible]ciam, extracti centaurei minoris drachmas b[illegible] aquae fontanae vncias octo. Quando amara reſp[illegible]bantur, extracti loco tantum mellis deſpumati, q[illegible]tum opus eſſe videretur, ſubſtituebat. His aut[illegible] omnibus interponebat ſubinde laxantia aluum. [illegible] modo melancholiam hac methodo, ſed mani[illegible] ipſam radicitus pluries exſtirpatam narrat. [illegible] enimvero humor atrabilaris ſoluitur, emendat[illegible] ejiciturque.

a) Com[illegible]

b) *Comm. de reb. in M. et Sc. nat. gest. Vol. 4. pag. 92. sqq.*

§. CCXXIX.

In maniacis temperamento feruidiore, aetate juuenili, bono habitu, exercitatis, et rebus calefacientibus deditis acescentia quaeque, quin acida etiam fortiora, quibus sanguinis aestus, tenuitas, alkalina acritas, nimius neruorum sensus, nimiaque fibrarum irritabilitas refrenantur, vsui sunt praestantissimo. Quo nomine etiam frigidae potus summopere commendatur. Acetum destillatum, in quo calente soluta sit ad drachmam dimidiam saccari, et gummi arabici ope, deinde aqua florum sambuci diluta camphora, multis verbis celebrauit LOCHERVS, et post eum alii *a*). Et sola camphora, sed aucta sensim ejus dosi ad drachmam, vltrae in die curatas manias, quae cetera remedia eluserant, commemorant medicae historiae *b*). At repetitis periculis comperi, interdum ab ejus vsu maniacos, qui videbantur aliquantum pacati, quotiescunque camphoram resumerent, iterum excanduisse, atque in furorem actos fuisse; fortasse quia motum cordis, sanguinisque motum incitat, et calorem, atque humorum omnium expansionem adauget. Hoc casu fortasse tolerabilior ejus vsus reddetur, si cum aceto permixta, et soluta propinetur. Quare magis potius melancholicis adjumento esse, et torpore quasi stupentibus, cum pulsu paruo, raro, et lento, quam contra, non infimae notae Medici arbitrantur. At MVTZELLIVS stupore melancholico laboranti camphorae semunciam quotidie per sex hebdomadas *c*) dedit frustra. Tanta saepe est causarum inuincibilium complicatio, et circumstantiarum varietas, vt remedia vel praestantiora haud semper respondeant; imo contrarios quandoque effectus pariant. Si quid vero hac super re licet pro-

Quando acida conveniant.

Aquae frigidae potus. Camphorae eximia virtus.

Melancholicis [illegible]

Camphorae aptior vsus. proferre, camphoram tum prodesse equidem cr diderim, cum *sensibilitas neruea* tantummodo vid tur excedere, non autem irritabilitas: nocere, irritam esse, vbi illa languet, et torpet, aut nimia est, et vasa non satis depleta. Camph enim *sensibilitatem* certo imminuit; auget vero *tabilitatem*, et sanguinis *d*) feruorem.

a) LOCHER. *Obseruat. Practic. circa Luem vener.*, et *maniam etc. Vienn.* 1762. *p.* 57. et seqq. ORTES *Giornal. Med* 1765. *p.* 10. Vtebatur autem LOCH hac formula: Rec. *Camphor. drachm. semis*, *caner.*, *mucilag. gumm. arabic. an. drachm. j.* His *in mortar. marmor. trit. add. acet. calid. vnc. semis*, *sambuc. vnc. vj. syr. flor. pap. rhoead. vnc. j. M.* *b*) DA KINNEIR in libro inscripto: *Saggio delle Trans Filosofiche di* TOMMASO DERHAM *Vol.* 4. *p.* 90. et CRAEN *Prax. med. reformat. p.* 132. HOFFMANN *Med. stem. T. IV. part. IV. cap. VIII. obseru.* 8. ORTESCHI *Gi Med. T.* 2. *ann.* 1763. *p.* 373. DALL' ARME *Sagg. di dic. Pratic. P.* 2. *osserv.* 13. *c.* 14. BOENNEKEN *in C Francon. etc. vol. V. P.* 28. *p.* 294. *et in Comment. in M. et Sc. nat. gest. vol. XI. p.* 525. *c*) *Comm. vol. IV. part. I. pag.* 93. *d*) Vid. *Theses de C ejusque virib. a* SEBAST. SEVERIO *in Gymnas. Ticin pug. an.* 1776. *et* BASSIAN. CARMINATI *De anim mephitib., et nox. halitib. interitu etc. l.* 3. *cap.* 3. *p.*

§. CCXXX.

Balnea tepida. Maniacorum furor, et audax temeritas p balneis tepidis, quae humectant, laxant, pe tionem adjuuant, atque efficacissime a capite lunt, domatur, et cohibetur. Neque id auxil lancholicis minus prospere cedit, quod eo corpus ita mutatur, vt etiam in sensorio con pertinax illa, et fixa fibrarum inflexio, a qua liaria quaedam idearum simulacra animo rep tantur, tandem, vt ita dicam, relaxata quoda do complanetur, deleaturque. Id autem citi *Stillicidium aquae frigidae in caput.* certius praestatur, si, dum totum corpus tepore

i remollescit, et meabile redditur, aqua frigida super in caput derasum destillet. Legenda est storia Maniae cum priapismo, quam ejusmodi ratione curauit D. DE MONCHAV *a*). De Maniae hystericae pari curatione per balneum octo horas singulis diebus iteratum, et per assiduam linteorum qua frigida madentium capiti applicationem, quae pene incredibilis videtur, a Cl. POMMIO peracta, vt rara, et mirabili mentionem faciendam in io Diario medico *b*) censuit ORTESCHIVS, doctus ne vir, et nuper immatura morte nobis ereptus. Sed multo prius per largum aquae gelidissimae potum, et capitis bis, vel ter in die iteratas adspersiones curatos maniacos legimus a docto, expertoque Medico Cremonensi, nobis amicissimo, MARTINO HISIO *c*).

Frigida capiti applicata.

Frigidissimae potus.

a) ORTESCHI *Giornal. Med. T.* 4. *p.* 105. *b*) *Id. ib.* 2. *p.* 412. *c*) *Lettere Mediche*, *Lett. I. p.* 24. *et seqq.*

§. CCXXXI.

Non modo autem frigidissima caput irrorari maniacis maximo est emolumento, verum etiam vniuersum corpus in balneum frigidum demergi *a*), idque in primis fuit illis, qui robore, et aetate florentes, plethorici, feruidissima aestate, post immodicum vini meracioris potum in maniam inciderunt. Exempla, quae id satis comprobent, exstant apud VIETENIVM *b*), aliosque, quos quisque pro libitu poterit consulere. Sed memoratu dignum est illud, quod Medicus, et Geometra longe clarus, PETRVS MICHELLOTTIVS conterraneus meus de quodam iuuene reliquit; qui, cum iter mari faciens cum solis ardori diu objecisset, seque vino intemperanter repleuisset, acutissima mania correptus est, quae ab ea largis sanguinis missionibus, tenuissimo victu, potu aquae gelidae, ejusdem etiam in caput proje-

Balnea frigida.

projectione, et simul frigidis balneis, suadente, et jubente ita eodem doctissimo viro, felicissime liber c) euasit.

a) MEAD. *De venen.* p. 139. et 140. b) *Comment.* in BOERHAAV. §. 1127. Vid. etiam ORTESCHI, *Giorn. med.* T. 4. p. 124. WILLIS. *Pathol. cap. X.* c) *Hist. de l'Acad. des Scienc. ann.* 1734.

§. CCXXXII.

Opii usus. De opii effectibus in mania, et melancholia non conuenit inter Auctores. Quidam opium summae vtilitatis esse praedicant; alii narcotica quaeque vituperant, et maxime noxia affirmant. Non dubito, quin vtrique experientia duce loquantur: sed quam difficilis, et rara est verae experientiae ratio! Celeber maniacorum curationibus Medicus, sicut apposite animaduertit SWIETENIVS a), opii duo grana mane, et totidem vesperi maniacis dabat, et, si somnus non sequeretur, augebat paullatim dosin, donec optato effectu potiretur. Et reapse nihil vtilius, praestantiusque inueni, post necessarias euacuationes, refractasque aliquantum aegri vires, ad vigilias arcendas, et nimiam sensibilitatem, mentisque perturbationem sedandam, componendamque, quam opium, cujus etsi magnas etiam doses maniacis sine noxa interdum ferri, magister vsus plusries demonstrauit, nolim tamen, nisi prudenti experimento, et justis primum dosibus tentatis, ad largiores, atque insolitas quis progredi audeat. Vt enim interdum in peculiari idiosyncrasia, quibusdamque aegrotantium constitutionibus calorem, motum sanguinis, faciei ruborem, vigilias, et corporis jactationes adauget, sic quandoque in aliquibus praeter exspectationem, et consuetudinem, *Cautelae in vsu somniferorum.* gua etiam dosi veternum inducit mortiferum. Ne ergo inconsulto, et temere hoc, alioquin vtilissimo ad-

adjumento vti licet. Quare non nullis mos est a papaueris albi nostratis praeparationibus primum incipere, et, prout res postulauerit, deinde ad cautum, et prudentem opii vsum transire. Tutius ejus extractum gummosum*) a virosa, et noxia resina segregatum recentioribus habetur. Ceterum MEADIVS ipse *b*), quanquam non valde somniferis amicus, his tamen vtendum esse concedit, quando aegri aut ingenti terrore agitantur, aut peruigilio consumuntur.

a) *L. c.* §. 1127.

*) Opium constat ex duabus partibus, gummosa vna, resinosa altera. In resinosa insidet vis quaedam virosa, stupefaciens, et neruis noxia; in gummosa facultas anodyna, et sedans, et blande somnifera. BEAVMAEVS excogitauit enchiresin, qua gummosam resinosa exueret, opiumque sic haberet multo praestantius: sed ejus processus cum longissimo tempore egeat, vix vllus est, qui hujusmodi extractum, vt vocant, paratum in officinis apud nos habeat. Quare gratiae habendae sunt Cl. BVCQVETO, qui (*Mémoir. de la Société Royale de Médecine Vol.* I. *p.* 403.) rationem longe faciliorem, quam illa BEAVMAEI est, parandi extractum opii gummosum tradidit. Inditur in mortario opium, et teritur leuiter. Tum affunditur aqua frigidissima, et iterum conteritur, vt aqua colore imbuatur. Colonta sic aqua, vt chymici loquuntur, decantatur. Residuo opio noua affunditur, idque iteratur, donec aqua non amplius coloretur. Aquae sic eductae, et percolatae leni calore euaporentur. Quod in fundo remanet, est extractum gummosum parte virosa, et narcotica exutum.

b) *Monit. et Praecept. med. cap.* 3. *p.* 51. *ed. Londin*

§. CCXXXIII.

Inter sedantia, somnumque inducentia nostra *Extractum hyoscyami.* etate celebrari coeptum est hyoscyami extractum, siue rectius succus leni igne condensatus, et concretus, tamquam efficax, excellensque remedium in maniacis, melancholicisque deliriis. Sed GREDINGIVS sex et viginti de eo accura-

 tissime

tiſſime factis periclitationibus, et ſcripto fideliter traditis non modo ſibi, verum aliis etiam bene multis perſuaſit, *hyoſcyamum nec tuto poſſe exhiberi vſu interno hominibus, nec remedium eſſe in melancholicis et maniacis morbis, vt quibuſdam videtur,* ſalutiferum *a*).

a) *Aduerſ. Med. Practic.* LVDWIG. *P. I. p.* 71.

§. CCXXXIV.

Moſchus. Quibus opii vſus non arridet, aut non ſatis bene reſpondet, aut extractum hyoſcyami ſuſpectae, ancipitiſque facultatis eſt, hi moſcho eumdem in finem vti poterunt. Diaphoreſin enim blandiſſime mouet, et ſomnum arceſſit; hinc in mania tamquam reſoluens, atque anodynum pharmacum *a*) adhibetur vtiliter. Homini *erotomania* laboranti moſchum cinnabari junctum magno adjumento fuiſſe, ex WALLII, et LOCHERI obſeruationibus *b*) accepimus. *Puluis Tunquinenſis.* Maniacum annum agentem quadrageſimum puluere Tunquinenſi, qui ex granis ſedecim optimi moſchi, et cinnabaris natiuae, atque antimonialis, cujuſque granis duodecim conſtat, bis dato curauit Cl. SEBASTIANIVS *c*). Nec minori cum fructu maniaco cuidam moſchi quinque et viginti grana *pro vna doſi* data narrantur a BROOKESIO in ſuo *Diſpenſatorio generali d*). Duo autem in moſcho adhibendo ſunt probe obſeruanda, vt nimirum liberaliori manu detur, et nitro, aliiſque temperantibus vis ejus calefaciens mitigetur. Aliter aut nihil boni praeſtat, aut permoleſtam agitationem, aeſtuationemque inducit.

a) LANGE *Miſcell. verit. faſc.* I. *p.* 98. *b*) *Tranſact. Philoſoph. n.* 474. LOCHER. *Oper. cit. p.* 62. HAARTMAN *Act. Acad. Reg. Scient. Suecic. Vol.* XXIII. *p.* 267. *c*) *Act. Acad. Elect. Mogunt. T.* 2. *p.* 483. *d*) LVDWIG. *Comm. de reb. in Med. et ſcient. nat. geſtis. Vol. V. pag.* 425.

§. 235

§. CCXXXV.

Nymphomania, et ſatyriaſis.

Nymphomania, ſicut etiam in viris furor cum ſatyriaſi *), oppugnari ſolet ſanguinis miſſione iterata, catharticis, potu aqueo cum nitro, balneis potiſſimum frigidis, fotibus ejuſdem naturae aſſidue applicitis, victu herbaceo, et parco, et tandem, vbi licuerit, connubio; quod valentius ſane, et certius praeſidium eſt: quamquam furorem vterinum viderim etiam in foeminis viro ſtrenuo nuptis, qui per aliquot hebdomadas, imo menſes pertinax eaſdem vehementer torſit, nec deſtitit, donec vtero tandem conceperint. Interdum vero veneris ſtimulo furentes oportuit inedia, objurgationibus, flagriſque ad verecundiam, continentiamque reducere.

*) Tentigo, ſiue erectio veretri ſine rei venereae appetitu dicitur proprie *priapiſmus*, cum rei venereae deſiderio ardenti, *ſatyriaſis*.

§. CCXXXVI.

Aethiops antimoniatus.

Adoleſcentem maniacum ſanguinis miſſionibus repetitis, catharticis, balneis tepidis, frigida capitis irroratione, ſero lactis, camphora; qua tamen in majorem furorem, iteratis experimentis, eum agi, comperi; nitro, lacte ex ſeminibus frigidis expreſſo, et remediis opium habentibus diu fruſtra vexatum, tandem priſtinae reſtitui integritati, poſtquam detexi cauſſam, ex qua morbus ortus erat, nempe impetiginem, cui jamdiu obnoxius fuerat, retropulſam. Tum autem ei dedi *aethiopem antimoniatum* bis quotidie ad quadraginta, et vltra dies, quo non modo ipſe paullatim reſipuit, ſed impetigo etiam ... veterem metacarpi vnius manus ſedem reuocata ...; valetque perbelle in hanc vſque diem, ſeptimo ...m anno labente. Memoranda quoque hic eſt cu...tio maniae chronicae, quam SCHLICHTINGIVS ...cogitauit, atque ad optimum finem *a*) perduxit.

Ptyalismus per mercuriales litus. Rasum caput linimento mercuriali bis in dies singulos perfricandum curauit, donec ptyalismus moveretur, quo aegrotans perfecte sanatus fuit. Et *Inoculatio scabiei.* MVTZELLIVS melancholiam, quae in stuporem summum degenerauerat, nulli cedentem remedio, scabiei inoculatione, raro sane exemplo, feliciter tandem *b*) sustulit, et propulsauit.

a) *Nov. Act. Physic. Med. Acad. N. C. T.* 1. p. 346. *b*) ORTESCHI *Giornale Med. an* 1762. *N.* 28.

§. CCXXXVII.

Sanguis asininus. Quae jactantur de sanguine asinino e venis colli, aut aurium extracto, et linteis excepto, deinde aqua florum hyperici soluto, et expresso cum aceti tantillo, aut sine eo etiam, Maniacis propinando, veluti specifico antidoto, vetularum magis, quam medicorum rationalium (venia FRID. HOFFMANNI *a*), et BOENNECKENII *b*) dixerim) fidem videntur mereri. *Abscissio testiculorum.* Abscissionem vero testiculorum, quam LIEUTAVDIVS *c*) proponit, *Saccharum saturni.* sacchari que saturni a duobus ad octo grana vsum, vt furor compescatur, quem idem cl. vir magni facit, alteram vt crudelem, et periculi non expertem, alteram vt venenum lente interficiens proscribimus.

a) *Med. Syst. T. IV. P.* 4. *cap. VIII.* §. 23. *b*) *Bigae casuum medic. etc.* 1744., *et* ORTESCH. *Giorn. med. T.* 2. p. 158. *c*) *Précis de méd. l.* 1. *sect.* 2. *p.* 206. *edit.* 1766. *Paris.*

§. CCXXXVIII.

Emetica, et oleosa quando conueniant. Quando ab ingestis venenatis (§. CCXXII.) furor inductus est, et cito ejus caussa cognoscitur, properandum est ad emetica, ad oleosa, et pinguia cum aqua tepida remixta, vt celerrime sursum, deorsumque excutiatur. Enemata etiam laxantia iterato subter data, vt quidquid intestinis altius inhaeserit, subtrahatur, plurimum boni praestabunt. L... ite...

item affatim potum veneni, praesertim caustici, acritatem egregie demulcere aptum est. Sed nihil efficacius ad hoc veneni, praesertim si e vegetabilibus sit, genus infringendum contemperandumque, vbi jam in sanguinem irrepere inceperit, nouimus, quam acida vegetabilia, et praesertim acetum purum, aut aqua dilutum. *Acida venenatam vegetabilium vim temperant.*

§. CCXXXIX.

Victus ratio omnibus insanientibus esse debet exquisita, maniacis paullo tenuior, melancholicis non ita. His vero vini aliquid identidem permitti potest, quo timor, et moeror propulsetur. Sed illud maxime curandum est, ne furor, aut desperatio aegros perdat. Quare diligentissime eos custodire, et vinculis etiam, si res vrgeat, continere oportet; imo et nunc humaniter monere, et hortari, et verbis delinire, nunc increpare, et seuerius ad obedientiam, officiumque compellere. Melancholicis saepe remedio fuit subita vehementior animi commotio, qua delebatur pertinax, et fixa idea, siue cogitatio, circa quam mens oberrabat. Hinc modo fraude aliqua error mentis emendandus, modo vno, modo alio strategemate, prout e re videbitur, sic vtendum, vt resipiscant *). *Diaeta.*

*) Apud Gallos magno in pretio habetur liber *De Melancholia, et morbis melancholicis* a Cl. ANNAEO CAROLO LORRYO Parisiis ann. 1765. editus, quem etiam consulere non erit inutile.

FATVITAS.

§. CCXL.

Superest, quemadmodum supra polliciti sumus, vt aliquid de *fatuitate* dicatur, quam Graeci Μώρωσιν*, aut Μωρίαν* vocant. In hac homo nec furit, nec moeret, nec pauet, nec angitur, nec agrypnia consumitur; sed imbecilla est tum mente, tum ** Morosin.* ** Morian.*

memoria, sic vt hebes, et rationis expers nugis, jocisque vt infans delectetur, inania, et ludicra insectetur, neque sibi, neque aliis infensus sit. A reliquis igitur insaniis, quas hactenus explanauimus, distinguitur, quod sit ex communi medicorum sententia *debilitas, aut abolitio operationum intellectus, et memoriae absque vllo furore, et motu corporis inordinato a), aut metu, aut moerore, aut febre.* Non nullis *fatuitas*, et *amentia* synonyma sunt. Videtur tamen amentia, siue *ἄνοια* *, summus fatuitatis gradus, in quo nimirum omne rationis lumen, omnisque imaginationis vis deleta, aut prorsus obruta b) appareat. Quoniam vero hujusmodi mentis imbecillitas a caussa, quae auferri plerumque nequit, puta capitis mala conformatione, *cerebri* labefactata, aut indurata compage, aut alio quopiam inuincibili ejusdem vitio, saepe ab ortu ipso, non raro a morbis praegressis deriuante, dimanat; idcirco vix locum in morbis, qui sub medicinae potestatem cadunt, inuenire potest. Fatuos enim, atque amentes sanare quis speret?

* *Ania.*

a) CALDAN. *Inst. Pathol.* §. 303. b) VOGEL. *op. cit.* §. 750.

INSTI-

INSTITVTIONVM
MEDICINAE
PRACTICAE

VOL. III. PARS ALTERA.

PARS ALTERA.

CAPVT VIII.
DE NERVORVM DISTENTIONE, ET RIGORE.

§. CCXLI.

Ab animalium functionum, atque interiorum sensuum laesionibus, motusque voluntarii vitiis, de quibus hactenus actum est, ad morbos, qui n aucto animali motu continentur, gradum facinus. Itaque si pars aliqua, aut vniuersum corpus nodo contrahitur, modo laxatur, motibusque alternis, atque insolitis praeter voluntatis assensum, aturaeque ordinem concutitur; *motu clonico* *, siue *onuulsiuo*, aut, vt verbis latinissimi c. CELSI vtar, *eruorum distentione a*) laborare dicitur. Si vero endatur, et rigeat, nulla intercedente relaxatione, dque constanti, et vehementi musculorum flectenium, aut extendentium, aut aliorum quorumque ctione fiat, *motum tonicum* *, et σπασμὸν **, vt iraeci vocant, vel, vt Latini, *conductionem*, et *nerorum rigorem b*) esse tradunt Pathologi.

* *A κλόνος graeca voce, quae motum inordinatum sonat.*

* *A τόνος nempe, contentio.*

** *Spasmos.*

a) *L.* 3. *cap.* 23. *p.* 172. *ed. Comin.* b) *Id. l.* 4. *cap.* . *n.* 25. *ed. Comin.* COEL. AVRELIAN. *Acut. morb. l.* 3. *p. VI.*

§. CCXLII.

Ad primum genus qui spectent morbi.

Ad primum genus (§. CCXLI.) referri debent ilepsia, de qua infra aliquanto fusius, motus conilsiui vagi, conuulsiones tam hystericae, quam hychondriacae, et chorea sancti Viti, siue scelotyr-

be SAVVAGESII, quae alterna est, atque inordinata crurum, pedum, et quandoque manuum simul commotio, et quasi resilitio, siue potius tremulus contra voluntatem, inconcinnumque saltationis, ac gesticulationis quoddam genus, quandoque cum mentis obfuscatione, et vocis, et loquelae impedimento conjunctum; demum tremor, frigus, horror, rigorque febrilis. His nonnulli adjiciunt a) tarantismum, qui verius, vt supra (§. CCXIX.) dictum est, summa videtur esse ad saltandum procliuitas, et plerumque cum aliqua mentis perturbatione conjuncta. Ad alterum (§. CCXLI.) tetanus*; emprosthotonos *; opisthotonos *; spasmus cynicus *; risus sardonicus; strabismus; obstipitas; spasmus physodes, siue flatulentus, vulgo crampus; satyriasis; priapismus, aliique spasmi singularem aliquam partem affligentes, de quibus speciatim suis locis.

* τέτανος. * ἐμπροσθότονος. * ὀπισθότονος. * σπασμὸς κυνικός.

a) PLATNER. *Art. med.* §. 644.

§. CCXLIII.

Tetani variae species.

In *tetano* ita contrahuntur musculi antagonistae totius corporis, vt totus homo immobilis, et rigidus factus in neutram inclinet partem, et trunci lignei speciem referat, sola sensuum integritate superstite. Quod si aliquae tantum partes ejusmodi rigore afficiantur, tunc *tetanus particularis* nominatur, ad quem spectat speciatim emprosthotonos, opisthotonos, aliique peculiares spasmi. In *emprosthotono* musculi ad anteriora corpus flectentes tenduntur, obrigescunt, atque adeo illud antrorsum incuruant. *Opisthotonos* demum est, quando corpus ad posteriora contrariam ob caussam reuoluitur, inflectiturque **). His tribus potissimum modis spasmo obrigescere corpus humanum, docent medici, negantque aliter incuruari posse, aut solere. Exempla

tamen

tamen adducit ex VALSALVA MORGAGNIVS a) spasmi cujusdam, quo in latus corpus***) flectebatur. Ante VALSALVAM vero aliqua ejus indicia vidit FERNELIVS b) in aegroto quodam, qui *quotannis, hieme dumtaxat, sed bis, terue quotidie* spasmis affligebatur variis. Ejus *caput primum* in accessu *vibratione quadam ex interuallis contorquebatur; hac sensim malum per ceruicem frigoris sensu deuoluebatur: cumque inter scapulas* irrueret, *illaesa mente, integrisque sensibus opisthotono corpus rigebat.* At cum *in alterutrum latus, aut in brachium, aut in crus decurreret, ita arcte id protinus contrahebatur, vt nulla adstantium vi exporrigi,* extendique *posset.* HAENIO vero obtigit obseruare virum *tetano c)* laborantem, qui *aliquoties sinistrum in latus contractus fuit,* itemque *mulierem, quae a violenta colli contorsione obstipo capite laborans per interualla in laeuum latus sic incuruabatur, vt romanam literam C referret.* Hanc tetani speciem vocauit ipse *pleurothotonon,* quartoque loco ponendam contra MERCVRIALIS et SORBAITII opinionem jure concludit. Alii hanc speciem *tetanum lateralem* appellant. *Pleurothotonos, siue tetanus lateralis.*

*) Caput antrorsum flectunt musculi *sterno-mastoideus, cleido-mastoideus, rectus anticus major, rectus anticus minor:* collum *longus colli;* spinam *psoas paruus;* femur *psoas magnus,* et *iliacus internus.* Quorum vtrinque vnus est.

**) Caput retrorsum flectunt *splenius capitis, biuenter ceruicis, complexus, trachelo-mastoideus, obliquus superior, rectus posticus major, rectus posticus minor.* Hi quoque duplices sunt, vtrinque vnus. Collum tria paria, *splenius colli, spinalis ceruicis, interspinales ceruicis.* Spinam *sacrolumbalis,* seu *lumbocostalis, multifidus spinae, longissimus dorsi, spinalis dorsi, interspinales dorsi, interspinales lumborum.*

a) *De sed. et caus. morb. Epist. X. n. 2.* an ejusmodi inflexio, quia die quinto, quo obiit aeger, incidit, a resoluto opposito latere repetenda?

***) Ad latus flectitur caput a *recto laterali;* collum *ab intercostalibus prioribus,* et *posterioribus,* a *scaleno quadruplici,*

plici, antico, postico, tertio, et quarto; spina e quadrato lumborum, ab intertransuersalibus dorsi, et lumborum etc. Vid. PLENCK. Prim. Lin. Anatom.

b) De Part. morb. et sympt. l. V. cap. 3. p. 135. n. 30.
c) Rat. med. T. X. cap. IV. p. 135.

§. CCXLIV.

Spasmus cynicus. Spasmus cynicus labiorum morbus est. Si enim labia, musculis faciei contractis ex vno latere, vel etiam ex vtroque, aures versus adducantur, osque canis ringentis quodammodo exhibeant, spasmus cynicus, quem alii oris distortionem vocant, teneri dicuntur. A spasmo cynico haudquaquam differre quibusdam videtur risus sardonicus, cum hunc quoque in eadem oris distortione consistere ii putent, aut si quam intercedere differentiam largiantur, in eo tantummodo sitam volunt, quod in risu sardonico aegri etiam delirent. Morbus quippe est, quem sardonia herba, siue apium risus, (ranunculum sceleratum quidam ex Botanicis vocant) inferre creditur. Vtcunque sit, eorum nobis opinio magis probatur, qui risum sardonicum tum fieri existimant, quando maxilla inferior vna cum linguae laryngisque musculis voci, et loquelae famulantibus conuellitur, succutiturque in ridentis modum. Saepe ab hac caussa in hystericis affectionibus, concurrente etiam thoracis, ac diaphragmatis spasmodico motu, risus immodicos, cachinnosque effusos videre est, quin sardonia herba comesta incusari possit.

Risus sardonicus.

§. CCXLV.

Strabismus. Strabismus ea est oculi spastica inuersio, qua axis opticus, vt ait SAVVAGESIVS a), diuergere cernitur. Fit autem id mali genus, si musculi oculum mouentes inaequaliter tendantur, vel eorum aliquis vehementius conuellatur. Trahitur enim ad eam partem oculus, quae conuulso musculo respondet.

Strabi-

Strabismus ea est etiam oculorum praua directio, quam, aliquo ex eorum musculis paralysi tacto, antagonista praeualens efficit; verum haec strabismi species rectius ad paralyticos, quam ad spasticos, et conuulsiuos morbos pertinet.

a) *Nosol. Cl. IV. Ord. I. Gen. I.*

§. CCXLVI.

Obstipum caput, siue *obstipitas* adesse dicitur, cum colli spasmus caput immobile reddit, aut praeter naturam flectit, vt in eo positu obrigescat. *Spasmum* vero *physodem* efficit subitanea, fugax, dolorifica vnius, aut plurium musculorum in aliqua parte contractio, quae frequentius in manibus, et pedibus, aut cruribus cum molestissimo cruciatu contingit. In ea prout extensores, aut flexores musculi afficiuntur, membrum vel tenditur, vel contrahitur vehementer. A flatibus nomen accepit, quod eum ab his gigni veteres putabant. Penis demum rigida, pertinax, inuoluntaria, incommoda, et molesta tentigo, *satyriasin*, et *priapismum* constituit: illa cum concubitus desiderio conjungitur; hic sine eo esse potest, vt supra jam indicauimus.

Obstipum caput. *Spasmus physodes.* *Satyriasis, et priapismus.*

§. CCXLVII.

Ad spasticos, conuulsiuosque motus (§. CCXLI.) pertinere quoque possunt *suffocatio hysterica*, *globus* ad guttur in foeminis, et viris hypochondriacis adscendens, *hystericus* ideo aut *hypochondriacus* dictus; *singultus*, *vomitus*, *tussis*, *angina*, et *aphonia conuulsiuae*; interdum *asthma*, interdum cordis *palpitatio*, interdum *incubus*, siue *ephialtes*, *trismus*, siue stridor dentium, siue etiam valida maxillae inferioris ad superiorem adductio, et *), vt ita dicam, adpressio; nam vtrique symptomati denotando adhiberi nominis video; palpebrarum, oculorumque clonici motus, vti *nictatio*, itemque *oscitatio*, *pandiculatio*,

Suffocatio hysterica. *Globus hystericus.* *Singultus.* *Vomitus.* *Tussis.* *Angina.* *Aphonia.* *Asthma.* *Cordis palpitatio.* *Incubus.* *Trismus.*

Nictatio. Oscitatio. Pandiculatio. *latio*, atque aliae affectiones hujusmodi, quae plerumque aliorum morborum symptomata esse solent.

*) Morbus est neonatis, atque infantibus non infrequens, saepeque mortalis.

§. CCXLVIII.

Diuisio. Itaque spastici, ac conuulsiui morbi diuidantur necesse est in *vniuersales*, et *particulares*, in *internos*, et *externos*, in *primarios*, et *secundarios*, in *idiopathicos*, et *sympathicos*, et *symptomaticos*, et sic porro. Interiores autem partes aeque, ac exteriores, conuelli frequentissime, atque inde innumeras affectiones, quas flatibus olim, vaporibus, atque vtero tribuebant, profluere, nemo vnus, qui corporis humani fabricam, et functiones nouerit, vnquam inficiabitur. Corpus demum vniuersum motibus *clonicis*, siue *conuulsiuis* quando ita premitur, vt sensus, et loquendi potentia illaesi maneant, *simplex* tum *neruorum distentio*, siue *conuulsio* esse dicitur: distinguique haec a vera debet, ac perfecta epilepsia, in qua totum vtique corpus conuellitur, sed interni, externique sensus omnino feriantur, et cessant, vt infra patebit.

Simplex neruorum distentio quaenam?

Caussae.

§. CCXLIX.

Caussa proxima. Princeps, atque, vt loquuntur, proxima horum omnium morborum caussa *) est violenta, atque inuoluntaria contractio musculosarum partium vel omnium, aut quarumdam tantummodo, prout vniuersum corpus, aut partes quaedam afficiuntur: quam induci ab *aucta* praeter naturam *irritabilitate Halleriana*, verisimillimum est. Haec autem in clonicis motibus vel inaequaliter, et per interualla musculos quosque, vel alternatim antagonistas solum; in tonicis vero vel assidue, et conti-

nente

onter omnes, vel alterutros dumtaxat ad se se con-
ahendum impellit. Animaduertendum tamen est,
on semper requiri, vt vis irritabilis supra naturae
odum increscat; sed interdum sufficere, eam in
ntagonistis sic imminui, vt integri musculi languen-
bus, ac quodammodo laxatis robore, et nisu suo
raestent.

*) Ex BOERHAAVII, ejusque discipulorum sententia, in
uibus eminet ANTONIVS COCCHIVS doctrina et nominis
elebritate spectatissimus (*Bagni di Pisa* cap. 4. p. 202.),
asmorum, et conuulsionum caussa proxima statuitur in
aequali liquoris cerebrosi distributione, vel ex cerebri
sius vitio organico, vel ex irritatione per neruos aliunde
l cerebrum propagata, vel copia, et diathesi aliorum hu-
iorum turbata.

§. CCL.

Augetur autem *irritabilitas*, siue vis muscularis *Quot modis irritabilitas augeatur?*
el nutu voluntatis, vel sensorii communis condi-
one, quae ad naturale sensuum, et motuum ex-
citium requiritur, subuersa, vel sanguinis, alio-
imque liquorum per cerebri, neruorum, aut mus-
ilorum vasa circuitu hinc illinc deficiente, aut in-
equali reddito; vel demum irritatione neruis, aut
iusculis illata. Quidquid igitur cerebrum, ner- *Caussae motae.*
os, musculosue praeter naturae leges commouere,
ellicare, vel quouis alio modo percellere potest, vt
nnes, aut aliquae partes ad motum, contractio-
emque citra voluntatis imperium concitentur, erit
ioque caussa remota motus aucti, atque adeo con-
ulsionum cujusuis generis.

§. CCLI.

Ex remotis vero caussis aliae sunt proëgumenae, *Remotarum aliae proëgumenae, aliae procatarcticae.*
catarcticae aliae. Ad proëgumenas refero pri-
n natiuam, aut acquisitam irritabilitatem majo-
, quam esse communiter soleat; sensibilitatem
imam; temperamentum sanguineum, et bilio-
sum;

sum; habitum corporis tenuem, teneramque fibrarum omnium constitutionem; capitis malam conformationem; peculiarem a parentibus ductam ad neruorum affectiones procliuitatem; grauiores animi affectus, diuturnasque sollicitudines; veneris, vini, rerum salitarum, acrium, aut acidarum abusum. Sed ita constituta haec sunt, et comparata, vt non modo proëgumenarum caussarum, verum etiam procatarcticarum interdum vice fungi queant.

§. CCLII.

Procatarcticae. In procatarcticarum censum potissime veniunt ira; terror; tristis nuntius; hypochondriorum, vteri, aliorumque abdominis viscerum labes; odoramenta acuta; halitus venenati; acres, aut putridi humores intra caluariam, aut vertebrarum thecam congesti, effusi, stagnantes, qui cerebrum, cerebellum, medullam oblongatam, spinalemque irritant; atque id omne tandem, quod peculiari modo sensibilissimas medullae cerebri, neruorumque fibrillas pungere, vellicare, vrgere, distrahere, aut immo labefactare, aut sanguinis, lymphae, succique neruei alluentis circuitum in cerebri, spinalis medullae, gangliorum, neruorum, et musculosarum partium vasis incitare, aut retardare, aut inordinate, inaequaliterque promouere potest *).

*) Cl. HALLERVS (*Elem. Physiol. T.* 4. *l.* 10. *sect.* [illegible] §. 27.) haec apposite scripsit: *Cerebri medulla certe ali*[illegible] *profundius irritata per vniuersum corpus horridae c*[illegible] *siones cientur, vti dudum excitauimus. Experimenta* [illegible] *vimus, sed morbi similia faciunt. Conuulsiones super*[illegible] *visae sunt a cerebro compresso* (BLANCARD. op. chirurg. 556.), *et vulnerato* (KAAVW. n. 325.); *a cerebri vesi*[illegible] *aqua plenis* (SAVIARD. obseru. 89. APPERLEY obs. 118. BONET. Prodrom. anat. pract. c. 76. de conuulsionibus observ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. BARTHOLIN. cent. III. 80. RHOD. cent. I. observ. 49. HARDER. APIAR. obs. [illegible] *cum scirrhis plexus choroid.*, (WILLIS p. 131. 114) *con*

coniuncta repletione vasorum meningum (Idem Consult. p. 174. 175., BONET. obs. 11. 12. 22. addit. obs. 1.), *etiam* solis (Idem FORST. de sens. intern.); *ab hydrocephalo* (SEVERIN. Chirurg. effic. P. 2. p. 125. CONRING. Herm. med. p. 12. BARTHOL. hist. 80. cent. 3. CORVIN. hern. cerebr. p. 12.); *a sanguine mero, sed nimio in cerebrum compulso* (KLOEKHOF de frig. nerv. inim. Mém. pres. T. 3. p. 452.); *a grumoso in ventriculo quarto sanguine* (TVRNER. Case of surg. p. 42.); *a pure in cerebro* (WILL. l. c. p. 52.), *eiusque ventriculis; a sanie, et muco in iisdem ventriculis* (BONET. l. c. obs. 13. 33.): *a cerebri parte consumta* (ARCAEVS p. 50. TVLPIVS l. IV. c. 1. BONET. obs. 19. 21. MANOCHAL. Mém. de l'Acad. de Chir. T. I. P. 2. p. 154. 155.), *aut scirrhosa.* (FANTON. observ. 20).

§. CCLIII.

Huc spectant arthritica, rheumatica, scorbutica, venerea, atrabilaris, exanthematica, vlcerosa, febrilis, aut cujusque similis alterius indolis materies, acritasque; pleraque ex venenis medicamenta, ex hydrargyro, aut stibio depromta; exspirationis, sudoris, scabiei, crustae lacteae, tineae, herpetis, impetiginis, vlcerum, fonticulorum, aliarumque consuetarum excretionum retrocessus, retentio, exsiccatio; liquores seminales exuberantes, acres facti, corrupti; pus, sanies, lotium, serum, atque alia his affinia, quocunque modo siue per vasa, siue per cellulares telas, siue per membranas quascunque proxime neruis, musculis, spinali medullae, aut cerebro ipsi admoueantur, incumbantque.

§. CCLIV.

His addendae.

His (§§. CCLII. CCLIII.) addendae quoque sunt vigiliae nimis protractae; quaecumque affectiones dolorem acerbiorem inferentes; febres malignae, exanthematicae, putridae; vulnera; neruorum puncturae; fibrarum sensu praeditarum ex parte tantummodo sectio, reliquis integris distractis, nec sa-

 tis

tis vim, pondusque aliarum sustinere sine cruciatu potentibus; exostoses; caries; ossa diffracta; horum acuta spicula; aliena innata, immissa, illapsa; aëris subitae, et graues mutationes; acre frigus susceptum; atmosphaera aestuans, tetris, noxiisque halitibus onusta; ebrietas; ciborum insalubrium, puta fungorum, esus; plethora quaecunque, et huic contraria vacuitas, et ingens humorum jactura; cacochymia; praua primarum viarum saburra, praesertim in pueris, infantibusque; aluus adstricta; meconium restitans; lac nutricis victu, aut animi motibus vehementibus vitiatum, aut acescens factum, aut in ventriculo, atque intestinis acidum factum; vermes; dentitio; variolosum, morbillosum, miliare, scarlatinum, aliudue malignum miasma. Non paucis opinio insidet, risum sardonicum, aliasque faciei conuulsiones potissimum a diaphragmatis inflammatione, aut aliis ejus laesionibus oriri. Sed apud I. HENRIC. RAHNIVM a) videre est obseruationes, quibus demonstratur, spasmos ejusmodi cujusuis etiam alius visceris, quod neruos ab intercostali pari recipiat, vitiis, et laesionibus gigni posse.

a) *Comment. Lips. Vol. XVIII. p.* 454.

§. CCLV.

Caussae Tetani magis propriae.

Hactenus de communibus omnium spasmorum, et conuulsionum caussis. Nunc eas persequar, quae Tetani, ejusque differentiarum, et graduum sunt magis propriae. In his frequentiores censentur asperrimum frigus; potus gelidus aestuanti corpori ingestus; subitus e loco calido in frigidum transitus; somnus sub dio, et corpore humi protenso captus, in primis humidiore in loco, et post largiorem liquorum fermentatorum potationem; febres acutae; vulnera capitis; ictus vehementes; contorsiones, contusionesque ceruicis; punctura,

aut

aut laceratio partis neruosae, tendineae, musculosae; ossium luxationes, et fracturae; membrorum amputationes; vini amplior vsus in sauciatis; ichor, sanies, pus retentum vulneribus exsiccatis, aut justo citius cicatrice obductis; abortus; serosa acris colluuies; putrida cocochylia primarum viarum; vermes multi, magni, teretes ventriculum, et duodenum occupantes; diaphragmatis vulnera, similesque caussae *).

*) Tetani species omnes sunt populis calidiorum regionum familiares. Caussae manifestae in infantibus plerumque censentur meconium retentum, saburra gastrica, vermes; in adultis incauta post calorem, aestumque refrigeratio, sed saepissime exiguum vulnus, vel punctura; ex qua decimo, vel decimo quarto die post accedit spasmus, vulnusculo vt plurimum jam sanato. WILLIAM HILLARY *Observat. on the Changes of the air. Lond.* 1759.

§. CCLVI.

Sedes morbi ex anatome.

Anatome detexit, praecipuam sedem morbi, quando primarius, atque idiopathicus est, cerebrum esse, et spinalem medullam, sed frequentius, et certius hanc postremam. Id jam cognouit FERNELIVS, deinde confirmauerunt plures alii. LIEVTAVDIVS in spasmis, ac conuulsionibus, in quibus sensus, et linguae vsus seruatur, medullam spinalem affici non dubitat; atque inter ejus inuolucra vt plurimum humorem aqueum effusum reperiri affirmat *a*). Eamdem tuetur sententiam BILFINGERVS, imo supremam medullae spinalis partem speciatim laborare existimat, et, si vnquam in cerebro vitium fuit, ex eodem in medullam spinalem illud propagari *b*) contendit. In viro, quem inter alia postremis vitae diebus excruciauerant *superiorum artuum tonicae conuulsiones per interualla* recurrentes, *cranii fornice, et subjecta crassa meninge ademtis, paucae effusi sanguinis guttae supra tenuem meningem sub*

 vertice

vertice conspectae sunt prope latus sinistrum longitudinalis sinus: vasa autem, quae per eamdem hanc meningem, hemisphaerium cerebri dextrum conuestientem, reptabant, valde erant sanguine distenta, et nigricantia. In anfractibus cerebri totius stagnabat aqua ferme limpida. In ventriculis aquae vix aliquid. At multa ad magnum occipitis foramen sic, vt pronum esset intelligere, illac in spinae tubum non defluere potuisse, ex quo reapse mox effluxit, cum spina ad imam thoracis partem dissecta c) est. Obiit ex Tetano in Nosocomio Bononiensi ann. 1752. vir sanissimus, et optimo corporis habitu praeditus, qui in morbum ex suscepto post largam vini potationem ingenti frigore inciderat. In cadauere ejus dissecto inuenta est intra duram, et piam matrem, qua medulla spinalis cingitur, magna vis seri viscidi, *et flavescentis d)*. Obseruationem apprime similem habet Cl. ZVLATTVS *d**) de Tetano ex eadem propemodum caussa nato in quodam pistore, in cujus cerebri ventriculis, et tota fere medulla spinali inventum est serum viscidum, flauum, et non nihil acre. In sectione hominis opisthotono defuncti, cujus historiam nobis reliquit BONTIVS *e*), apparuerunt cerebri ventriculi materia viscida, glutinosa, lutea, vitello oui persimili, et non parum foetente oppleti. Serum quoque, perpaucum quidem, sed *salsum* in sinistro cerebri ventriculo reperit cujusdam juuenis, quem Tetanus confecerat, Cl. VALSALVA *f*). In aliis vasa tenuis meningis turgida, et sub eadem humor gelatinae instar occurrerunt *g*). Vasa item piae matris supra lobum posteriorem vtrumque, sed magis sinistrum, infarcta sanguine in cadauere tetano peremti ita erant, vt purpurasceret. Sub eadem tenui meninge stagnabat humor lentus, albidus, ad vtrosque lobos late effusus. In occipite vero ad cerebelli basin seri rubelli

belli cochleare deprehensum est, referente HAENIO *h*). Sed in his postremis obseruationibus nulla fit de spinali medulla commemoratio. Si ea fuisset inspecta, aliquid fortasse, quod superiores confirmaret, exhibuisset. Postremo ex Cl. MORGAGNII monito non tantum ad copiam humoris effusi, aut stagnantis, sed potius ad acrem; irritantemque naturam his in casibus attendere oportet.

a) *Précis de Médec. Malad. intern. de la têt. livr. I. p.* 215. *b*) *De Tetano lib. singular. theoretic. practic. p.* 57. *et seqq. Lindauiae* 1763. *c*) MORGAGN. *Epist. anat. medic. X. n.* 13. *d*) DALL'ARMI *Sagg. di Medic. Prat. P.* 2. *p.* 92. *d**) *Miscell. di var. letterat. T.* 2. *p.* 147. *e*) *De medic. Indor.* *f*) MORGAGN. *epist. cit. n.* 2. *g*) *Ib. n.* 19. *h*) *Rat. med. P. X. cap.* 3. *p.* 123. *et seqq.*

§. CCLVII.

Tetani diuisiones.

Tetanus, vt reliqui morbi conuulsiui (§. CCXLVIII.), vel vniuersum corpus tenet, vel aliquas partes dumtaxat. Hinc prima ejus differentia oritur, qua distinguitur in *vniuersalem*, et *particularem*. Vniuersalis iterum vel est *exquisitus*, vel *non exquisitus*. Ille acutorum instar repente, et cito aggreditur, et decurrit; hic lente, et pedetentim. Ille igitur subitaneus, breuis, acutissimus est; hic successiuus, habitualis, recurrens, et recidiuus *a*). Vterque, siue vniuersalis, siue particularis sit, exquisitusque, vel non exquisitus, differt ratione sedis caussarum, atque originis. Nam modo *idiopathicus* est, modo *sympathicus*; modo *protopathicus*, siue primarius, modo *deuteropathicus*, siue secundarius, aut *symptomaticus*. Caussae etiam ipsae differentias aliquas faciunt, quae a quibusdam tamquam species habentur, cum tamen reapse non sint, nisi simplices varietates, quas sane praestabit omittere, ne earum numerus sine necessitate nimium increscat*). *Differentiae.*

Quomodo inuadat.

Plerumque sine febre accedit, et perstat; interdum febris

febris superuenit, et saepe eum soluit. Interdum ipsa antecedit; quo fit, vt pro signo indiuisibili haberi ea nequeat. Illud potius perpetuum est, quod dolor acerbe, et quasi per subsultus partes spasmo correptas discruciet.

a) CHRIST. LVDOV. BILFINGER. *l. c.*

*) Exstat in *Rat. med. T. X. p.* 115. HAENII Dissertatio *de Tetano.* Ibi §. *VII. p.* 182. aliquot ejus historiae medicae de Tetano referuntur; sed non omnes ad Tetanum spectare mihi videntur. In *hist.* I. mandibulae immobilitas ex angina memoratur. Dubito, vtrum verus tetanus, et vera conuulsio ea fuerit? Dubito etiam, an maxilla immobilis in *historia quarta (pag.* 189.) descripta conuulsione esset, aut potius anchylosis ex lue venerea, quae certe non aberat? Dubium mihi pariter subit, num maxilla immobilis (in *hist. quinta p.* 190.) reddita spasmo tribuenda sit, cum ex tumore, et carie antri higmoriani, a quibus musculi temporales, et masseteres tendi, torquerique potuerunt, repeti posset. Tetanus certe non fuit, sed rheumaticus, arthriticusue affectus, quem *historia sexta p.* 192. exhibet. Etenim si, quoties partes aliquae rheumatico humore infestantur, dolent, rigent, immobilesque fiunt, toties tetano eas correptas diceremus; profecto tetanus non rarus morbus, sed frequentissimus, obuiusque esset 1).

1) Non negandum tamen est, interdum Tetanum tam phaenomenis, quam exitu, et curationis ratione adeo cum rheumatismo acuto affinitatem habere, vt *rheumaticus* tunc dici possit. Id nuperrime indicauit, docuitque Cl. JO. BAPTISTA MARZARIVS Medicus Taruisinus, jam aliis ingenii, et scientiae medicae documentis editis notus, peculiari obseruatione, quae exstat in nouo Diario Medico Veneto T. 2. n. V. p. 176.; dignaque est, vt legatur, vtpote quae continet consectaria quaedam non minus noua, quam Clinicis apprime necessaria. Fatetur tamen, Tetanum ad neruosos affectus generatim spectare, vt ex ejus epistola tertio idus Mai. an. 1785. ad me data palam colligitur.

§. CCLVIII.

Signa Tetani imminentis. Quando Tetanus lente, et velut ex insidiis adoritur, non facile praeuideri potest, nisi vulnus, aut

aliae

aliae cauſſae, ex quibus oriri conſueuit, anteceſſerint. Plerumque tamen appropinquantem morbum indicant grauatiuus capitis dolor; oculorum caligo; lipothymiae; ſyncope, moleſtus ad ſcrobiculum cordis, aut ſub cartilagine enſiformi ſenſus, a quibuſdam pro pathognomonico ſigno habitus; tremores; et pectoris, abdominiſque alternantes ſubſultus. Sed certius indicium eſt, cum rigor jam aliquod membrum prehendit, puta collum, maxillam, aliamue partem. Vbi vero jam morbus praeſens eſt, riget totum corpus, vt inflecti nequaquam poſſit, quemadmodum jam ſupra (§. CCXLIII.) expoſui, maxillae firmiſſime clauduntur, fauceſque non arctantur modo, vt quaeuis ingeſta per nares redeant, verum etiam tendi, atque obdurari videntur. Senſus plerumque ſuperſunt; interdum tamen, ſi grauiſſimus caſus ſit, abolentur. Corpus friget, interdum ſudore frigido perfunditur; pulſus paruus, lentus, debilis, depreſſus percipitur; nonnunquam concitatur vt in febre; reſpiratio, in primis vbi funeſtum exitum res comminatur, anxia, difficiliſque eſt; oculi defixi manent; facies vt plurimum pallet, quandoque rubet, ſi HIPPOCRATI, atque ARETAEO credimus; vrinaeque etiam ſupprimuntur, aut certe parcius fluunt. Simul ac vero aegri incipiunt jactari; ſtuporem, et formicationem in membris queri; pruritum, doloreſque lancinantes huc illuc percipere; ſolutionem proximam fore indicium eſt. Solutum demum morbum ſubſequuntur faucium ſiccitas, calor, mador, laſſitudo, et quaedam in abdomine inquietudinis *a*) perceptio.

Signa praeſentis.

Signa ceſſaturi.

a) BILFING. *l. c. p.* 47.

§. CCLIX.

Quomodo differat a catalepſi, aliiſque affectibus.

Neque hoc morbi genus confundi licet cum catalepſi, aut paralyſi, aut rheumatiſmo grauiori, aut conge-

congelatione, aut anchylosi, similibusque affectibus. Nam neminem fugit, in catalepsi, et paralysi corpus flecti, vt nobis libuerit, facile posse, nec vero vllo modo rigere, vt in tetano; quod discrimen luculentins apparebit, si vtriusque morbi jam tradita (§. CCLVIII.) descriptio cum notis (§§. CCXLIII. et CCLVIII.) conferatur. In rheumatismo vero graviori non deest mouendi potestas, sed tumor partium, musculorum, aut ligamentorum inflammatio, dolorque ad quemlibet motum acerrimus impediunt, quo minus libere mouendi facultas exerceatur. In anchylosibus etiam cuique perspicuum fit, motum deficere non rigore, et spasmo musculorum praeter naturam, et voluntatis jussum contractorum, sed vitio articulationum ipsarum. Quis vero ex frigore congelatos non distinguat a tetano correptis? Corporis algor summus, respirationis, et pulsuum defectus, altus veluti sopor, et stupor, membrorum, si vi flectantur, nulla restitutio ad pristinum statum, caussaeque antecedentes congelationem satis patefaciunt. Cauere etiam oportet, ne pro tetano, siue spasmo maxillae inferioris, siue trismo tonico accipiatur *trismus rheumaticus*, quem facit rheumatica materies circa musculos, articulationemque maxillae congesta, aut *trismus* a tumore parotidum, aut ab inflammatione synanchica genitus, aut *trismus vlcerosus*, aut *anchyloticus*, quem scilicet vlcera oris, et faucium; cicatrices, abscessus; genarum, aut mandibularum ad angulos coalitus, aut etiam anchylosis, aut alia manifesta caussa inducit. In his enim singulis inspectio oris, et musculorum maxillam mouentium mollities discrimen facile detegunt *).

*) At legendus est absolutissimus, et labore prope indicibili conscriptus WENCESLAI TRNKA DE KRZOWITZ *S. R. I. Equit. in Regia Vniuersitate Tyrnauiensi Anatomes Profes.*

fessoris Pub. et Ordinarii Commentarius de Tetano plus m ducentis clarissimorum medicorum obseruationibus, nec omnibus hactenus cognitis aduersus Tetanum remediis ructus. Vindobonae 1777. *in* 8. *pag.* 465. In hoc enim nia, quae tum a veteribus, tum a recentioribus, nurimisque scriptoribus de Tetano edita sunt, in vnum lecta, ac ordinate digesta reperies.

§. CCLX.

Reliqua demum signa diagnostica tam *tonicarum*, am *clonicarum* affectionum cum ex superioribus teant, non est, cur hic repetantur. Illud solum jiciam, eos, qui conuulsiuis morbis conflictantur, iuersim modo pallere, modo rubore suffundi, odo vehementius incalescere, modo frigere, et iandoque sudoribus manare; vrinasque modo in supprimi, modo vberiores, crebras, et tenues itti; aluum vero modo pertinaciter claudi, mo- praeter morem, et modum laxari. Restat po- emo, vt motus, quos conuulsiuos dicimus, a *tre- re* discernantur. Hic motum quemque volun- ium comitatur; illi inscio, quiescente, nec qua- aduertente aegro plerumque fiunt. Tremor im, etsi veluti gradus quidam conuulsionis habe- possit, a facultatis tamen motricis imbecillitate, equalique neruorum in musculos actione saluo erim voluntatis imperio proficiscitur. In vera em conuulsione abest motus voluntarius, non ita nen, vt in paralysi, in qua membrum resolutum, motu carens trahi, et quoquo versus flecti po- t: in conuulsione, quia tensum, aut contractum, e violentia, et doloris tormento non potest. *Signa morborum conuulsiuorum communia.*

EPILEPSIA.

§. CCLXI.

Quoniam morbis conuulsiuis epilepsiam supra CCXLII.) adnumerauimus, ejusque tractationem

 paullo

paullo fusiorem polliciti sumus; hoc loco fid datam praestabimus, naturam morbi non infreq tis, et saepenumero permolesti, caussas, ac si quoad tamen fieri potest summatim, explican

Descriptio epilepsiae. Itaque qui hoc morbo capiuntur, in terram rep te concidunt, toto corpore quatiuntur, sensu om destituti, sic vt epilepsia proprie dicta definiend

Definitio. *sensuum omnium tam interiorum, quam exter subitanea interceptio cum violenta, alternaque mu lorum prope omnium voluntati famulantium con ctione, et relaxatione, plus minus perdurans: tandem homo ita affectus ad pristinam integrit et quietem redeat, quid ei contigerit, plane ignarus, nescius.* Atque haec est *vera*, et *perfecta epilep* siue, vt aliis nominatur, *morbus sacer, herculeus, vinus, lunaticus, comitialis, caducus,* et *puerilis* Hodie vero tale nomen illi tantummodo affec tribuendum volunt, qui per vices reuertatur, diuturnus, siue chronicus vere sit; nam rec transeuntem, nec iterato reuertentem mal *lampsiam* nominare; qualis est in primis illa, quam pueri ex dentitione, aut ex retento meco aut ex varioloso, aut morbilloso miasmate incid quin tamen, ea caussa sublata, eidem obnoxii fi

*) Epilepsia dicitur etiam ἐπιληψία ARISTOTELI, HIPPOCRATI, videlicet quasi comprehensio, aut corre Credebant enim veteres, epilepticos a daemone corripi, enormiterque agitari, et quati. Morbum qu *sacrum* dixere, quod nequiret humana arte tolli, vina; vel quod sedem animae occuparet; vel quod Graecorum mos esset, quidquid magnum e crum vocare. Apud ipsos enimuero saepe *sacr* magno est. Hinc *sacra nox*, *ancora sacra* apud RVM. Praeterea *sacer* valet, ac exsecrabilis, vt apud GILIVM: *Auri sacra fames quid non mortalia* etc. SO tamen *sacer*, et *major* morbus perinde est. *Her* etiam nuncupatur, quod eodem laborauerit Hercules, quod inuincibilis fere deprehensus sit. Sic eum quo voc

ſtauit ARISTOTELES. *Diuinum* placuit PLATONI eum
cere, quod diuinam animae partem in eo diſcruciari
edidit. Multis porro de cauſſis *lunaticus* audit, ſed po-
ſſimum, 1. quia interlunio nati ſaepe eidem obnoxii viſi
nt; 2. quia phaſes lunae ſequi creditur; 3. quia a luna
ı flagitioſos homines poenae loco infligi putabatur. Sed
miſſis priſcae theologiae deliramentis, tanta fuit ſemper
e lunae influxu in hunc morbum apud omnes perſuaſio,
t epilepſiam idiopathicam in ſolis, et lunae coitu corripere
ſcripſerit RIVERIVS (*cap. de epilepſ.*), nec dubitauerit no-
ſtra hac aetate MEADIVS (*De imper. ſol. et lun.*) non modo
eterum opinionem propugnare, verum etiam obſeruatio-
es adducere, quibus oſtenderet, eam creſcente luna, at-
ue in ipſo maxime plenilunio ſuas acceſſiones repetere.
Denique *comitialis* morbus dictus eſt, quod, quotieſcun-
que aliquis in comitiis eo perculſus prolabebatur, vt ma-
gna in hominum frequentia vix vitari poteſt, comitia re-
igionis ergo interrumpebantur: *caducus* demum ex caſu;
uerilisque, quod pueris in primis infeſtus eſt.

§. CCLXII.

Fere eadem, quae apoplexiam, epilepſiam quo- *Signa praenuncia.*
ue antecedere conſueuerunt, nimirum capitis gra-
itas, vertigo; aurium tinnitus; ſcintillae oculis
obuerſantes; linguae tarditas, ac difficilis inflexio;
omnus profundior, vel inſolitae vigiliae; ſomnia
urbulenta; inſueta triſtitia; aut ad iram propen-
io; obliuio; torpor; ſtupor; tremor; ſternuta-
nenta; oſcitationes crebrae; vberior ſaliuae fluxus;
auſea; aut contra fames, auctuſue appetitus; odo-
is tetri, aut alieni, et falſi perceptio; pectoris, gut-
uris, ventriſque conſtrictio; muſculi alicujus dis-
ractio; ſcapularum dolor; cordis palpitatio; op-
preſſio; anguſtia; vrina aquea, et cruda. Non
ullos paullo ante morbi acceſſionem corripit ali-
ujus particulae dolor, vel ſpaſmus phyſodes, ſiue
rampus, vel aurae frigoriferae veluti adſcendentis
erceptio. His ſaepe indiciis praeſentitur futura
cceſſio; interdum tamen ſine vllo ſigno, et repen-
e, ac clanculo inuadit.

§. CCLXIII.

§. CCLXIII.

Signa praesentis jam epilepsiae.

At vbi jam malum accessit, homo tum sul corruit sensuum expers; motibus clonicis conc tur; subinde immobilis fit, iterumque conuellit facie rubet; pallescit; liuet; intumescit; lingu quae dentibus intercepta saepe discerpitur, ore ferit; et in grauiori casu alui excrementa, vrina semen inscius, inuitusque emittit *). Pulsus, q plerumque fortis, magnus, et creber est, alter euanescit, reditque; oculi modo aperti, et defi haerent, modo mirifice contorquentur sic, vt raro, discusso etiam paroxysmo, lusci, et torui maneant. Non nullis in gutture, et pectore sibi lus, ac stertor excitatur; aliis singultus, aut vomi tus accedit; plerisque spuma ex ore, et naribus praesertim sub accessionis finem, erumpit, sudor que e capite, e collo, aut etiam vniuerso e corpo emanat. Interdum mirae, et rarae incidunt mem brorum commotiones, gesticulationesque; nec sunt quibusdam accessione inuadente ejulatus, v ciferatio, clamor, aut verba quaedam confusa, at que obscura. Tanta vero saepe est membrorum agitatio, ac conuulsio, vt vel robustis, ad hominibus distorqueantur, ac luxentur a). Vi in nobili foemina maxillam inferiorem ita diductam et e sua sede excussam, vt finito paroxysmo os cl dere, nisi restituta in suam sedem per chirurgi m num mandibula, nequiuerit. Aliam quoque v ginem patritiam curaui, cui, quotiescunque ep lepsia corriperetur (corripiebatur autem sing fere mensibus), humeri sinistri caput in axillae vum prolabebatur. Cessante denique horrido, te ribilique conflictu, quod in aliis post pauca min in aliis past longius spatium, imo in quibusdam p horas aliquot **) contingit, membra laxantur, et co quiescunt; oculi obscuri, et turbidi apparent; ven fronti

ontis, temporum, faciei, et colli non illico detume-
ant; mens ſtupet, ac torpet; labia nigricant, et li-
nt; lingua ſanguinem fundit; ſenſus, et motus
luntarii lente redeunt; ſed nulla eorum omnium,
ae acciderunt, ſupereſt recordatio, aut cognitio.
e capitis dumtaxat, pectoris, membrorumque do-
re conqueruntur, qui ſic ad ſe redeunt.

*) DVRETVS putabat, in epilepſia muſculos voluntati
ſeruientes contrahi; reſolui vero eos, qui ſponte mo-
uentur. At SWIETENIVS negat, excrementa ob reſolu-
s ſphincteres hic ejici; opinaturque, ideo excrementa
geri, quod actio validiſſima diaphragmatis, ac muſculo-
m abdominalium ſuperat reſiſtentiam ſphincterum, at-
ae eadem exprimit, excernitque. Reuera non ſenſim,
ed magna vi, atque impetu prorumpunt. *Comment. in*
OERH §. 1077.

a) VAN SWIET. *ib.* §. 818.

**) Iuuenem ſacerdotem tenerioris habitus vidi, qui in
rtiſſimam epilepſiam ex graui animi aegritudine incide-
t. Is per horas prope viginti omnibus ſenſibus deſtitu-
s atrociſſimos motus, inſultuſque clonicos, vnos poſt al-
ros ſibi ſuccedentes, quin vnquam penitus deſinerent,
ſſus eſt. Iugularium ſectio iterata tandem eos compe-
uit.

§. CCLXIV.

Hactenus epilepſiam non modo veram, ac per- *Epilepſia imperfecta.*
ectam, ſed grauem etiam, et communiſſimam de-
ripſi. Quae enim cum aliquarum tantum par-
um motu clonico fit, quaeue non omnes ſenſus,
el non omnino ſupprimit, epilepſiam quidem no-
inandam eſſe concedimus, ſed leuem, atque im-
erfectam. Sunt praeterea quidam veluti ad eam
radus, in quibus vix, aut per momentum ſolum-
odo ſenſus intercipiuntur, vixque vllus motus
nuulſiuus, aut ſane leuiſſimus vna concurrit, aut
gri ſtant, nec humi procumbunt; hos *inſultus* *Inſultus epileptici.*
ctius epilepticos, quam epilepſiam dixerim. Ab
is vero pedetentim, ac gradatim, ſi negligantur,
ad

ad epilepsiam primum leuiorem, deinde grau
ac perfectam fieri solet transitus. Video etia
quibusdam rarissimos non nullos casus narrari,
que ad hoc morbi genus referri, dum tamen eo
non pauci ad somnambulismum, aut ecstasin,
anaesthesiam, aut hysterismum, aut ad complic
neruorum affectiones spectare nobis videntur. S
his igitur dicere praetermittam, nemo velim
arguat negligentiae, aut inconsiderati consilii;
que minus, quod insolitae, mirabilesque ejusm
historiae apud obseruationum rariorum collect
non desint cuicunque earum cupido indagator.

Quidam affectus perperam epileptici habiti.

§. CCLXV.

Caussae. Quod ad caussas attinet, hae non aliae *esse possunt*
quam illae, quas generatim tamquam morboru
conuulsiuorum communes (§. CCXLIX. *et seqq.*) r
censuimus. Pro varia autem earum sede illa distinc
inprimis magni usus est, quae epilepsiam *idiopathic*
a *sympathica*, et *symptomatica* secernit. In idi
thica caussarum sedes ipsum caput est. A
in eorum, qui ex hac obierunt, cadaueribus
cerebrum inuenit callosum, aut flaccidum, aut
ruptum, aut in ejus ventriculis serum effusum,
in meningibus innata officula, aut in caluaria
stoses, gummata, cariem, aliaque id genus; in
dum tamen, MORGAGNIO testante, nullum m
festum vitium. Ceterum epilepsia, quae in ca
caussam, et sedem habet, certis quibusdam n
cognoscitur. Plerumque nulla sui praesensio
vadit, et fere semper cerebri male affecti, rel
partibus bene habentibus, indicia, puta cephal
diuturnam, crebram vertiginem, sensuum, et
tis hebetudinem, torporemque subsequitur, ve
se relinquit. Caussae etiam antecesserunt, quae
rebrum proxime affecerint, in primis terror, m
sta

Differentiae.

Sedes epilepsiae idiopathicae.

Signa epilepsiae idiopathicae.

[illegible]s, hereditaria labes, ictus, vulnera. Contra in [illegible]pathica, cerebro bene constituto, vitium ali[illegible]us partis ab eo dissitae occurrit, a quo aegri vt [illegible]rimum de imminenti ejus accessione admonen[illegible]. Hinc multiplices differentiae pro diuersa ori[illegible]nis sede ab auctoribus traduntur. Interdum stoe[illegible]achus, interdum intestina, aut hypochondria, [illegible]as vterus, aut pedum, aut manuum digiti, aut [illegible]uum extrema, aliaeque partes caussam suppedi[illegible]nt. Quarum caussarum etsi pernecessaria meden[illegible] cognitio sit, non tamen specierum numerum ad[illegible]get. A locis tamen, et caussis si nomina dedu[illegible]ntur, vt clarior fiat morbi distinctio, non repu[illegible]nauerim. Hinc *stomachica*, *hypochondriaca*, *me[illegible]ncholica*, *atrabilaris*, *verminosa*, *hysterica*, et sic [illegible]orro appellari poterit. *Signa sympathicae.* *Differentiae ex caussarum sedibus.*

§. CCLXVI.

Si a stomacho, aut hypochondriis morbus pro[illegible]iat, adsunt cruditatis signa, ructus videlicet aci[illegible] nidorosi, rancidi, flatus, borborygmi, prauus [illegible] sapor, nausea, functiones viscerum abdomina[illegible] laesae, anxietas a pastu, et omnium sympto[illegible]atum incrementum; jejunis vero saepe ventri[illegible]li morsus, cardialgia, ventrisque dolores. Ab [illegible]pate, et in primis a calculis felleis genitam *) non [illegible]nquam, referunt auctores celebratissimi. Hanc [illegible]ccedunt hepatalgia, siue colica icterica, icterus [illegible]inax, recidiuus, diuturnus, et reliqua calculo[illegible]n felleorum symptomata, de quibus alibi memo[illegible]mus. Si ab vtero, affectio hysterica, fluor al[illegible], hysteralgia, ouariorum tumor, obstructio, vte[illegible] imminutae, aut deprauatae excretiones, haemor[illegible]agiae, atque ejusmodi alia. Si a vermibus, inter [illegible]ra narium pruritus, pallor, sternutamenta, fu[illegible]es faciei rubores, mydriasis, pauores in somno, animi *Signa, quando a stomacho est.* *Signa, quando ab vtero.* *Signa, quando a vermibus.*

animi sine manifesta caussa deliquia, dejecti[...]
cinereae, argillaceae, mucidae, tormina, colici d[...]
res, abdominis meteorismus, aut tensio, et po[...]
mum lumbricorum, taeniarum, vermium cuc[...]
A lacte acescente. tinorum, aut ascaridum expulsio. A lacte ac[...]
coactoque in infantum ventriculo, aut intesti[...]
excrementa alui viridia, aut breui virescentia, [...]
dum spirantia, caseosa, vomitus, diarrhoea [...]
meconio aegre prodeunte, aut retento, flatus, [...]
tus, ejulatus, ventris tumor, aluusque adstricta, [...]
A dentitione. que inofficiosa. A dentitionis difficultate, temp[...]
aetasque ad id idonea, gingiuarum calor, tumor, [...]
dolor, ptyalismus, inquies, capitis grauitas, g[...]
A singulari particula. narum rubor, sitis, et quandoque febris. Ab [...]
qua singulari particula, vti digitis, pedibus, cru[...]
bus, manibusue; doloris in ea, aut spasmi, et co[...]
tractionis sensus, aut aura frigida adscendens, [...]
alia similis molestiae perceptio antecedens, a [...]
Epilepsiae symptomaticae quales differentiae. initium morbus facere videatur. Symptomati[...]
rum vero differentiae a morbis, quorum sy[...]
ma est epilepsia, desumuntur. Praecipuae [...]
brilis, *exanthematica*, *syphilitica*, *traumatica*, [...]
ca, *melancholica*, et sic deinceps; prout a febr[...]
anthematibus, venerea lue, vulneribus, cach[...]
Diagnosis reliquarum caussarum. melancholia, aliisue morbis proficiscuntur. [...]
quarum demum caussarum (§§. CCLI. CCLII. CC[...]
CCLIV. CCLV.) diagnosin comparabit attenta [...]
teritorum, comitantium, et succedentium co[...]
Communia cum aliis spasticis et conuulsiuis morbis. ratio. Neque ista tantummodo de epilepsia, [...]
que origine dicta sunto, sed de quouis etiam [...]
stico, aut conuulsiuo affectu, quem supra m[...]
raui, intelligantur.

*) Cl. BEAVMES affert obseruationem (*Iournal* [...] *dec.* *T.* 57. *pag.* 320.), qua probare tentat, mortu[...] mulierem ex epilepsia ab hac caussa genita. Sed [...] rica ipsa esset, et fortasse calculos felleos haberet, [...]

non satis ex hac obseruatione constat, epilepsiam sympathicam fuisse, cum caussae idiopathicae non defuerint. Aliud exemplum epilepsiae ejusmodi in eodem Diario ad mensem Iulium p. 504., ibique dicitur, hoc adesse signum, nempe dolorem in latere dextro epigastrii, in toto brachio, et genu ejusdem lateris. Similem huic obseruationem habet HOFFMANNVS (*De epilepf. obferv.* 3.). CONRADVS FABRICIVS (*Act. phyfic. T. X. obferv.* 36.) in epileptico ex hac caussa mortuo inuenit vesiculam felleam plenam calculis inflammabilibus, venam portarum sanguine nigro turgidam; nihil vero serosi humoris in cerebro effusi; cerebri substantiam siccam, et compactam; vasa omnino sanguine vacua.

Prognosis.

§. CCLXVII.

Vt cujusque morbi, sic conuulsiuorum aestimatio ex caussa, et duratione potissimum elicienda est. Horum autem prognostica signa in vnum cogam, ne quae multis conueniunt, in singulis repeti debeant ad nauseam. In vniuersum nunquam eiusmodi morbi periculo vacare credantur. Idiopathici grauiores, difficilioresque curatu sympathicis habentur. Sympathici vero, si diu persistent, aut redeant saepius, paullatim in idiopathicos transeunt. Quo vehementior neruorum distentio, aut spasmus, quo diuturnior est, et partes quo plures, nobilioresque afficit, eo majus periculum portendit. Quo itidem pejora symptomata infert, et quo magis actiones vitae necessarias laedit, eo majorem etiam metuendi caussam praebet. *Signa prognostica in genere.*

§. CCLXVIII.

Conuulsio, quae febribus acutis, exanthematicis, atque inflammatoriis circa augmentum, aut statum, praesertim post vigilias, delirium, aut soporem, superuenit, valde profecto periculosa est. Ex materia enim morbifica nondum coctionem adepta, ne- *Conuulsio febrilis.*

que satis ad excretionem parata, in cerebrum, nervosque impacta progignitur. *Conuulsio*, inquit Auctor *Coacarum a*), *febri succedens periculum denunciat; minimum vero pueris.* Iterumque *b*): *in febri conuulsio, manuumque, ac pedum dolores malignum quiddam praenunciant.* Quod etiam innuit HIPPOCRATES *c*), inquiens: *in febribus acutis conuulsiones, et circa viscera dolores vehementes, malum.* Non nunquam tamen, si coctione facta, et materia euacuationi idonea contingat, eam ad excretionem illicit, morbumque soluit. At tunc conuulsio, ut habent *Coacae d*), breuis est, et eadem die desit. Fereque ejusdem generis esse consueuit, quae variolarum, aut morbillorum eruptionem praecedit.

Conuulsio ab inanitione. Magnum quoque periculum incumbit a conuulsione, quae copiosiori sanguinis effusioni, aut ileo, vigiliis, hypercatharsi succedit. Consulantur HIPPOCRATIS aphorismi II. III. XLV. sectionis V., et IX. X. XVIII. XXV. sectionis VII.: itemque in Coacis num. 565., vbi conuulsio a vomitibus sincera mala pronunciatur. Non tamen omnis spes abjicienda est in conuulsionibus ex vehementiori cathartico natis, etsi eas lethales dixerit HIPPOCRATES. Paregorica enim, quae opium habent, et theriacalia remedia interdum eas compescunt. Verum quae vulneri, vlceri, aut abscessui circa cerebrum, aut neruos insignes existenti accedit, exitium certum comminatur.

a) *N.* 356. 357. *b*) *N.* 3. *c*) *Aphor.* 66. *sect.* IV. *d*) *N.* 15.

§. CCLXIX.

Tetanus. HIPPOCRATIS effatum est: *Qui a tetano corripiuntur, intra quatuor dies pereunt; si vero hos effugerint, sani fiunt a*). Sed idem HIPPOCRATES, notante SWIETENIO, alibi morbi finem longiorem declarauit. Reuera exstant obseruationes, quae docent

ent, Tetanos ad viginti, et triginta dies protra-
tos fuiſſe, non tamen ideo ſanatos. Ad annum
eruenit ille, quem VALLISNERIVS demum cu-
uit. Verum complures hiſtoriae tetanorum oc-
urrunt, qui rheumaticae, atque arthriticae affe-
iones verius erant, quam tetani. *Ab ardoribus
hementibus conuulſio, vel Tetanus*, malum *b*). *Con-
ulſio, vel Tetanus, ſi febris accedat, ſoluitur c*). *Opi-
hotonum, ſi ad eum febris acceſſerit, vrinae genitura e
miles ſoluunt d*). *In Tetano ſi maxillae reſoluantur,
thale eſt e*). Veritas hujus prognoſeos multis com-
robatur obſeruationibus. Videantur Tetanorum
iſtoriae, quas ſcriptis tradidit HAENIVS *f*), in qui-
bus hoc ſignum, vbi apparuit, vere lethiferum ex-
ſtitit. *Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam
onuulſionem febri g*). *A quartanis correpti non ad-
nodum conuulſioni obnoxii ſunt; ſi vero prius corri-
iebantur, et poſtea quartana ſuperuenerit, liberantur h*).
*Conuulſionem muliebria, ſi circa initia appareant, ne-
ue febris acceſſerit, ſoluunt i*). Vrinis immixtae
arenulae, lateribuſque matulae adhaerentes *) ne-
dum in conuulſionibus, verum in omnibus fere mor-
is ex complurium obſeruatione bene ominantur.
Noui matronam quamdam affectionibus conuul-
iuis maxime obnoxiam, cui vrinae ſubturbidae, et
ubalbidae prodeuntes magno leuamini erant.

Conuulſio in genere.

Febris.

Vrinae.

a) *Aphor.* 6. *ſect. IV.* *b*) HIPP. *aph.* 19. *ſect. VII.*
c) *Id. aph.* 57. *ſect. IV.* *d*) *Coac. N.* 362. *e*) *Ib. N.*
361. *f*) *L. c.* *g*) HIPP. *aph.* 26. *ſect. II.* *h*) *Id.
aph.* 70. *ſect. V.* *i*) *Coac. N.* 531.

*) Hic praeterire non poſſum Cl. MORGAGNII locum
ad vrinarum hujuſmodi arenulas ſpectantem, digniſſimum-
que, qui totus exſcribatur. Poſtquam enim IOVBERTI,
et GRADJI obſeruationes retulit de arenis a febricitanti-
bus ſub finem morbi, aut poſt longas febres mictis, tradi-
ditque, qua ratione hae diſtinguantur ab illis, quas calcu-
loſi reddunt, nam *ſi fricentur digitis comprimendo, facile
diſſoluuntur*, quod non euenit de calculum ſignificantibus,

mox haec subjungit: *Porro ego non in febribus solum, si essent vernae, aut aestiuae, siue autumnales, aut hyemales siue intermittentes, siue continuae, siue benignae, vel cum periculis junctae, siue inter illas mediae, aut interdum longae, diuturnae, aut breues, siue in pueris, aut adolescentibus, siue in viris, siue in mulieribus, et his aliquando etiam praegnantibus, siue demum ex frequentioribus caussis ortae, siue interdum ex singularibus, vt ex ingesto erodente veneno; non solum, inquam, in febribus, verum etiam in non nullis aliis morbis a febri sejunctis, et nominatim in capitis acerbis doloribus, et apoplecticis quibusdam affectibus, non nunquam etiam senilibus, animaduerti, quotiescunque istae arenulae apparuerunt, saepius quidem febrim, aut morbum fuisse aut finitum, aut fini proximum, sed haud raro tamen cum vel declinare necdum coepisset, vel si coepisset, non manifesto declinare pergeret, vt dubium adhuc euentum longius, quam vellem, non relinqueret. Quemadmodum autem in morbi fine, aut in declinatione iam certa, et in dies maiori facta naturae victoriam confirmarunt; sic ante declinationis initium, aut in dubia adhuc declinatione eandem victoriam vt plurimum portenderunt; namque aut morbus feliciter omnino desiit, aut si recidiua secuta est, ea leuior, breuiorque fuit. Semel* dumtaxat, quod alias *scripsi, hydropi, quae febrim exceperat, soluto, morbi alii graues, neque vt illi breves, sed ii quoque eiusmodi, vt ex iis aeger conualesceret, successerunt. At semel omnino aegri interitus ex acuta maligna febre, quam ego neque ante, nec post illum nunquam diem inuisi, vt febrisne, an peccatum aliquid postea aut ab ipso, aut ab assidentibus, aut a medico, occiderit, pro certo nesciam, vt neque an arenae illae toto morbi tempore fuissent, an eo primum die apparuissent. Neque enim de iis loquor, quae semper, sed de iis tantum, quae vigore morbi ad declinationem iam accedente, aut hac inchoata, se prodere incipiunt adhaerentes superficiei, vt* GRADIVS *ait,* vrinalis, *non* vrinae, *vt in sepulcreto descriptum leges, vbi ne liber quidem, in quo haec scripsit, indicatur. Nempe lucidiori praeclara luce inspiciens, animaduertes vitreae matulae lateribus arenulas tenues adhaerentes, non nunquam tamen et in vrinae superficie natantes, subrufas vtplurimum, subalbidas perraro, quales in juuene quodam, cum febris maligna, et periculis stipata declinaret, vidisse memini.* De sed. et caus. morb. Epist. 49. artic. 21.

§. CCLX

§. CCLXX.

Epilepsia hereditaria, aut ex matris terrore, aut antasiae perturbatione in foetu orta, aut ex vi conformationis, aliisue caussis inuictis profluens vnquam curatur. Longum esse solet malum, quo vehementiores, crebrioresque accessiones petit, eo periculosius; nam facile in apoplexiam halem desinit. Quandoque vna accessio vehentissima hominem e medio tollit. Idque fere idit, cum pluribus accessionibus superatis in vnam hementiorem incidit, quae eum demum enecet. Ergo, si accessione prehensus post aliquot horas ad e non redeat, et multo magis si per interualla iterentur conuulsiones, et sensus abolitos habeat, certum exitium exspectari licet. Recens, et quae, licet crebros, breuiores tamen habet paroxysmos, curatu facilior est, quam inueterata. Iure igitur HIPPOCRATES scripsit: *Quum aetatem adeptus fuerit morbus, non amplius curabilis est a)*. Perniciem quoque affert ea epilepsia, quae ex aqua inter cutem oritur, vt ex *Coacis b)* didicimus. Infantes recens natos corripiens, vt plurimum occidit. In senibus difficillime abigitur. Vtero gerentibus fortis epilepsia abortum saepenumero parit. Phrenitidi, aut maniae, aut melancholiae diuturnae succedens, plerumque curationem respuit, quia in cerebro vitia polyposa, aut aliae concretiones eam gignere solitae sunt, vt ex cadauerum sectionibus c) patuit. Multa nobis praesagia de Epilepsia reliquit HIPPOCRATES. *Quibus*, inquit, *epilepsia ante pubertatem contingit, curationem recipit; quibus post vigesimum et quintum annum, eos fere comitatur ad mortem d)*. Addidit aduerbium *fere*, quia ex his non nulli etiam sanantur. Similia prope repetit alibi *e*), ubi ait: *Quibus epilepsiae ante pubertatem contingunt, mutationem habent*. Confirmat autem hanc senten-

Prognosis epilepsiae.

 tiam

tiam alio in loco, dum subjicit: *Epileptici pueri mutatione maxime aetatis, regionis, et victus liberantur f).* Id vero euenit pubertatis tempore potissimum, quo corpus firmatur, nisi epilepsiae caussa in spinis quibusdam ossium caluariae, vel eorum carie, vel in effusis humoribus, vel scirrhosis cerebri tumoribus aliisque vitiis immedicabilibus sita fuerit, sed potius consistat in strumoso cerebri statu g). Sed nullibi clarius, et distinctius se se explicuit HIPPOCRATES, quam in libro praedictionum secundo h), cujus haec sunt verba: *Ex his porro, qui a sacro morbo corripiuntur, difficillime quidem liberantur hi, quibus puero contingit morbus, et simul ad virilem aetatem peruenit; deinde hi, quibus corpore in vigore aetatis constituto factus est, et fuerit a viginti quinque annis usque ad annum quadragesimum quintum. Post hos autem, quibus factus fuerit morbus, nullam significationem praebens, ex qua corporis parte initium sumat. At, quibus ex capite initium capere videtur, aut a latere, aut a manu, aut pede, facilius curatur. Verum differunt etiam haec morbi genera. Qui enim a capite initium sumunt, ex his grauissimi sunt; deinde qui a latere. Qui vero a manibus, ac pedibus, maxime sanari possunt.* Hinc non modo pro aetatis, et vetustatis tum morbi, tum aegroti ratione varia prognosis statuitur, sed etiam illud declaratur, quod epilepsia difficillima omnium sit, quae sine vllo praecedente indicio corripit, itemque idiopathica; minus vero ea, quae sympathice gignitur. Haec enim postrema non raro aptae curationi obedit. Symptomaticam quoque, si morbus princeps curationem admittat, vinci, ac depelli posse, docent observationes clinicae. Non nunquam paralysi, abscessu, scabie, aut quartana accedentibus malum finitur. Quae vero epilepsia cum aetatis flore evanescit, ex ARETAEI animaduersione, quosdam de-

De idiopathica et sympathica.

formatio

ormat, aut manum inutilem reddens, aut faciem orquens, aut sensum aliquem auferens. Ceterum non facile credendum est, victum remediis morbum esse, cum accessiones solito tempore non redeant; fallax enim, et anomala est ejus natura. Tunc solum spes affulget, non amplius reuersurum, si aeger iam ab accessionum repetitionibus liber placide dormiat, bene appetat, alacer corpore, ac mente sit, bonum habitum acquirat, et rite egerat. Contra exitium timendum est, si morbus recurrere non desinat, interualla libera quam breuissima relinquat, accessiones longissimas habeat, quibus altus, et diutinus somnus succedat, nec medicamentis discutiatur *i*).

a) *De morbo sacro XIII. 15.* b) *N. 459.* c) FELICI *Diss. Del Presag. medic. p. 155.* d) *Aphor. 15. sect. VII.* e) *Aphor. 7. sect. V.* f) *Aph. 45. sect. II.* g) RVSSEI. *Oeconom. nat. in morb. acut., et chronic. glandul. Lond. 1755. p. 96., et Comm. Lips. Vol. V. p. 472.* h) *N. 16.* i) AND. PIQVER *Prax. medic. Part. I. lib. I. cap. IX. p. 113.*

Curatio.

§. CCLXXI.

In cujuslibet morbi, atque adeo cujusque convulsionis, et spasmi curatione ad caussas (§. CCXLIX. *et sqq.*) respicere oportet. Hinc plethora, vbi peccat, tollenda statim est sanguinis missionibus. Serosa vero colluuies hydragogis, diureticis, sudoriferis, sialagogis, vesicantibus, epispasticis, aliisque euacuantium generibus. Hic praecipue diuretica GORTERIO et SWIETENIO probantur, tum in primis, cum morbus a retento, resorptoque lotio effectus est. Inter haec non nulla sunt, quae antispastica etiam facultate se se commendant, vti succinum album, sal ejus volatilis, liquor cornu cervi succinatus, millepedes, lumbrici terrestres, coc- *Caussae removendae generatim.*

 cinella,

cinella, spiritus nitri dulcis, gummata ferulacea, et similia. Atque haec ipsa locum habere possunt tum etiam, cum lenti, et crassi humores cum solidarum partium laxitate, et atonia morbum aut faciant, aut foueant. Inanitas ab haemorrhagiis, aut hypercatharsi, aut quibuscunque nimiis euacuationibus postulat analeptica, instaurantia, nutrientia, cardiaca et paregorica. Si nimia partium sensibilitas, aut irritabilitas, aut dolores acerbi, aut vigiliae protractae in caussa fuerint, omne anodynorum genus et prae ceteris opium remedio est. Haec ipsa conueniunt, vbi ex pauore, terrore, ira, neruorum anxia orta est. Interdum auxiliantur sanguinis detractio, liquor anodynus mineralis HOFFMANNI, aether vitrioli, spiritus antepilepticus PREZOLDTI, moschus, camphora, castoreum, assa foetida, emulsa seminum frigidorum, et papaueris albi, syrupus de meconio SYDENHAMII, oleosa, mucilaginea, balnea tepida, enemata mollientia, et similia. Acida e fossilibus educta vim nerueam, atque irritabilitatem minuere dicuntur; ac propterea hic quoque accommodata reputantur, praesertim vini spiritu probe edulcata, et correcta.

§. CCLXXII.

Quid agendum, vbi caussa venenata est.

Venena ingesta, deglutita, comesta, atque in his plantae venenatae, vti cicuta, belladonna, phellandrium, coriaria, et boleti, oleo, butyro, lacte, hydromelle, oxycrato inuoluuntur, mitigantur, corriguntur, et demum emeticis, catharticis, clysteribusque expelluntur.

Oleosorum vis mirifica.

Tanta oleosorum vis est in sedandis spasmis, et conuulsionibus, vt eas a veneno sumto genitas balneo ex oleo tepenti compescuerit FRANC. HIPPOLYT. ALBERTINIVS Clinicus Bononiensis celebratissimus *a*). Verum etiam a caussa interna natas oleum intrinsecus datum mira

saepe

[sa]epe praestat. Patricium virum jam ab anno con[vu]lsionibus obnoxium, datis binis vnciis olei quo[ti]s vespere coenae loco ad longum tempus, libera[vi]t VALLISNERIVS a MORGAGNIO b) memoratus.
[V]ermes, cacochylia, meconium anthelminthicis, [ol]eosis, eccoproticis, saponaceis, felle bouillo con[de]nsato, melle, enematibus dejiciuntur. Cruditas [ac]ida, lactisque coacta recrementa tolluntur antaci[di]s, absorbentibus, sapone veneto, amaris, rhabar[ba]ro, ejusque syrupo. Irritationem a cranii, ca[pi]tisque laesionibus inductam terebratio, aliaeque [ch]irurgiae remouent; id quod vsui etiam est in [al]iis sedibus, si ex earum consensione malum fiat. [N]eruus enim punctus, semisectus, aut quauis alia [ra]tione distractus, discindi debet; vulnus angustum [a]mpliari; officulorum fragmenta eximi, aliena edu[ci], communicatio, consensioque vinculis intercipi, [do]lor accommodatis remediis leniri.

Vermes, cacochylia meconium quid postulent? Cruditati acidae quid medeatur? Capitis laesionibus.

Neruis punctis, semisectis etc.

a) MORGAGN. *De sed. et causs. ep. X. n.* 21. b) *Ibid.*

§. CCLXXIII.

Conuulsiones, quae octauo, nono, decimoque [ut] plurimum mense pueris dentientibus accedunt [cu]m gingiuarum tumore, dolore, rubore, febre, [pt]yalismo, ventris fluxu, nihil vnquam citius, ef[fic]aciusque, SYDENHAMIO auctore a), compescit, [qu]am sanguinis missio. Ab eodem ad eas sedandas [pr]oponuntur paucae spiritus cornu cerui guttae [in] aliqua cephalica dilutae, et syrupo idoneo edul[cora]tae. Liquorem cornu cerui succinatum prae[fer]t FRANCISCVS SCARDONA, qui ex ejus vsu mi[ru]s saepe effectus obtinuisse affirmat b). Alterutro, [pr]out res postulare visa est, interdum ego quoque [v]s[u]s sum non sine emolumento. Interea, si fieri [po]ssit, gingiuae ipsae mulcendae, laxandaeque sunt [...]i fricatione, linimento anodyno, syrupo althaeae,

Conuulsionibus a dentitione.

mucilagine seminum psyllii, et demum, si tensio et dolor vrgeat, scalpello etiam aperiendae, vt de[...] prodire possit. Dolori, et spasmo consopiendo [...] let quoque cochlear paruum syrupi diacodii, p[...] denter ad interualla propinatum.

a) *Oper. sect. IV. cap. V.* b) *De cogn. et curand. m[...] lib. I. p. 167.*

§. CCLXXIV.

Conuulsioni in morbis exanthematicis. Vbi conuulsio variolarum, morbillorum, aut pur[...] purae scarlatinae eruptionem antecedit, eidem [...] currendum est, ni cito cessauerit, emplastro [...] stico ceruici posteriori illico admoto, et p[...] intrinsecus aquae epidemicae cochleari cum lau[...] liquidi guttis quinque, ex SYDENHAMII a), et MEADII b) consilio. Neque, si sanguinis copia simul adsit, alienum videtur sanguinem mittere, et balneis, fotibusque tepidis vti. Lactenti puero conuulso remedium, quod habet aquae cerasorum nigrorum vnciam, spiritus cornu cerui quinque guttas, requiei Nicolai grana decem, syrupi vio[...] binas drachmas, cochleatim, et subinde datum [...] mendatur a quibusdam. Nec tantum infan[...] puerisque, sed etiam matribus ipsis parientibus [...] *Conuulsioni a partu.* tulari oportet. Nam hae quoque inter veh[...] tes partus dolores, conatusque, congesta circa [...] rebrum sanguinis copia, in dirissimas conuul[...] quandoque incidunt. Tunc volatilia, spiritus[...] que antispastica calefacientia cane pejus, et a[...] fugienda sunt. Sed protinus danda opera est, [...] foetu expeditissime liberentur. Sanguinis [...] etiam iterata saepe conuulsiones sedat, et p[...] accelerat c). Si id non juuerit, manu extra[...] tum oportet.

a) *Differt. epist.* b) MEAD. *Oper. p. 43.* c) MAURICEAV *T. I. l. 2. c. 28.* SMELLIE *Reflex. on slow [...] painful Labours etc. p. 60. et seqq.*

§. CCLX[...]

§. CCLXXV.

Vitia quoque ſanguinis, peculiareſque ejus acritates, a quibus morbus vel excitatur, vel ſuſtinetur, contrariis emendandae, reuellendae, euacuandaeque ſunt, diluentibus nempe, attenuantibus, demulcentibus, inuoluentibus, diaphoreticis, antacidis, antialcalinis, antiſcorbuticis, antiuenereis, itemque balneis, frictionibus, fonticulis, epiſpaſticis, ſetaceis, et quaſuis excretiones leniter promouentibus. In primis inter alterantia laudantur ſucci cichorei, taraxaci, fumariae, meliſſae, beccabungae, naſturtii aquatici aut ex his parata decocta, aut diluta; ſerum lactis; lac ipſum; jura ranarum, cancrorum fluuiatilium, viperarum, auenae; aquae medicatae; decocta lignorum; antimonium crudum; aethiops mineralis, mercurius, aliaque id genus, quorum delectus, vſusque cauſſis, indicationibusque variis prudenter, ac ſcite accommodandus eſt. Venereos ſtimulos, ſeminiſque copiam, nam hinc quandoque conuulſiones naſcuntur, imminuunt, cohibent, et arcent venaeſectio, victus parcior, et refrigerans; abſtinentia, aquae potus, antiphlogiſtica, aceſcentia, nitrum, caſſia, manna, tamarindi, cremor tartari, ſemina melonum, cannabis, agni caſti, folia nymphaeae, et conjugium. His non nulli addunt camphoram, ſed perperam; nam potius ad venerem excitandam, quam conſopiendam valere ipſa videtur. Contra ſi malum veneris, aut vini abuſus, aut diuturna animi pathemata procrearint; continentia, caſtitas, vini abſtinentia, balneum frigidum, cortex peruuianus, caſcarilla, chalybs, peregrinatio, vectio, excercitatio, aëris, regioniſque mutatio, cibi euchymi, ac demum lac robur infirmo corpori, et debitum nutrimentum reſtituunt. Reuocandae porro ſunt euacuationes ſuppreſſae, ſi hae morbo anſam dederint.

Conuulſioni a ſanguinis vitiis.

A ſtimulis venereis.

Ab veneris, viniue abuſu, ab animi pathematibus.

A ſuppreſſis euacuationibus.

In

In pueris saepe crusta lactea, aut vlcera manantia, si exaruerint, conuulsionibus caussam praebent. Tunc capiti raso imponi debet aliquid, quod exulceret. Experientia comprobatum est illud, quod constat ex vncia emplastri de meliloto, et pulueris cantharidum drachma vna. Intrinsecus vtiliter etiam datur puluis, aut decoctum *laceae tricoloris*, quae *flos trinitatis* in officinis nuncupatur *). Specificum enim remedium a STRACKIO perhibetur. Vis certe ei inest, qua extrorsum crustae materia propellitur. Vbi pueri remedium respuunt, nutricibus, a quibus lac sumunt, datum non caruit eff…

*) Vulgauit hujus remedii aduersus crustam lacteam infantum laudes peculiari opusculo Cl. STRACKIVS, qui … per annos viginti tuto, et bono effectu se vsum esse testatur. Decoctum sic paratur: *Rec. Foliorum Iaceae dictae floris Trinitatis recent. vel siccat. m. j. concis. decoq. in lact. vaccin. q. s.* Colatura detur potui mane, et vesperi. Pulveris forma sic adhibetur: *Rec. Foliorum dictae herb. in vmbra siccator. q. v. contund. et f. pulv. De hoc fiat … drachma dimidia, et infundatur per duas horas in … vaccini q. s. Deind. bull., et mox colo per setaceum … cula haec detur mane, et repetatur vesperi.* Potest h… modi remedium panatellae, aut offae adjici, prout … libuerit. Lac non inde acescit, non fit nauseosi sap…, sed condensatur in cremoris speciem. Primis octo … bus, quum sumitur remedium, crusta lactea augetur, si … est, fitque manifestior et crassior, et diffusior, et … foetet. Si non est, et latitat intus, expellitur, foras prodit. Continuatur ejus vsus, donec omne malum fo… sese exseruerit. Postea crustae exsiccantur, et decid… quod vtplurimum contingit post quatuordecim dies. … crustarum lapsum oportet per aliquod adhuc temp… remedii vsu persistere, vt fomes omnis exstinguatur. … tat enim Auctor ex peculiari fermento a matre, aut … trice communicato id mali oriri, quin tamen ejus … ram definire audeat.

§. CCLXXVI.

Curatio specialis. Hactenus de remediis, quae vniuersis con… siuis morbis opportuna esse possunt; nunc de …

qu…

quae speciatim quibusdam eorum magis propria dicuntur. Atque vt a Tetano terribili plane, et simul rarissimo plerumque apud nos morbo ordiar; hunc, ejusque varias species, et gradus conuenientissimum est, si vires ferant, et in primis si cum febri, et diathesi sanguinis inflammatoria copulatur, aggredi, quidquid contra sentiant non nulli *a*), venae sectione, balneo aquae tepentis, aut olei, enematibus, fomentis, vnctionibus, quae molliant, laxent, et blande resoluant, spinae dorsi adhibitis, camphora, moscho, aliisque antispasticis. *Iuuenis quindecim annorum citra euidentem caussam, postquam aliquot dies per omnes artus dolorem lancinantem conquestus est, incidit in Tetanum vniuersalem. Brachia, et manus secundum trunci longitudinem extensas habebat, rigidissimas, et trunco firmissime appressas, crura, et pedes eodem modo affectos. Venter erat tenuis, contractus, et lapidis instar durus, attactu non dolens, spina dorsi rigidissima, collum immobile, maxillae pertinaciter clausae, musculi masseteres, et temporales tumidi, et duri. Inter dentes incisorios effractos exiguum erat spatium, per quod aliquid jusculi, aut medicamenti ingeri potuit. Lingua tamen mansit volubilis, oculi viui, mens non oppressa, respiratio satis bona, pulsus aequalis, naturali non celerior, liber.* Hunc sine balneis, et fomentis, quae in nosocomio administrari non licuit, paullatim liberauit Cl. STÖRCKIVS equino stercore in cereuisia cocto, calide diligenter applicito; spiritu salis ammoniaci aceto saturati ad drachmam ex tribus aquae rutae vnciis cochleatim dato; inuncta, et fricata bis in die spina dorsi oleo verbasci, et spiritu salis ammoniaci; cucurbitulis siccis alterno die humeris, et spinae impositis *b*). Non nullis probantur balnea frigida, in primis si aeger carnosiore corporis habitu donetur, et tempestas aestiua, et praecalida sit.

Tetani.

Historia Tetani a Störckio curati.

Frigore

Frigore enim nerueam sensibilitatem sopiri, san guinisque feruorem temperari non negauerim. Verum ex frigore, et humiditate saepe morbus ortum ducit. Quare haec prudentissimum, et consultissimum medicum desiderant, ne temere adhibeantur.

Opii vires praedicantur. Omnium vero praestantissima hodie praedicantur ex opio parata remedia, audacter, et breuioribus interuallis administrata. Opio enimuero Tetanum cito solutum vidit HOMIVS *c*), cum reliqua omnia irrita cessissent. Tetani quoque curationem opi initam laudat IO. CHR. ANT. THEDENIVS *d*). Opi vim aduersus opisthotonum extollit GVILIELM PARR. Is grano opii singulis horis primum, inde altera quaque hora dato, et balneis calidis morbum mitigauit; postea aucta dosi, et continuata sic, vt intra diem grana amplius viginti sumerentur, etiam deuicit. Demum minuit paullatim ejus dosin. Interea tamen vsus est etiam julapio ex aceto, et camphora, aliisque id genus *e*). In tetano, trismo symptomatico, puta fracturae ossis fe superueniente, vtilitatem laudani liquidi experi comprobauit etiam FRID. CHRIST. WINSLOWIVS

Moschi laudes. Opii pariter, et moschi largiores doses, et oppor tune iteratas commendat WILLELMVS HILL RYVS *g*). Opisthotono in Carolina meridiona aliisque regionibus calidis familiari (§. CCLV. *not.* *) ex frigore corporibus calentibus suscepto nocent remedia calida, acria, vesicantia, nec ali quid boni, animaduertente LEONELLO CHALMER

Euacuantia, emetica, et diaphoretica. SIO *h*), praestant mitiora euacuantia, emetica, diaphoretica, sic contra balnea calida, opium li ralius datum, et in plethoricis sanguinis missio v

Balnea calida, opium, sanguinis missio. spem faciunt. In balneo autem detinendos esse gros suadet ipse, donec pulsus mollior, et pleni euadat. Collum, dorsum, et pectus, dum in bal neo jacent, fricandum jubet. Opii repetendam dosin,

ſin, quando prioris actio jam deſiit, ſicque con-
uandam ejus praebitionem, donec ſpaſmus ſub
rtilagine enſiformi diſcrucians, aliaeque conuul-
ones ſe ſe remittant. Nec omittit interim clyſte-
s, fotus, linimenta, et aliquot diebus poſt ſolu-
m ſpaſmum lene eccoproticum dare. Opiſtho-
num, et triſmum, ſiue ſpaſmum maxillae inferio-
, qui vulneratis aëri improuide expoſitis ſuper-
iunt, curauit RICHARDVS HVCKIVS *i*) medicus
ſtrenſis grano vno opii qualibet hora per nych-
emerum exhibito, aut vncia dimidia moſchi ſac-
aro remixta, et cum opii drachma ſubacta, et
lapio aliquo excepta, cochleatimque identidem
ita, vt tota compoſitio intra horas quatuor et vi-
nti abſumeretur. At, ſi quid judico, limitandae
nt opii laudes; neque ad tam largam doſin vn-
am adſcendendum eſt, niſi prudentiſſime explo-
a prius primarum doſium tolerantia, atque actio-
, ne temerario auſu, quod ſaepe vidimus, cum
bo aegri vita exſtinguatur. Profecto qui opium
nu liberaliori propinare non timent, felices tan-
euentus videntur commemorare, funeſtos ve-
et lethiferos caſus ſilentio praetereunt. BIL-
GERVS, etſi opium ab aliis laudari videat, pru-
tiſſime tamen ejus vſum non modo perſtringit,
m etiam reprobat, ex eo quod neruos inde de-
tari putat *l*) *.

Opium cum Moſcho.

Cautio circa opium.

HILLARY *med. obſeruat.* *b*) *Ann. med. I. p.* 10. *c*)
cip. medic. ſect. VI. *d*) *Comm. Lipſienſ. volum. XVIII.*
514. *e*) *Medical obſerv. and Inquir. T.* 4. *P.* 4. *et*
m. Lipſ. Vol. XVIII. p. 394. *f*) *Collect. Societ. me-*
Haunienſ. vol. I. p. 304. *g*) *Obſeruat. on the changes*
the air Lond. 1759. *h*) *Med. obſ. and Inquir. T.* 3.
26. *i*) *Med. obſerv. and Inquir. ann.* 1758. *p.* 87. *et*
m. Lipſ. Vol. 8. *l*) *L. c. p.* 100.

) Cl. quoque IO. BAPT. MARZARIVS in puella tetano
matico laborante, cujus obſeruationem ſupra indicaui,
peſſima

pessima effecta ex opio notauit, et praesertim synco
crebras, et prope lethales. An ex peculiari idiosyncra

§. CCLXXVII.

Tetani symptomatici. Tetanum tam vniuersalem, quam particularem ac praesertim maxillae inferioris, vti symptoma non modo vulneribus, quod paullo ante ex HVCK animaduersum est, verum etiam amputationibus fracturis complicatis, interdum vel simplicibus, fi xationibusque superuenire, frequentissima chirur gorum obseruatio est. Id praesertim in India Orien tali passim obseruari narratur. Plerumque post amputationem die inuadit hujusmodi m et post quatuor, aut quinque dies occidit. Exem plum tamen adducit Cl. BISSETVS hominis die de cimo sexto sanati. Vnicum auxilium ipse conten dit esse in cortice peruuiano, praesertim in regio nibus calidioribus, vbi gangraena facile subsequitur decocti forma largiter hausto, et membris amputa tis per splenia ex eodem expressa assidue adhi Trismum vulneratis superuenientem cura ries Cel. BILGVERVS *aa*) epispasticis, vesica incisionibus genarum, quibus deinde infu oleum terebinthinae, sectione venae jug arteriaeque temporalis, clysmatibus nutri et volatilibus. Venae sectione vero iterata ventriculi inflammationi succedit, Tetanum idem BISSETVS affirmat; quod sane verosi mum est. *De sympathice obseruatio.* Tetanum vniuersalem sympathicu di ex vulnere in metatarso pedis, quod sibi falc flixerat rusticus quidam, justo citius coalito. profuit in primis balneum aquae calidae, et ris apertio, ac renouatio, vt pus aut ichore tentum effunderet *b*). Cl. MONROVS *c*) ad Te curationem proponit inunctiones mercuriales. DELAROCHIVS Tetanum feliciter curatum narrat

Nec dissimilem euentum eodem remedio expertus est BOVEIXIVS e).

a) *Medical Essays and obseruat. vol. 3. pag. 96, ad 100.* aa) *Nouveaux Mémoir. de l'Acad. Royale des scienc. et bell. lettr. de Berlin an.* 1770. p 60. b) Historiam vide in *Sagg. di medicin. pratic.* P. 2. p. 93. c) *Essays d'Edimb.* vol. 3. d) *Iourn. de Medec.* T. XL. p. 213. e) *Iournal de Médec. Septemb.* 1774. p. 222.

§. CCLXXVIII.

Ad choream S. Titi, siue Scelotyrben SAVVAGESII quod attinet, hanc, si SYDENHAMIO fidem habemus, curat iterata sanguinis missio, et crebra interposita alui ductio a). Deinde in auxilium vocanda sunt antispastica; et membris affectis cucurbitulae siccae admouendae, ac demum adhibenda quae roborandi vi pollent, vti cortex peruuianus, ferrum, et balneum frigidum. MEADIVS quidem nunquam sibi arduum, ac difficile fuisse scribit choream S. Viti penitus euellere crebris in frigidam corporis immersionibus, et medicamentis ex chalybe paratis b). Puerum chorea S. Viti laborantem per anthelminthica a GAVBIO liberatum c) legimus. Puellae decenni hoc morbo correptae electricitatem felicissimo exitu applicuit MAX. IAC. DE MAN d). Electricitatem quoque adhibebat ALLIEXVS Gallus, sed praeterea diluentia, aperientia, antifebrilia, roborantia, aëris mutationem, bona alimenta, et prae ceteris corporis exercitationem e). Aliquam etiam vtilitatem percepit ex cortice peruuiano, exercitio, et congrua victus ratione mulier vtero gerens, quae in choream S. Viti inciderat f). Cl. BISSETVS vtilissimum praedicat electuarium, dummodo diu assumatur; quod habet florum sulphuris sesquiunciam, pulueris radicis paeoniae, et valerianae syluestris singularum tres drachmas, cinnabaris antimonii drachmas duas, moschi, castorei, singulorum scrupulum,

Choreae S. Viti.

Bisseti electuarium.

palum, syrupi simplicis ex saccharo q. s. vt f. electuarium. Decrescente morbo laudat vsum tincturae corticis peruuiani, et balnea ex aqua marina, cujus vtilitatem saepe se esse expertum narrat, dum a balneis aquae fluuiatilis detrimentum potius vidit. In contumaciori malo etiam vesicans posteriori, et demum ossi sacro impositum profuisse narrat; sicuti etiam frictionem repetitam colli, et totius spinae spiritus vini ope administratam. Contra sanguinis missiones, et catharsin nocuisse affirmat, secus ac SYDENHAMIVS obseruauit *g*).

Assae foetidae laudes. Quinque historiis P. S. WAVTERS ostendere nititur vim antispasticam assae foetidae liberaliori manu adhibitae non modo in chorea S. Viti, verum etiam in aliis morbis conuulsiuis grauissimis, et complicatis cum paralysi, epilepsia, et mania. Soluit ipse drachmas tres assae foetidae in vnciis sex aquae fontis, et saporis gratia addit vnciam syrupi violarum. Ex hac miscela cochlear vnum, vel duo singulis mediis horis ad aliquot dies sumendum praecipit, sensimque minuendam praebitionis frequentiam, statim ac morbus mitescere videtur *h*). MAHONIVS antispastica pariter, et corticem peruuianum experimentis comprobauit, vt praestantissima ad curandam hujusmodi affectionem, saepe contumacem *i*).

Obseruatio de floribus zinci. Nuper confirmatam, et numeris omnibus absolutam choream S. Viti in puella duodecim annorum, quae ante aliquot annos eodem morbo diu laborauerat, solo florum zinci vsu tuto, cito, et jucunde curaui.

a) *Oper. Processs. integr. p. mih.* 686. *b*) *De imp. sol. et lun. p.* 17. *c*) *Comm. Lips. vol.* 3. *p.* 456. *d*) *Comm. Lips. vol. XVIII. p.* 601. *e*) ORTESCHI *Giornal. med. T.* 2. *p.* 127. *f*) *Giornal. med. T.* 3. *p.* 67. *g*) *Medical Essays and obseru. citat. p.* 165. *ad* 170. *h*) *Iournal de Médecin. Aout* 1781. *i*) *Iourn. de Méd. Iuin.* 1782. *p.* 553. *T. LVII.*

§. CCLXXIX.

Supra (§. CCLXXVIII.) notatum est, electricitatem conuulsiuae affectioni, quam *choream S. Viti* vocant, remedio fuisse. Sed scire libet, hanc ipsam, et praecipue electricum, vt loquuntur, ictum quandoque conuulsiuorum motuum caussam esse. Hos ex ista caussa genitos, et continenter increscentes, moscho ad drachmam semis quarta quauis hora primum, deinde bis in die tantum boli forma dato sedauit Cl. OWENIVS a). *Spasmus* item *physodes*, siue crampus, quamquam vtplurimum cito euanescere soleat, et vix medici opem poscat, tamen interdum adeo molestus est, et praesertim mulieribus vtero gerentibus, vt aliquod auxilium adhibendum sit. Plerumque sola partis conuulsae leni fricatione, aut illitu spiritus baccarum juniperi, theriacalis, aut aquae reginae Hungariae fugatur. Iuuat etiam a frigore arcere, et panno laneo calido contegere. Si haec non sufficiant, dispicere oportet, num plethora in suspicionem veniat? Si haec vtique sit, sanguinis missione cito curatur. Interdum vero a lympha acri, et tenaci musculos quosdam, eorumque inuolucra infestante excitatur, vti non raro vidimus. Tunc balnea, fomenta, et decocta lignorum, quae attenuant, et respirationem sudoremque cient, morbum paullatim depellunt.

Monitum de electricitate.

Cura spasmi physodis.

a) *Med. observat. and Inquiries by a Society vol. 3. p.* 183.

§. CCLXXX.

Tandem de peculiaribus epilepsiae ipsius curationibus aliquid dicere oportet. Si ejus accessio se suis indiciis instare prodat, vt quandoque fieri solet, eam praeuertendam jubent Auctores opio cum antispasticis copulato, exempli caussa laudani nepenthis Quercetani grano, et pari camphorae ponde-

Cura epilepsiae imminentis.

dere in bolum conferua aliqua, vel extracto idoneo compactis. Quod si ab aliqua remotiore parte ad caput morbus adscensurus praenoscatur, iniecta ligatura forti, frictionibusque dolorificis eum inhiberi decet. *Sympathica.* Loco etiam peculiari, a quo inchoare morbus, et progredi videtur, cucurbitula scarificata, hirudines, aut ferrum candens imponi potest non sine probabili interioris caussae destructione. *Obseruatio.* Quaedam mulier annos circiter triginta et octo nata jam a duodecim annis laborabat epilepsia, semel in mense redeunte. Sed tandem accessiones ita increbuerunt, vt quater, aut quinquies qualibet die recurrerentur, singulaeque horam, aut sesquihoram perdurarent. Tentata fuerant omnia euacuationum genera, itemque plurima antiepileptica, et cephalica, aliaque non pauca, sed frustra. Paroxysmi nunquam non exordiebantur a crure circa inferiorem partem musculorum, quos geminos vocant, et statim capite occupato mulier prolabebatur. Circa os tunc spuma cernebatur; labia, collum, atque artus miris conuellebantur contorsionibus. Mulier, dum a THOMA SHORTO inuisebatur, paroxysmo correpta, et in terram prostrata, ipse in crus affectum inquirit, nec quidquam in eo tumoris, aut ruboris, aut duritiei, aut laxitatis reperit, quo a sano differret. Attamen caussam eo in loco, vnde morbus semper inchoabat, suspicatus, illico scalpello ad duos digitos transuersos eodem adacto offendit in corpusculum quoddam durum, quod a musculis leniter sejunctum volsella demum extraxit. Erat autem quid durum, ac cartilagineum, fere ganglium pisi majoris magnitudinem aequans, et neruo cuidam, quem rescindere debuit, vt eximi posset, desuper innixum. Extemplo ad se rediit mulier, et exclamauit, se optime habere. Citissime vires mentis, et corporis acquisiuit, nec ab eo tempore

tempore vnquam epilepſiam a) paſſa eſt. Chronicam, et habitualem pariter epilepſiam ſympathicam, quae a pollice pedis initium ſumebat, curauit HENRIC. NICOL. HERBERTVS *ligatura ſupra genu, neruulique in pedis pollice deſtructione facta b).* *Obſeruatio alia.*

a) Eſſais, et obſerv. de Médec. de la Societ. d'Edimbourg T. IV. p. 523. edit. de Paris in 8. b) Comment. Lipſ. vol. 4. p. 233.

§. CCLXXXI.

Cum vero jam epilepſia hominem inuaſit, quam primum omni ope nitendum eſt, vt ab ea minimum, quoad fieri poteſt, incommodi, nihilque damni ex violenta corporis jactatione capiat aeger. Itaque is in lecto, et loco potius lucido, et capite eleuato componatur. In os vi diductum corii fruſtum, vel linteum duplicatum, vel pannus indatur; ne lingua dentibus abſcindatur. Optimum quoque eſt membra conuulſa leniter extendere, oleo inungere, ac perfricare, blande collum, guttur, caput, aliaſque partes manu calida lenire, hypochondriis, ventrique veſicam aqua calida ſemiplenam, aut fomenta emollientia admouere, quibus non ſolum ſpaſmi citius ſedantur, verum etiam reſpiratio ipſa facilior redditur. HIPPOCRATES, referente SWIETENIO, vinum, cui ſemina hyoſcyami infuſa eſſent, oleo adjiciebat, eoque linimento, vti ſtuporem inducente, membra conuulſa inungi curabat. Quod ſi paroxyſmus diutius trahatur, aegerque alto fere ſopore obrutus videatur, vt apoplexiae metus immineat, ad validiora licet auxilia confugere, ligaturas videlicet dolorificas artuum, cucurbitulas ſiccas, odoramenta ex oleo ſuccini, ſpiritu cornu cerui, ſalis ammoniaci, tincturam caſtorei, aut aſſae foetidae naribus admouendam, enemata, atque alia ad excitandum idonea. Sed omnibus fere praeſtat ſanguinis miſſio in primis ex jugulari *In epilepſiae paroxyſmo.*

 vena,

vena, aut arteria temporali, dummodo neque a inanitate, neque a virium defectu morbus pendea[t]. Sub longiori enim muscularium partium contracti[o]ne, etsi clonica, et alterna, fieri non potest, qu[in] sanguis copiosius ad cerebrum propellatur, ej[us] vero reditus ad cor plurimum retardetur, sic, [vt] a vasis, sinubusque meningum turgentibus cerebru[m] vndique opprimatur. Quo in casu nemo non [vi]det, quantae vtilitatis sit futura vasorum depleti[o] et cerebri per phlebotomiam exoneratio. Pluri[es] vtilissime ea vsus sum in protractis paroxysmis, pra[e]sertim vbi plethora, tam vera, quam spuria, a[ut] aliqua sanguinis consueta euacuatio cohibita, au[t] podagrae, arthriticaeque materiae metastasis, aut graue, et subitum animi pathema originem morbo dederat.

§. CCLXXXII.

Extra paroxysmum pro caussarum ratione. Extra paroxysmum caussa indaganda est, quae morbum fecit, et pro ejus ratione omnis curatio instituenda, non secus, ac supra in vniuersum de morbis conuulsiuis (§§. CCLXXI. CCLXXII.) curandis praecepimus. *Remedia chirurgica.* Primum chirurgica praesidia nobis se sistunt. Ex his sanguinis missio opportuna videtur, vbi plethora, vbi bonus habitus, vbi aetas florida, vbi menstrua, haemorrhoides, aut haemorrhagiae narium suppressae occurrunt. Repeti quoque potest ad prophylaxin circa aequinoctia, interdum etiam circa solstitia in magis plethoricis. Si haemorrhoidibus obnoxii fuerint aegri, hirudines etiam ano applicari conuenit, vt iterum natura ad consuetas euacuationes reuocetur. Id etiam hypochondriacis, atque hystericis vtilissimum est, in quibus saepenumero epilepsia ex viscerum infimi ventris congestionibus oriri consueuit. Si morbus ex menstruorum cessatione superuenerit, et periodice quasi quouis mense recurrit, eorum vices supplet

parua

parua sanguinis missio singulis mensibus paullo ante consuetum catameniorum tempus celebrata, donec accessiones desistant, et vires ferant. Vidi hac methodo vltra annum continuata sublatam epilepsiam ex hac caussa ortam *). Non nulli cauteria paullo infra occiput, aut suturae coronali inusta proponunt; et reapse interdum egregiam opem ab his praestitam esse testantur obseruationes *a*). In pueris maxime fonticulus ceruici posteriori inustus, quando pleniores, succosioresque sunt, aut serosa colluuies in iis praeualet, aut crusta lactea repressa est, plurimum emolumenti quidem saepe attulit. Tutiora tamen in quibusdam videntur vesicantia, neque minus vtilia, si diu vlcera aperta seruentur. Quinquennem puerum jam a biennio in epilepsiam, quoties dormire inciperet, incidere solitum, atque hinc hebetem factum, et cruribus resolutum, vt his non posset amplius insistere, FRANCISCVS SERRAVS post innumera incassum adhibita solo vesicanti circa posterius suturae sagittalis extremum imposito integre ab epilepsia, et crurum resolutione liberauit *b*). MEADIVS vero occiput cantharidibus exulcerabat, sinebatque, auulsa epidermide, diu serosum humorem effluere, optimo semper, vt affirmat, effectu *c*). Sed multo ante eos vesicantium efficacitatem in hujusmodi morbo capiti deraso impositorum expertus est LVDOVICVS SEPTALIVS, cujus verba hic juuat exscribere: *In confirmata epilepsia per proprium cerebri affectum si quis, derasis capillis, vesicantibus per vniuersum caput vtatur, atque ad peripheriam humores virulentos trahat, diutius vlcusculis cutim capitis infestantibus relictis, vt per longum tempus serosi illi humores per vlcuscula emanent, optime curationem instituet. Contumacissimos enim capitis morbos hujusmodi ratione curatos vidimus d*).

 * Simili

*) Simili methodo etiam in epilepsia idiopathica vtebatur Cl. ROSETTVS, medicinae Professor Caesenae, et Clinicus non indoctus, amicusque noster singularis. Is per epistolam me certiorem fecit, plurimos epilepticos a se curatos fuisse hac omnino ratione. Primum rhabarbaro, vel manna, vel cassia aegrum leniter purgabat. Deinde biduo ante plenilunium vncias quinque sanguinis detrahi ex saluatella jubebat; idque singulis mensibus iterabat, excepto Aprili et Octobri, in quibus venaesectionis loco hirudines ano admouere satius ducebat vltimo lunae decrescentis stadio. Reliquis mensibus, vt dixi, e saluatella sanguinem mittebat, hoc tamen ordine, vt primum a sinistra manu initium faceret, deinde ad dexteram procederet, et sic alternatim, donec exacti essent duodecim menses. Hoc tempore, toto scilicet anno, quouis mane ex jure tenui propinabat drachmam pulueris testiculorum equi, vesperi vero hora somni tempora, occiput, ceruicem, et naris oleo saponis inungi praecipiebat. Victum imperabat ex jusculis, ouis, et carnibus elixis, potum vero solam aquam ex jujubis decoctam, et chalybe ignito alteratam. Animaduertit, hanc methodum conuenire dumtaxat epilepsiae a copia, aut feruore sanguinis genitae, et jouenibus, plethoricisque hominibus. Sic ROSETTVS in sua epistola. De hac curandi epilepsiam ratione, si bene memini, mentio fit etiam ab aliis arcanorum scriptoribus atque empirica medicamenta vndique colligentibus.

a) HEISTER. *Instit. chirurg. P. 2. p. 38.*, et ante eum CAR. PISO *De morb. cap. sect. 2. P. 2. cap. VII.* b) MORGAGN. *Epist. anat. med. X. n. 8.* c) *De Imp. sol. et lun. cap. 2. p. 8.* d) *Anim. et caution. medic. VI. n. 55.*

§. CCLXXXIII.

Remedia pharmaceutica. Pharmacia quoque multa medicamenta suppeditat ad epilepsiam profligandam. In his euacuantium omne genus passim extollitur, sed prae ceteris emetica, et cathartica. In ea specie, quam primarum viarum saburra sympathice gignit, profecto ea, quae aluum per epicrasin ducunt, non infimum locum tenent. Hac prope purgationis ratione Grammaticum curauit GALENVS, quemadmodum animaduertit opportune FELICIVS a). In purgantium

m vero medicamentorum vſu illud fere inualuit,
ea ante nouilunia, plenilunia, et quadraturas vti-
dari videantur. In epilepſia ſympathica a pri- *In ſympathica.*
rum viarum cacochylia, quam omnino in pue-
frequentiorem agnouit BAGLIVIVS *b*), curatio-
n ipſe moliebatur ſale vitrioli ad ſcrupulum, vel
chmam in jure carnis dato, quo vomitus exci-
ur, excutiturque quidquid interdum catharticis
obediuerit. Alii id tentant radice ipecacuan- *Emetica.*
, tartaro emetico magna aquae copia diluto, oxy-
lle ſcillitico, ſyrupo nicotianae, aliiſque emeſin
mouentibus: nec in ſympathica hac epilepſia
tummodo id faciunt, verum etiam complures
idiopathica audendum volunt. Ac quanquam
n iis deſint felicium curationum, quas hac via
inuerunt, exempla, non deſinam tamen in me-
riam reuocare ea, quae alias de cauto, et fere
ſcribendo emeticorum in morbis capitis idiopa-
cis vſu protulimus. Aliis magis placent cathar- *Cathartica.*
. Horum ope ſperant, impactum cerebro, ner-
ue noxium humorem dimoueri, attenuari, alior-
allici, et demum excerni poſſe. Neque ab hel-
oro ipſo, a colocynthide, ab elaterio, aliiſque
ſticis temperant. Narrantur per haec mirae
edam epilepſiae habitae curationes. Vendita-
olim Bononiae arcanum muliercula, quo multi
ati dicebantur. Erat autem, vt putabatur, tin-
ra colocynthidis ope ſpiritus vini elicita, cujus
ius cyathus ſingulis diebus per aliquot hebdo-
das dari conſueuerat. Noui virum nobilem, qui, *Obſeruatio.*
arcanum illud aliquo cum leuamine aſſumſiſſet,
epticus tamen ad ſenium vſque permanſit. Ce-
m non negauerim catharticis quandoque radi-
s cauſſam epilepſiae euelli poſſe, ſed maturam, et
lentem ſapientis medici deliberationem expo-
eorum vſus; non enim cuiuis temperamento,

 aetati,

aetati, serui, habitui corporis, et caussae opport...
esse queunt *).

a) *Dissert. del presag. med. p.* 198. b) *Appen... Asthmat.*

*) De emeticis, et catharticis in epilepsiae cura... caute adhibendis audiendus omnino est LVDOVICVS... PTALIVS Mediolanensis, Medicus scientiae laude, et ... dendi vsu cum summis viris comparandus. Is, etsi... quin emeticis non aduersus, (*L. VI. animadv. et c... medic.* §. 54.) haec habet: *Cum plerosque videam, ...* TAEO, *et* AVICENNA *duce, in praecauenda epileps... dissimis vti medicamentis purgantibus tum per vomitum ... per secessum, ego longa experientia doctus profiteor, ... quam morbum hunc in quoquam per proprium ce... ctum productum, validioribus vomitoriis curatum ... sed ex iis omnes ad deteriorem statum deductos. Vel... autem per secessum educentia aliquando profuisse obser... modo non ita frequenter in vsum ducta fuerint; a freq... tiori enim eorum vsu, exhaustis spiritibus animalibus, ... plexiae saepe concitantur.*

§. CCLXXXIV.

Opii vis. Opii praestantiam aduersus affectus conu... et tetanum ipsum supra (§§. CCLXXI. CCL... memorauimus. Cur non idem erit exspect... in epilepsia ab opio? MORGAGNIVS certe ... ejus facultatem in hac curanda cognouit, ... *Obseruationes.* exemplis confirmauit a). Narrat primum ... rum ex terrore epilepticum factum, cui nec s... nis missio, nec remedia seroso humori expell... idonea quidquam profuerant, opii grano vno ... diem diuisim dato pristinae integritati fuisse ... tum. Nec puero tantum, et ex hac sola caus... leptico, sed etiam seni sexaginta et octo an... to profuit. Is laborabat epilepsia ex hypoch... rum consensu, ac vitio, et simul in hydroth... vergere videbatur. Data eidem sunt eccopr... aperientia, ac diuretica remedia, a quibus nu... cepit leuamen; imo ab iis, quae vrinas cient, gr...

ls accessus reddebantur, fortasse quod aliquantum stimulant. Conualuit tandem dimidio opii grano uotidie ad longum tempus vorato. Nec alienum detur, in hysterica epilepsia, et quacunque alia mpathica, aut cum nimia sensibilitate generis ruosi conjuncta, aut a doloribus originem ha-nte aliquid boni ex opio sperare.

a) *Epist. anat. med. IX. n. 6. et n. 7.*

§. CCLXXXV.

Nullo in morbo plura remedia tamquam speci- *De specificis.* a praedicantur, quam in epilepsia. Ex his cele-iora liceat recensere. Viscum quercinum, jam-u celebratum, egregia roborandi vi praestare scri-it SWIETENIVS *a*), atque hinc magnum nomen curanda epilepsia a generis neruosi debilitate ofecta sibi comparasse. Sed multo ante a BOY-LO ejus antepileptica vis cognita fuit, cum histo-am referat de nobilissima foemina epilepsia pene reditaria diu afflicta, quae tandem post multa re-dia frustra tentata solo puluere visci quercini veri drachmam vnam in aqua cerasorum nigrorum lis diebus circa plenilunium aliquamdiu sum-y perfecte conualuit *a**). LOESEKE duos ab lepsia, cujus caussam detegere non potuerat, os reddidit, data quouis trihorio pulueris visci rcini semidrachma, et simul hausto desuper de-o, quod parabat ex vnciis quatuor visci quercini btilem puluerem redacti, et florum paeoniae pulo vno in vncias sexaginta aquae feruentis tis, et aliquamdiu maceratis, addendo demum ori colato duas vncias syrupi paeoniae ad gra-n saporem *b*). Radix quoque valerianae majo- *De rad. valerianae.* sylueftris, postquam FABIVS COLVMNA *c*) ejus es antepilepticas non modo in aliis quibusdam n paucis, sed in semetipso expertus est, vti spe-cificum

cificum epilepsiae celebratur a quamplurimis. c
LVMNAE fidem auxit MARCHANDIVS *), qui no
institutis experimentis miram ejus radicis efficac
tem comprobauit d). Ex hujus autem auctoris
seruationibus patet, radicem hanc modo aluum
xare, et lumbricos dejicere, modo sudores eti
ciere. Quo factum est, vt IANVS PLANCVS A
minensis (in notis ad Phytobasanum FABII CO
MNAE) ei facultatem solum anthelminthicam t
buerit, et sibi ipse persuaserit, solam epilepsiam
vermibus inductam per eam curari. Vt vt
plerisque hodie inter efficaciora antepileptica
tatur. Ex nuperis scriptoribus, qui in ejus
des efferuntur, silentio praeterire nequeo mag
celebritatis, ac doctrinae viros, TISSOTIVM e),
ANTONIVM SCOPOLIVM f). Vt vero radix int
gras suas vires habeat, effodi debet mense Marti
antequam caulem edat, et siccata in puluerem t
nuissimum redigi, cujus quotidie drachma, vel
quidrachma, vel binae drachmae etiam a
tur g).

a) §. 1084. a*) *De vtilit. nat. philosoph.* p
sect. 5. *cap.* 7. b) *Comm. Lips. vol. V. p.* 126.
phytobasano.

*) Ante MARCHANDIVM auctoritate FABII COLV
ductus PANAROLIVS hoc remedio feliciter vsus est p
Vid. ejus *obseru.* 33. *cent.* 1.

d) *Mém. de l'Acad. Royal.* 1706. *p.* 430. *ed.* A
e) *Traité de l'Epileps. art.* 25. *p.* 300. f) *Flor.* C
T. 1. *p.* 33. g) *Phytobas. p.* 120.

§. CCLXXXVI.

De cinnabari. Cinnabarim epilepsiae magnetem appellauit
RIVERIO, medicus ille trium Augustorum co
matissimus IO. CRATO. Natiuam in primis
babat FRID. HOFFMANNVS in epilepsia, ali
capitis affectibus, quos serum, vel sanguis eff
pare

reret. Videbatur enim ei mira resoluendi virtu- praedita; nec injuria, cum ex hydrargyro, et sul- ure intime concretis coalescat. Hydrargyrus imuero, etsi interdum epilepsiam male admini- ratus arcessisse fertur, inter antepileptica tamen re locum obtinuit; nam pluries exspectationem ipleuit. DOVARIVS mercurium dulcem cum cin- bari antimonii commixtum proponere consueue- t, et quidem largiore dosi a). Mihimet ipsi epi- pticum per mercurium dulcem sanatum videre ntigit, cui a cane rabido demorso ad auertendam drophobiam istud remedii ad triginta amplius es dederam. TROGHERIVS b) pilulas mercuria- s catharticas reliquis praeparationibus antefert *), iarum semidrachma alternis diebus per sex men- s, deinde per alios sex quouis quarto, vel quinto e dumtaxat praebita, et desuper hausto decocto dicis valerianae sylvestris epilepticam feliciter per- nauit. Nec dubium est, quin mercurialia reme- i, si venereae praesertim luis suspicio adsit, multo igis profutura sint. Ptyalismum in epilepsia idio- thica, et contumaciore ope mercurii intrinsecus hibiti, aut extrinsecus per inunctiones admini- rati excitandum suadent BENEDICTVS SYLVA- CVS c), WILLISIVS d), ETTMVLLERVS e), ROL- NCIVS f), HOVSSETVS g) aliique expertissimi iptores.

Argentum vinum.

a) *Essais de méd. d'Edimb. T. 2. p. 510.* b) DALL- ME *Sagg. di medic. pratic. P. 2. p. 92., et Novell. Letter. Firenze del* 1762. *p.* 183. vbi obseruatio tota inserta est.

*) *Formula pilularum erat haec:*
Rec. Hydrargyri unciam vnam. Solv. et exsting. cum tere- th. 3vi. deinde add. Agarici, et extract. Rhabarbari, sin- orum drachmas duas, Aloës succotrinae drachmas tres. f. pil.

c) *Consult.* 47. d) *De morb. conuulsiv. cap.* 3. e) *r. T. 2. art. VIII. p.* 884. f) *Medic. consultat. pag.* 3. g) *Mémoir. sur l'Epileps.*

§. CCLXXXVII.

§. CCLXXXVII.

Electuarium Fulleri.

Magnam quoque celebritatem adeptum est *electuarium peruuianum epilepticum* a FVLLERO *Pharmacopoea extemporanea* descriptum. Hab hoc pulueris corticis peruuiani drachmas sex, et dicis serpentariae virginianae drachmas duas. H in electuarii mollis formam rediguntur syrupo rum paeoniae composito. Antepilepticum pr stantissimum, et certissimum pharmacum appella tur ab anonymo, qui cum FVLLERO ejus comp sitionem, vtendique modum communicauit *post debitas euacuationes*, inquit arcani comm tor, *adultis* de hoc electuario *drachma vna, mi nor dosis, mane, et vesperi per tres, vel quatuor sies exhibeatur, et postea per triduum, vel quatrid ante nouilunium, et plenilunium repetatur, morb epilepticos, et hystericos penitus eradicat*, atque etia *saltationes conuulsiuas istas, dictas chorum* S. Vi Tanto autem in pretio hic Mediolani habetur e modi electuarium, vt indiscriminatim in om conuulsiuis morbis praescribi soleat et potiss in puerorum epilepticis affectibus, in quibus i dum ad annos aliquot adhibitum vidi; etsi i tum, si quid boni inde consecutum est, mihi vi tur, remedione, an aetatis mutationi id tribu beat. Multis omnino inutile fuisse depreh quibusdam etiam non innoxium. Si quid ta vnquam bene cessit, id profecto fuit in epil periodicis, et in temperamentis frigidis, et h dis, habituque laxo, et debili. Quod sane co peruuiani virtuti maxime acceptum referri c nit. Ad exemplum Fulleriani electuarii aliud

Electuarium Meadii.

a Cl. MEADIO *a)* commendatum video, quod stat ex *pulueris corticis peruuiani uncia, et pulv dicis valerianae syluestris duabus drachmis, syr cortic. aurantiorum* in electuarii modum vna, et subacti

actis. *Hujus*, inquit vir expertissimus, post de-
as euacuationes *deuoret aeger bolum* pondere *dra-
mae unius mane, et vesperi, tribus mensibus conti-
r; deinde repetat triduo, vel quatriduo ante nouam,
namque lunam.*

) *Monit. et Praecept. med. cap. 2. sect. III. p. 37. ed.
d.* 1751.

§. CCLXXXVIII.

Ad epilepsiam idiopathicam mitigandam, imo
um quandoque curandam vti solet LANGEVS *a*)
xtura, quae fit ex assae foetidae scrupulo in spi-
us cornu cerui vncia solutae; de qua dandas
ecipit guttas triginta in aqua hirudinum cum
flores ante accessionem. Monet tamen, plethe-
is non adhibendam esse, nisi prius venae sectio-
sanguinis copia minuta fuerit. MAYERNIVS ce-
errimus in Aula Regis Magnae Britanniae Archia-
rum Comes inter complura, quae ad epilepsiam
ponit, *remedium nobilissimum* vocat puluerem *se-
um hyoscyami vltra quadraginta dies vsurpatum.*
ipiendum vero ejus vsum docet a granis sex, vel
o, et gradatim augendum ad scrupulum vsque,
grana viginti quatuor ex cochleari succi sem-
uiui recenter expressi *b*). At suspectum esse de-
remedium ob narcosin, quam inducit. Atta-
a nuperis scriptoribus extractum hyoscyami,
ex succo hujus plantae ad ignem condensato
atur, ad conuulsiuas affectiones, atque ad epi-
siam ipsam, in primis si animi pathematibus
mala debeant originem, vt innocuum parego-
m remedium proponitur, et prolatis experimen-
celebratur. Initio datur extracti hujus granum
m ter in die, et sensim augetur ejus dosis ad
pulum, et drachmam vsque dimidiam. Sed
ÖRDINGIVS extractum istud dedit decem ae-
gris

Mixtura Langei.

Semina hyoscyami.

Extractum hyoscyami, et stramonii.

gris melancholico maniacis, vndecim mani... quatuordecim epilepticis, et quinque epilepti... maniacis, et postea concludit: *Hyoscyamum ... to posse exhiberi vsu interno hominibus, nec ... esse in melancholicis, et epilepticis morbis ita, ut ... busdam videtur, salutiferum c).* Extractum quo... stramonii eodem modo paratum, et grano dim... inter initia bis in die, deinde paullatim aucta ... ad grana quindecim, aut viginti partitis vicibus ... tra nychthemerum datum epilepticis prodesse ... tendunt d). Confirmatur ejus antepileptica ... a Cl. ODHELIO e); nam in Nosocomio H... quatuordecim epilepticis praebitum est ej... extractum, quorum octo perfecte conualue... quinque magnum leuamen perceperunt, vnus ... in eo, quo erat, statu remansit.

a) *Miscell. veritat. Fasc.* 1. p. 59. b) *Prax. M... niac.* l. 1. *cap.* 3. p. 26. c) *Aduers. medic. practic.* ... WIGII *P. I.* p. 71. *ed. Lips. ann.* 1779. d) IOA... SPALOWSKY *Dissert. inaug. med. de cicut. flamm.* ... e) *Comment. medic., e filosof. d'Edimb. Vol. I. P.* ... p. 23.

§. CCLXXXIX.

Antepileptica e cupro. E cupro etiam quaedam parantur, quibus ... defuerunt sui laudatores. Aeris solutio op... ammoniaci facta, atque in aqua rite decocta ... quorem caeruleum, qui constituit *famosum ... antepilepticum puerorum. Guttulae pauculae,* ... BOERHAAVIUS a), *in hydromelle datae jej... motu, alui subductione, nausea inducta, ... pigros, tenellos stomachos; hos excitant, aqu... tas educunt, vermes occidunt. His effectis ... cacochymiae, et epilepsiae species sanantur.* N...

Specificum Weissmanni. simile huic est specificum WEISSMANNI, q... ex vitriolo cyprino in aqua pluuiali soluto, c... et spiritu salis ammoniaci perfecte saturato; c...

num post aliquam quietem affundatur spiritus vini rectificatissimus, vt elegantes crystalli sapphirinae praecipitentur. Hae quippe specificum modo dictum aduersus epilepsiam mira praeditum virtute constituunt *b*). Huc spectat *sulphur venereum*, cujus parandi modum qui cupit, consulat IOSEPHI BENEDICTI PASQVALATI Tergestini Dissertationem Vindobonae anno 1776. editam, in ejus praecipue commendationem. Sed idem Cl. GREDINGIVS, quem supra laudaui, septem obseruationes adducit a se institutas, vt sulphuris venerei vires experiretur; ex quibus haec colligit: *Hae autem septem historiae satis, superque demonstrant, hoc cupri sulphur tam parua, quam auctiori dosi nec in curanda, nec in subleuanda epilepsia habituali quidquam valuisse c*). *Sulphur venereum.*

a) *Elem, chem. T.* 2. *Proc. CLXXXIX. p.* 263. *b*) *Comm. Lips. Vol.* 7. *P. I. p.* 137. *c*) *Aduers. med. pract. modo citat. P.* 3. *p.* 530.

§. CCXC.

Nec carent sua laude moschus, tam solus, quam cinnabari nuptus, liquor anodynus mineralis HOFFMANNI, spiritus vitrioli antepilepticus PEZOLDTI, liquor cornu cerui succinatus, oleum animale DIPPELII, stercus album pauonis, flores zinci *), radix dictamni albi **), paeoniae, ruta, melissa, folia et cortices aurantiorum, pulueres epilepticus MARCHIONIS, et de gutteta RIVERII ***), Hannoueranus, spiritus sanguinis humani, aqua antepileptica LANGII, et sexcenta alia. Non nulli cum BARBETTA saponis hispanici drachmam semis decoquunt in tribus vnciis lactis vaccini, et mane, et vespere exhibent per triginta dies, hacque ratione epilepsiam pluries curatam a se narrant. Lac terte saponi hispanico, aut veneto nuptam, praesertim asininum, sed liberaliori manu, et longiori tempore *Moschus. Liquor Hoffm., Pezoldti, Dippelii. Flores zinci. Rad. dictamni albi, et alia. Lac cum sapone.*

pore exhibitum laudatur a multis, et saepenumero in epilepsiae curatione propositum in suis consiliis medicis video a Cl. IACOBO BARTHOLOMAEO BECCARIO, medicinae apud Bononienses olim Professore, cui nec deerat summa in medendo scientia, et diutinus vsus;. quae duo cautissimum, prudentissimumque medicum effecerant, pace, et venia eorum, quibus ejus consultationes non modo non arrident, sed etiam despiciuntur, et damnantur. Fortasse non placet longa, et diligens caussarum, et naturae morbi disquisitio, atque indagatio, quam vbique sagacissime instituit, et simplicissima medendi methodus, quam operosiori, et magis compositae semper anteponit. Sed in his duobus maximam medici praestantiam, ac laudem vere consistere, fatebitur quisquis et medicinae facultatem *penitius* rimatus sit, et corporis humani teneram constitutionem, quae blande tractari desiderat, recte cognouerit. Qui enim consulitur, non modo sibi, sed medico etiam consulenti satisfacere, et lucem aliquam afferre debet; quod praestare nequit sine vberiore de morbi natura, et caussis sermone. Debet praeterea ea proponere, quae aegro opportuniora ipse putat, et nouit, et magis naturae amica vsu compererit. Hanc viam instituerunt consummatissimi inter nostrates, ac sapientissimi medici, REDII, DELPAPII, LANCISII, MALPIGHII, ALBERTINII, COCCHII, VALLISNERII, et plerique Hippocraticae scholae, id est, naturae ipsius sectatores, qui de medicina practica, multoque magis de aegrotis optime meriti sunt. Ab his ne latum quidem vnguem discedere experientia edoctus, et recta ratione vsus voluit vir clarissimus, quem tota Italia suspexit, et magni fecit.

*) Flores

*) Flores zinci olim non adhibebantur a Medicis, nisi morbis exteriorum partium, et speciatim oculorum inflammationibus, aut ruboribus, a lympha acri, et mordaci inductis. Sed, postquam GAVBIVS cognouit, hos fuisse arcanum famosissimi empirici LVDEMANI, quo ipse vtebatur sub nomine *lunae fixatae*, vsui etiam interno tam ab eodem doctissimo viro, quam ab aliis adhiberi coeperunt in omnibus morbis spasmodicis, et conuulsiuis, et praesertim in epilepsia. GAVBIVS dosin florum zinci in pueris definit granum vnum bis in die, in adultis vero granum pariter vnum, sed quauis altera hora repetendum. VAN DOEVEREN autem alia ratione eos praescribendos existimat. Duabus sacchari drachmis admiscet florum zinci duodecim grana, et totam miscelam diuidit in duodecim partes aequales, quarum vnam sumendam jubet ter in die. PERCIVALIVS non timuit sic dosin eorum augere, vt quinque grana praeberentur ter in die. Huic remedio videtur inesse, vt existimat HARTVS, praeter vim absorbentem, qua praeditum quidem est, peculiaris quaedam, et specifica facultas, quam vocabimus antispasticam. Cl. DE LA ROCHE (*Observations sur l'usag. interieur des fleurs de zinc inserées dans le T. 52. du Journal de médec. de Paris*) experientia septem, vel octo annorum edoctus testatur, ejusmodi remedium nullo modo veneficum, quale a quibusdam perhibetur, repertum fuisse. Ac non modo ipse, sed ejus quoque socii, atque amici indiscriminatim eo vsi sunt in quauis conuulsiua, et spastica affectione, atque in quauis aetate, et semper salubria inde effecta retulerunt, saltem ad aliquod tempus durantia in omnibus iis casibus, in quibus non subesset vitium quoddam organicum, quod eos incurabiles redderet. Sed his quoque leuamen attulisse visum est. Opinatur igitur vir eruditissimus, flores zinci agere in *principium*, ut ipse vocat, *vitale*, minuendo *irritabilitatem systematis neruei*, sed ratione admodum diuersa ab ea, qua narcotica agunt. Non tamen inficiatur, eos interdum subsequi vomitionem aliquam, quoties largiore dosi ingesti fuerint: quod quidem in eis vim quandam irritandi, resoluendi, attenuandique ostenderet, a qua fortasse tota ejus virtus antispasmodica proficiscitur. Verum vomituritio illa non vniuersim locum obtinet, nec progredi solet, nec semper quantitatis, quae assumta est, rationi respondet, quoad ipse potuit cognoscere. Subiicit etiam, parua dosi datos, videlicet vnius, vel duorum gra-

norum pondere insolitam quamdam alacritatem, hilaritatemque excitare. Prodesse eos affirmat morbis conuulsiuis puerorum, et speciatim *pauoribus in somno*, vbi absunt vitia organica cerebri, obstructionesque abdominalium viscerum; itemque tussi conuulsiuae, nec non hystericis conuulsionibus mulierum. Animaduertit demum, saepe granum dimidium, aut integrum esse dosin nimis exiguam; ideoque paullatim augendam esse. Ipse progressus est ad grana vsque viginti, et triginta, et vltra. In adultis incipit dare duo, aut tria grana singulis tribus horis, et breui adscendit ad grana sex pro qualibet praebitione, si nullum effectum obseruauerit, et nullum inde nocumentum consequi viderit, neque stomachus nauseauerit. Forma pillari remedium stomacho minus molestum est, sed serius et lentius agit. In pueris exorditur a quarta, vel tertia grani parte, et pedetentim ad majorem dosin procedit. Negat plumbi particeps esse, ac proinde colicas saturninas inferre posse. Quo vero clarius florum zinci *vires* apparerant, decem obseruationes profert, quibus eas *confirmat*, ac comprobat. Sed multo plures obseruationes, quae eorum antispasticam facultatem ostendunt, videri possunt in *Comment. med. e filosofic. d'una Compagnia di Medici d'Edimburg. T. I. P. I. sez. I. art. n. XI P. 2. sez. 2. artic. 2., P. 4. sez. 2. artic. 3., Tom. 2. P. 3. sez. 3. etc., et* TISSOT *Malatt. de' nervi T. 2. P. 2. pag.* 338.

**) Dictamni albi, siue fraxinellae *offic.* vires antepileptica a Medicis Vidobonensibus nouis experimentis jam pridem illustratae fuerunt. Radix ejus praecipue hac laude excellere dicitur. Exhiberi autem solet vel in *puluere*, vt loquuntur, vel in *essentia*, vel in *electuario*, vel vini medicati forma. Puluis hujus radicis datur ter in die a gran. V. ad grana XX. per sex saltem hebdomadas. *Essentia* sic paratur:

Rec. Rad. dictamni alb. recent. et minutim concis. vnc. duas; Spirit. vini purissim. vnc. quatuordecim. M. et stent in digestione, donec fiat essentia bene saturata. Tempore digestionis agitetur subinde vas. Post purgans exhibitum dari solet essentia a guttis viginti ad quinquaginta ter in die ad mensem vnum, vel duos, vel tres.

Electuarium.

Rec. Pulv. rad. dictamn. alb. vnc. dimid., conserv. menthae vnc. duas; syr. menth. q. s. vt f. Elect. Sumat aeger omni trihorio paruum cochleare.

Vinum

Vinum medicatum.

Rec. Pulv. rad dictamn. albi vnc. vnam. Limat. mart. non rubiginos. drachm. tres. Vini generos. Austriac. lib. vnam. M digere per horas viginti quatuor. Dein cola. Detur omni bihorio cochlear vnum. Hoc vinum conuenit in chlorosi, et retentione menstruorum, et vbi spasmis aegri laborant, vel debiles sunt ex nimia seminis, aut aliorum humorum deperditione.

***) Pulueres ejusmodi purgandi essent a rebus inutilibus, vti ebore raso, vngula alcis, spodio, margaritis, cranio humano, hyacinthis, cornu cerui crudo, foliis auri, aliisque nulla virtute antepileptica praeditis.

§. CCXCI.

Verum in tanta medicamentorum vbertate, et copia, in tanta eorumdem celebritate, et commendatione nemo sibi persuadeat, epilepsiam semper illis esse cessuram, neque quisquam facile putet, cuicunque epilepsiae, etsi sanabili, eamdem curationis rationem, aut vnum, idemque remedii genus singulis conuenire, aut satisfacere posse. Id nobis etiam inculcare videtur diserte, atque apposite, vt solet, Cl. MORGAGNIVS a), *si a cerebri*, inquiens, *duritie, si ab apostemate, si ab sui generis abscessu, si a vasorum distentione, si ab aqua aut multa, aut pauca, aut flaua, aut limpida, si ab aliis praeterea caussis epilepsiam fieri, aut, si harum aliquas pro effectibus habere mauis, at foueri saltem, seruari, augeri posse non negas; vides profecto, quam difficilis sit aliquando ipsius curatio, atque adeo, vt vires artis excedat. Vides simul, cum has non excedit, quam varia curatio esse debeat tunc quoque, cum epilepsiae caussa intra cranium est, non modo cum extra ipsum.* *Quandoque insanabilis epilepsia.*

a) Epist. anatom. med. IX. n. 26.

§. CCXCII.

Quamobrem nostrates Medici sapientiores plus in remediis, quae totum corpus immutant, quam *Plus in medicamentis totum cor-*

pus afficientibus, quam in specificis confidendum. in arcanis, specificisque confidunt. Sic enim sperant efficere, vt illa quaecunque sit in encephalo diathesis, siue dispositio, quae proëgumenae caussae loco haberi potest, paullatim deleatur, aut saltem caussae procatarcticae, quae aut a copia, aut a dyscrasia humorum plerumque profluunt, ita emendentur, coërceantur, vt proëgumenae occasionem, vnde excitetur, exhibere nequeant. Hinc plethoram subinde minuere, vbi ea incidat, student; cacochymiam, quando haec suis notis se prodit, euacuantibus tollere; acritates diluentibus, temperantibus, inuoluentibus corrigere; omnia vno verbo ad libellam, aequilibriumque redigere. Quare sanguinis missionem statis temporibus imperant; catharsin subinde non omittunt; vrinas, sudoresque opportune cient; et prae ceteris sero lactis, succis herbarum cichorei, fumariae, melissae, aut earum dilutis, decoctis radicum chinae, et sarsaeparillae, et quandoque guaiaci, lacte asinino, aquis medicatis, diu, et lege artis potandis, balneis aquae dulcis, juribus viperinis, ranarum, et canrorum fluuiatilium pro re nata vti norunt. Sed summam spem collocant, quod ab antiquissimis etiam medicis factum est, in regimine diaetetico rite instituto. Hoc enim blanda humoribus conditio impertiri potest, qua deinde nec cerebrum, nec nerui vllo modo vellicari, aut grauiter affici queant. Coeli igitur mutationem, peregrinationes, corporis exercitationem, somni, et vigiliae temperamentum, animi quietem, et tranquillitatem, ciborumque, qui coctu faciles, naturaque blandi sint, delectum quam maxime suadent. Vinum penitus intercidendum esse judicant, quo vno praesidio multi ab epilepsia liberati narrantur. Vitandam ingluuiem, repletionemque omnem volunt, proscribendaque cuncta alimenta dura, difficilia,

Regimen diaeteticum.

cilia, salita, aut acria, aut vndecunque sanguinis motum concitantia. Potus *caffe* generatim, vt nervis inimicus, vituperandus videtur. Ex saturatissimo ejus decocto lethalem epilepsiam natam vidit SALOMON THEOPHILVS MEZA *a*). Aquae potatio; diaeta alba, et lactea; aërisque puritas sola interdum salutem attulerunt. In pueris vero, atque adolescentibus non parum emolumenti ab aetatis mutatione exspectandum est. Atque haec de epilepsia satis *).

a) *Collectan. Societ. med. Haunienſ. vol.* I. *pag.* 154.

*) Satis quidem mihi pro mei instituti ratione: aliis fortasse non item. His vero faciet satis absolutissimum, perfectissimumque de epilepsia opusculum, quod inscribitur: *Traité de l'epilepsie par Mr.* TISSOT *Doct. med. etc. in* 8. *A Paris* 1772. Hunc tractatum prae omnibus, quos noui hactenus editos, perlegant tirones, assiduaque manu versent, nam quidquid ad morbi historiam, caussas, signa, et curationem spectare potest, in eo supra exspectationem abunde expositum inuenient.

CAPVT IX.
DE VERTIGINE.

§. CCXCIII.

Vertigo, graecis Δῖνος *), nobis ea est affectio, in qua homo subito in gyrum agi, vel res extra ipsum positae repente, etsi vere quiescant, circumduci, aut saltem moueri videntur, vel vtrumque simul apparet, sensibus, et motibus aliquantum turbatis, et corpore ipso veluti nutante. Hac descriptione credimus continuo perspici, quid hoc nomine intelligendum sit, nihil solliciti, ad motusne imminutos, an ad auctos referri debeat, quod a Nosologis disceptatur *). In ea autem non modo complexi sumus subitam corporum circumstantium apparentem rotationem, aut trepidum motum; verum

* *Dinos. Quid?*

rum addidimus etiam, ipsius hominis fallacem sensum cum ejus aliqua nutatione, et quasi prolabendi metu; quia, quando hoc morbo corripimur, clausis etiam oculis, aut visu orbati circumagi, et vacillare nobis videmur. *Sensus* quoque *aliquantum turbatos* adjecimus, quod, vt recte animaduertit SAVVAGESIVS in hocce morbo, non solum visus, aut auditus, sed tactus etiam, interioresque sensus laborant.

*) Nonnulli adnumerant vertiginem morbis motuum imminutorum. LVDWIGIVS speciatim eam ad soporosos affectus relegat; neque ab illo dissentit PLATNERVS. Vterque enim hanc affectionem definiuit *subitaneam sensuum perturbationem, et obnubilationem, quae potissimum in organo visus, et auditus percipitur.* At hujusmodi definitione non satis clare vertiginis idea explicatur, nec, quid cum soporosis affectibus commune vertigo habeat, vt ad eos spectare dicenda sit, continuo apparet. SAVVAGESIO vero rectius visum est, vertiginem ad classem vesaniarum, et speciatim ad ordinem *hallucinationum* referre. Vertigo enim ipsi est *hallucinatio, qua objecta licet quiescentia e loco moueri, vel in gyrum versari nobis videntur.* At si *hallucinatio* ad mentem spectat, non video, cur inter hallucinationes vertigo collocanda sit, cum vertigine correpti probe noscant, aduertantque, rotationem illam non esse veram, sed apparentem tantummodo; neque hinc falso judicant, errantque, vt inter errores mentis locum mereatur. At, inquies, non errant quidem in judicio, sed in imaginatione, siue mauis in sensatione. Quicunque demum error iste sit, talis tamen est, vt eum mens illico aduertat, ac reprobet nec proinde ad vesanias, hallucinationesque referre queas. Adde, titubationem corporis, cadendi metum, obscurationem visus, tinnitum aurium, atque alia, quae in vertigine saepe occurrunt, non esse errores phantasiae, mentisque hallucinationes, sed vera, et genuina incommoda, vt postea clarius patebit. Vtcunque demum res se habeat, nos de disponendis in classes morbis non valde laboramus. Illud vnum nobis visum est, de vertigine verba facere post epilepsiam, quod quidam veluti ejus leuissimus gradus videtur, affinitatemque cum ea aliquam prae se fert.

§. CCXCIV.

§. CCXCIV.

Tres peculiares vertiginis differentiae constitui nmuniter solent. Prima est vertigo simplex; n videlicet exteriora, aut corpus nostrum, aut aque simul, vt dictum est, circumagi, ac nutare mtaxat videntur. Altera est, quando praeter parentem objectorum rotationem, aut motum, curatur etiam visio, aut deficit, aut saltem ni- ea cernuntur, quae trepidare, aut in gyrum agi entur, aut demum oculi, postquam varii colores te eos obseruati sunt, caligine quasi offunduntur. inc peculiari nomine *scotodiniam*, aut *scotomiam*, e *vertiginem tenebricosam* *) vocant. Tertia deque est, quando vertigo adeo inualuerit, vt aeger uia quaeque apprehendere cogatur, ne corruat. citur propterea *vertigo caduca*, atque epilepsiae de proxima habetur. Imo haec a quibusdam leuissima epilepsia, sumitur, non secus ac leuisius epilepticus insultus pro vertigine. Ex his colere licet, in vertigine non semper oculos affici, c, vbi et ipsi afficiuntur, solos laborare, sed ce- ɔrum, aliasque partes, et speciatim musculos corri sustinendo dicatos; neque proinde corporis tationem, quae interdum tanta est, vt humi honem prosternat, semper ab offuscatione visus, ac le oborto cadendi metu deriuandam esse, quemnodum quis putare posset. Accedit postremo, od reliqui etiam sensus persaepe in hoc morbi nere aliquid compatiuntur; nam cum ipsa corris, aut rerum externarum rotatione plerumque rium tinnitus, aut obtusus quidam sonus, et tais hebetudo conjunguntur.

Tres differentiae primariae. *Vertigo simplex.* *Scotomia, siue vertigo tenebricosa.*

*) *Scotodinia*, *scotodinos*, *scotomia* synonyma sunt. Σκότος tenebrae, δίνη, *vortex aquarum*, originem vocabuli ex- ·ant, atque significatum. Σκότωμα, *caligo*, *obscuritas*; ιc *scotomia*.

§. CCXCV.

Caussa proxima. Multa de caussa proxima vertiginis excogitat[a] hanc vsque diem, et prolata fuerunt a patholo[gis] sed manet adhuc, meo quidem judicio, in anti[qua] obscuritate, in qua ejus natura latebat*). Ne[que] satis hasce tenebras dissipauit GAVBIVS, qui[a] rem ipse illustrare tentans sic scripsit: *Quum* [...] *et intuitus rerum, quae circumaguntur, aut alias* [...] *riter ante oculos mouentur, et capitis, corpor[is]* *vniuersi in gyrum agitatio, et meticulosus pr[...]* *prospectus insuetis vertiginem inferat; cred[...]* *caussas quoque internas haud dispari ratione agen[...]* Sed adhuc explicandum superest, in quo isthaec [...] sa ratio consistat. Quemadmodum enim nescim[us] quidnam neruis, medullaeque cerebri accidat [...] sensationibus, perceptionibusque proprie dictis; [...] ignotum quoque credimus id, quod cerebrum, [re-] tina, neruique aliorum sensuum patiantur a c[...] exterioribus modo memoratis, quae vertig[inem] non assuetis inferre solent. Ad summum p[...] conjectura dici potest, in vertigine modo le[ntem] crystallinam fortasse aliqua ignota adhuc ca[ussa] liquam reddi, inclinari, aut inaequaliter co[...] ri, modo bulbum oculi a musculis inaequ[aliter] spastice contractis aliquam figurae, et positu[s mu-] tationem subire, modo retinam, neruum opt[icum] cerebrum ipsum, neruosque auditui, tactui, [...] que inseruientes ita affici, vt in spasticis, co[nvul-] siuisque morbis afficiuntur. Enimuero si [...] vertiginis phaenomena perpendantur, et c[aussae] eam excitantes intime spectentur, nihil pr[orsus] dum offendes, quod neruosam, conuulsiu[am] affectionem non exhibeat.

*) Quae enim a veteribus pathologis de caussa ver[tigi-] nis proxima tradita sunt, tam a veri similitudine di[...] vt hodie, vti commentitia, fidem non inueniant. [...] *spi[...]*

itus flatuosos, aut humores a calore in vapores resolutos, ataxiam spirituum, aut distortas spirituum animalium , aut spirituum animalium motum in oculo saltatorium, anta physiologiae, atque anatomes luce caussam vertiis proximam esse sibi persuadeat? Quis spiritus animain cerebro, aut oculi camera in gyrum actos hodie nte concipere possit, dum, si vere hi existunt, suis fistuos contineri, et aliorum liquorum legibus per eas mo, rationi consonum omnino est? Quis IVNCKERI hyhesin adprobet, in qua neruі a meningibus deriuati untur, motusque, et sensus a membranarum, et nerum tensione deducitur, vt deinde ab hac ipsa tensione, spasmodica, aliqua vertiginis explicatio deriuetur? minori difficultate implicatur hypothesis, etsi subti, SAVVAGESII, quae sanguinis motum retrogradum in ina, in auribus, et tactus organo comminiscitur. Nemo idem negauerit, sanguinem e venis in arteriolas, atque *his* in majores ramos regredi posse, quibusdam interientibus caussis. Verum quis vnquam demonstrabit, c vere caussam vertiginis proximam esse? Id omne hyhesi tantummodo nititur, nec aliam fidem meretur, m reliquae quaecunque confictae opiniones. Qui o dixerit, coronam ciliarem contrahi, atque hinc len crystallinam obliquam reddi, aut musculos oculi inaeliter tendi, vt rotationem, subuersionemque objectoexplicet; profecto is non aliam vertiginis caussam inet, quam illarum partium spasmum, et conuulsionem. quis pro certo affirmare queat, coronam ciliarem irriitare, atque adeo contractionis motu pollere? et si eat, sua contractione crystallinam lentem obliquam fae, atque visionis axem peruertere posse?

t) *Instit. Patholog. Medicinal.* §. 721.

§. CCXCVI.

Quaecunque vero illas partes (§. CCXCV.) commnunt, agitant, irritant, infirmantue, siue prone in eas, siue per consensum agant, caussarum rtiginis remotarum loco habendae vtique erunt. c igitur omnia reducantur, quae caussarum retarum nomine, vbi de *neruorum distentione, et ore (cap. VIII.)*, atque adeo de epilepsia egimus, memo- *Caussae remotae.*

memorata fuerunt. Inter haec peculiarem m
tionem exigunt aetas ſenilis, tempus hyemale,
ſtrinae conſtitutiones, capitis percuſſiones, c
fracturae, aut depreſſiones, vehemens ſub ſole
dente calefactio; excercitia immodica, ſeſſio in
teriore currus velociter acti parte, obuerſa ſcil
facie, ingluuies, cibi flatulenti, ira, balneum, ali
immodica excretio, euacuationis alicujus conſu
ſuppreſſio, inedia praeſertim in bilioſis, halitu
cis viuae, carbonum, fodinarum, muſti, aut
ſiae fermentantis, odores ſuaueolentes in
lioribus, pedum refrigeratio, vini, et vino
liquorum, nicotianae, opii, lolii, aliarumque
rum narcoticarum inſolitus, aut nimius *vſus*. Q
rum non nulla, vt facile patet, in cerebrum *ipſ*
proxime agunt, alia in alias partes; ſic tamen,
cerebrum ipſum in conſenſum trahatur, aut ca
verſus humores vberius propellantur. Inter pa
tes, quarum conſenſione caput afficitur, pri
net ventriculus, in quo ſaepiſſime reſidet ver
cauſſa. Nam jejuno, aut acrioribus, prauiſque
cis referto, atque irritato, aut nimium cibis o
vertigo ſaepe moleſtat, quae tamen illico ab
to cibo vel modico, aut expulſis, quae in eo
ſordibus, acribuſque humoribus, aut a cib
ſarcina liberato ſtomacho euaneſcit. Hinc ma
perſpicitur, cur hypochondriaci vertigini ſint
crebro obnoxii. In his enim primae viae cr
tibus, prauiſque ſuccis plerumque ſcatent; v
culus, atque inteſtina a flatibus diſtenduntur
guis lente in viſceribus abdominis, et praeſer
vena portarum progreditur; hinc ſpaſmi, et
qualis ſanguinis diſtributio; hinc ad caput c
ſior humorum vis, aut neruorum paris vagi c
ſenſione facilis in cerebrum irritationis propaga

Vertigini hypochondriaci ſaepe obnoxii.

§. CCXCV

§. CCXCVII.

Quare praeter illas differentias, quas supra CCXCIV.) a vertiginis majore vel minore gradu promsimus, non negligenda est alia, quae ab oris sede procedit, quaeque communis est cum risque ceteris morbis, videlicet in *idiopathicam*, *sympathicam*. Rursus a quibusdam distinguitur *vertiginem cerebri*, in *vertiginem visus*, in *vertiem tactus*, et sic deinceps. Pro caussarum vero ietate, vt reliqui, in primis capitis, morbi, sibi ia nomina vindicat, ducta videlicet a sanguine, tro, a vulnere, ab ictu, a venenis, ab ebrietate, stomacho, ab hypochondriis, ab vtero, a nimia ruorum sensibilitate, a vasorum vacuitate, et sic rro; quorum nihil attinet singillatim meminisse. terdum etiam cum aliis morbis complicatur, aut rum symptoma est. Hinc *complicata*, aut *symmatica* etiam nominatur.

Differentiae secundariae.

Differentiae a sedibus.

Differentiae a caussis.

§. CCXCVIII.

Morbus ex iis, quae de eo retulimus, satis patet, facillimeque cognoscitur; neque ejus caussae ere possunt, si ad toties memorata earum signa imus aduertatur. Omissis ergo signis diagnosti- ad prognostica me conuertam. Vertigo pro aduum ratione plus, vel minus grauitatis conti- t. *Tenebricosa*, et *caduca* periculosior est, quam *plex*, itemque *idiopathica*, quam *sympathica*; nus vero omnium, quae *hypochondriaca*, aut *rica* dicitur. Periculum autem in grauiore, manifesta caussa inuadente ex eo immi- t, quod juuenes ea correpti in epilepsiam; ae- te profecti, et senes in apoplexiam facile inci- nt. Vertigini capitis dolor superueniens inter- m eam soluit. Malum vero indicat vertigo, si lori capitis ipsa successerit. Hinc scriptum est: *ebricosae vertigines, si cum doloribus adfuerint, malum*

Diagnosis et prognosis.

malum in insaniam erumpit, nec facile profligatur; senes praecipue affligit a). Male etiam audiunt vertigines complicatae cum aliis morbis, aut symptomaticae, vt ex Hippocraticis oraculis eruitur. *Tenebricosa vertigine laborans, et lucem auersans, somno, ac ardore multo detentus, desperatus b).* P... *vi in longis morbis aurium tumores, si subinde sanguis e naribus profluat, et tenebricosa vertigo excitetur, exitio sunt c). Febres vertiginosae, et cum ... intestini morbo, et sine hoc, perniciem intentant ...* Quando vero inter initia morborum vertigo infligit, saepe aut narium haemorrhagiam, aut ... praemonstrat. Hinc in *coacis* habetur: *Tenebricosas vertigines circa initia* (morborum) *sanguinis e naribus fluxio soluit e).* Et in *praenotionibus* f): *Si quis in febre non lethali dixerit, caput dolere, ... tenebricosum quiddam ante oculos obseruari, si etiam oris ventriculi morsus accesserit, biliosa vomitio ad...*

a) Praedict. l. 2. *num.* 155. *b)* HIPP. *aph.* 15. ... *VIII. c) Coac. n.* 105. *d) Ib. n.* 106. *e)* ... *f)* N. 144.

§. CCXCIX.

Curatio. Curatio porro pro caussarum diuersitate petenda est ex capite superiore *de neruorum distentione, rigore,* et speciatim ex iis, quae epilepsiae curandae opportuna praedicauimus. Quasi specificum ... feri solet stercus pauonis, et radix valerianae syluestris. Inter cathartica excellere dicuntur pilulae de succino Cratonis, et masticbinae. In vertigine ... motu rhedae, aut nauis laudantur a GORTERO ... paregorica, et acida gratiora, vti theriaca, ... num rhenanum cum succo mali citrei, aut ... et pauxillo syrupi diacodii. Alii vinum cum ... marina commixtum proponunt ad auertendam vertiginem, quae nauigantibus, atque motui nauis ... assue...

ietis molesta esse consueuit. Quod ad victus ionem attinet, haec caussis morbificis emendan- accommodata sit oportet.

) *Dissert. de vertig.* §. XXXIV.

CAPVT X.

DE OPHTHALMIA, ALIISQVE OCVLORVM VITIIS.

§. CCC.

Multis, et magnis morbis patent oculi, quorum non pauci in chirurgia pertractantur. : omissis iis, quibus sola manus medetur, de ophtalmia, nonnullisque aliis eorum vitiis, quae saepius medica ope egent; aut medicis clinicis se objiunt, ut consilium suum aperiant, breuiter dicemus. Ophthalmiae nomen latiorem habet significatum; et quamuis aliquibus aeque valeat ac oculorum morbus *), vetus tamen consuetudo obtinuit, vt plerique hanc vocem adhibeant ad inflammationem tunicarum oculi, in primis exteriorum, notandam. *Ophthalmitin* hanc nuperi quidam vocare malunt.

Nominis significatio.

Ophthalmitis.

*) Ὀφθαλμός latine vertitur oculos. Ὀφθαλμία igitur nat oculorum morbus. *Lippitudinem* vocat C. CELSVS. nc SAVVAGESIVS diuidit in complures species, alias m rubore quidem, et dolore, sed sine inflammatione, as cum inflammatione conjunctas. Nos veterum significationi, quam huic voci tribuerunt, adhaerentes, quando ophthalmiam dicimus, non alium morbum intelligimus, iam oculorum inflammationem. Nolumus enim pro arrio vetusta nomina immutare.

§. CCCI.

Ophthalmia, quam dixi, in tres veluti gradus, ae species, si communiores ab auctoribus distinctiones

Ophthalmiae tres veluti gradus.

ctiones sequi lubet, diuiditur. Primus gradus dicitur *Taraxis*, quasi turbatio a ταράσσω *), tu[...]
Est autem, cum in tunica adnata, siue coniun[ctiua] leuis rubor, siue inflammatiuncula se ostendit. [...] ea oculus humidior fit, calet leuiter, rubetque, [...] non nihil dolere incipit. Idque contingit a cau[ssis] plerumque euidentibus, solis ardore, igne, fum[o,] vento, puluere, vini potu, similibusque. T[am] leuis vero est ista inflammatio, vt GALENVS *Tara*[*]xin* potius inflammationis initium, quam veram in[-]flammationem reputauerit. Hinc non nulli tam veterum, quam recentiorum, inter quos NICOLAVS PISO *a*), et IVNCKERVS *b*), hanc *ophthalmiam* [spu]*riam* nominarunt. Alterum gradum facit ophthal[-]mia proprie dicta, in qua nimirum inflammatio ma[-]nifestior cernitur, oculi magis rubent, magis calent, magisque dolent, et non modo humescunt, sed v[be]riores lacrymas fundunt; et praeterea caussae, qu[ae] originem morbo dederunt, plerumque grauiores vehementioresque sunt. Tertius denique [gradus] dicitur, cum non solum *adnata*, verum etiam [scle]*rotica* tanta inflammatione intumescunt, vt [supra] corneam lucidam attollantur, hiatumque quasi [...] relinquant. Praeterea in hac inflammationis [ocu]lorum specie plerumque palpebrae inuertuntur, [ac]ceditque immanis capitis dolor, ac nocturna vigil[ia]. Dicitur *chemosis* a χαίνω *), id est hiatus. Mi[rari] non desino, IVNCKERVM hunc grauiorem ophthal[-]miae gradum a seroso humore oriri posse credid[isse], atque ideo ad spuriam ophthalmiam retulisse.

* Ταράσσω.

Primus gradus Taraxis.

Secundus ophthalmia.

Tertius chemosis.

* Chaeno.

a) *De morb. cognosc. et curand. l.* I. *cap.* 26. *n.* 40 [*b*)] *Conspect. med. theor. pract. Tab.* XXIV.

§. CCCII.

Alii aliter eam diuidunt.

Alii hosce ophthalmiae gradus, siue differen[tias] (§. CCCI.) diuersa ratione exprimunt; primum [...]

pell[...]

pellant ophthalmiam *leuem;* alterum ophthalmiam *grauem; grauissimam* deinde tertium. Neque desunt, qui chemosis nomine eam oculorum inflammationem speciatim intelligant, quae ad interiores vsque oculi membranas, contentosque humores protenditur, omniumque grauissima est. Qui vero non isto, sed priore modo eam accipiunt, coguntur aliam imponere denominationem inflammationi, quae occupat interiores oculi partes, choroidem videlicet, vueam, retinam, capsulam humoris crystallini, aut vitrei. Quapropter hanc PLATNERVS *a*) speciatim oculorum *phlegmonen* vocat. *Oculorum phlegmone.* Stipatur autem grauissimis symptomatibus, dolore nempe, et calore capitis, oculorumque intolerabili, febre vehementi, vigiliis, interdum delirio, lucis intolerantia, imo omnimoda auersatione, pupilla restricta, et lacrymis vberioribus. Ingens haec totius fere bulbi inflammatio, praesertim cum a repentina caussa originem ducit, tanto plerumque impetu oculos inuadit, vt eos quasi e sede sua depellere videatur. Id mali, quia bulbus oculi protuberat, et quasi procidit, πρόπτωσιν *) Graeci, CELSO teste, appellant *b*). Quando in hocce grauissimo oculi infortunio retina quoque afficitur, id ostendi putat PITCARNIVS a muscis, puluisculis, aliisque incertis simulacris, maculisue ob oculos obuersantibus *c*). Sed haec ipsa simulacra ab humoris aquei etiam vitiis, alterationibusque contingere posse, contra PITCARNIVM contendit PORTERFIELDVS. * *Propt[illegible]*

a) *Instit. Chirurg.* §. 281. *b*) *L. VI. cap. 6. n.* 8. *c*) *Elem. medic. physic. mathemat. cap. XIII.* §§. 2. 3. 4.

§. CCCIII.

Atque haec de *ophthalmia vera*, et *sanguinea*, quam *humidam* etiam non nulli dicunt a lacrymatio- *Vera, siue sanguinea.*

Lippitudo sicca, siue ophthalmia notha. nis vbertate, dicta sunt. Nunc transeo ad eam, quam lippitudinem, siue *ophthalmiam notham*, et *siccam* vulgo nominant. *Notham* eam vocant primum e eo, quod palpebras potius, earumque angulos occupat, quam oculi bulbum, deinde quod a sero, aut lympha acri gignitur; *siccam* porro, quod minor lacrymatio eam comitatur. Hujus autem duplex genus occurrit, alterum cum pruritu, alterum sine pruritu. *Psorophthalmia.* Quae cum pruritu est, vel exiguam humoris salsi, atque acris fluxionem comitem habet, et dicitur *psorophthalmia;* vel in ea abest omnis humoris fluxus, sed palpebrae tantummodo rubent, tument, et dolore quodam leui, et grauitatis sensu afficiuntur; *Xerophthalmia.* et tunc *xerophthalmia*, siue *lippitudo sicca* est. Illud vero genus, quod nullus pruritus comitatur, et fere sola palpebrarum durities efficit, *Sclerophthalmia.* *sclerophthalmia*, siue *dura lippitudo* vulgo nominatur. Omnes hae ophthalmiae nothae a lympha, quae oculos, palpebrasque humectare, et lubricare deberet, in acrem, salsamque conuersa, aut viscidam et tenaciori reddita, procedunt; atque adeo *lymphaticae*, aut *serosae* jure dicuntur. *Ophthalmia vera acutior, spuria longior.* Vt vero ophthalmiae verae, et sanguineae cursus est breuis, et acutus, sic contra spuriarum longior, et diuturnior: quo sane discrimine praeter alia signa, quae memoraui, inter se maxime differunt.

§. CCCIV.

Caussae. Ex his igitur intelligitur, quaenam sit harum affectionum caussa proxima; inflammatio videlicet tam *vera*, quam *spuria*, oculos ipsos quocunque modo lacessens. *Communes.* Remotae vero caussae vel sunt communes reliquarum inflammationum, quas jam in peculiari tractatu de inflammatione alibi (*Vol.* I.) recensuimus; *Propriae.* vel sunt propriae, vt praua sanguinis constitutio, febris materia ad oculos delata, acritas

tas variolosa, scorbutica, strumosa, venerea, scabiosa, vulnera, ictus, solis aestus, calor, ventus, fumus, acriora in oculos illapsa et quaedam anni tempestates, quemadmodum jam HIPPOCRATES notauit, *si hiems*, inquiens, *sicca, et aquilonia fuerit, ver vero pluuiosum, et australe; necesse est aestate febres acutas fieri, et ophthalmias, et dysenterias, mulieribus praesertim, et viris natura humidioribus* a). *Si vero hiems austrina, et pluuiosa fuerit, ver autem siccum, et aquilonium, ophthalmiae siccae fiunt* b).

a) *Aph. XI. sect. III.* b) *Aph. XII. sect. III.*

§. CCCV.

Pro varia vero inflammationis natura, varioque ejus gradu, et pro diuersa caussarum ratione multiplices oriuntur ophthalmiae differentiae, partim jam memoratae, partim per se facile manifestae, inprimis caussas consideranti, atque ab his adjunctum deducenti, vti *magnae*, *paruae*, *acutae*, *lentae*, *primariae*, *secundariae*, *symptomaticae*, *syphiliticae*, *scorbuticae*, *scrophularis*, et sic porro. Neque arduum obscurumque est, differentias supra expositas distinguere, si ad signa jam allata, aut ad anamnesim quis animum aduertat. Magni tamen refert inquirere, an a caussa externa, atque euidenti solum morbus proficiscatur, num vero vitium aliquod in sanguine antecesserit; quae commode ex aegri, atque assidentium ore erui possunt. Deinde vtrum inflammatio exteriores solum partes oculi, an interiores etiam occupet vexetque. Si primum, dolor plerumque, et pulsatio, tumorque ad proxima quaeque loca, ad tempora, ad frontem propagantur: si alterum, omnia haec acerbius, et profundius excruciant; imo interdum pruritus quidam in naribus, et palato excitatur, quem crebra subsequuntur sternutamenta, praeter ea omnia, quae in cujusque

Differentiae secundariae. *Diagnosis.* *Signa exterioris inflammationis.* *Signa interioris.*

ſpeciei, aut gradus deſcriptione memorata a nobis fuerunt. Et quia haec n[illegible] ſua quoque tempora, vt reliqui morbi, percurrenda habent, idcirco ea probe cognoſcere oportet; quo in primis pertinet lacrymarum conſideratio. Vbi enim rubere oculus incipit, et humor tenuis, et copioſus effluit, communiter morbi principium habetur; augmentum, vbi omnia ingraueſcunt; ſtatus, quando humor, qui exſtillat, temperatior, et craſſior euadit, ſic vt palpebrae facile eo agglutinentur; declinatio demum, cum omnia ſymptomata ſe ſe remittunt, et euaneſcunt.

Signa ſtadiorum morbi.

§. CCCVI.

Prognoſis.

Ophthalmia, inquit SENNERTVS *a*), quae propius ad *Taraxin* accedit, facilius curatur, quam quae ad *chemoſin*. Etenim *chemoſis*, itemque *ophthalmia interior*, quam a PLATNERO phlegmonen appellari (§. CCCII.) diximus, non ſolum difficilis curatu eſt, verum etiam ſuppurationem, gangraenam, aut ſuffuſione, ſiue *cataracta*, ſtaphylomate, aut amauroſi, ſiue *gutta ſerena* inducta, viſus abolitionem minatur. Periculoſiſſima eſt, quae capitis vulneribus contuſionibuſque ſuperuenit, vtpote quae cerebri, meningumque inflammationem indicat, mortemque portendit. Generatim ſaeuior, periculoſiorque eſt ea, quae ex interiorum capitis partium vitio, conſenſioneque fit, quam illa, quae ab affecto primum oculo eſt. Peſſimum praeterea ſignum exhibet dolor in ophthalmia diu perſiſtens, et nullis auſcultans remediis; cauſſam enim habere videtur non reſolubilem, aut rodentem, aut ad ſuppurationem properantem, a qua vel diſrumpi, vel exedi, vel vlcerari vaſa, ac tunicae oculorum poſſunt, in primis cornea lucida, vel congeſtiones, indurationeſque intus fieri, ſic vt humores effundantur, erumpant, effluantque, vel ſuffuſio, vel hypopyon,

pyon, vel alia ejusmodi mala, imo coecitas ipsa enascantur. Interdum ophthalmia saepius recurrit, praesertim circa insignes temporum mutationes. Saepe etiam inflammatio ab vno oculo ad alium migrat, quod maxime aduertendum est, vt praecaueri, quoad licet, possit. Exstant quoque in historia medica obseruationes, quibus ostendi credunt non nulli, ophthalmias quandoque contagione in alios diffundi, quod pariter prope adnotandum est, vt in caussam detegendam, arcendamque incumbamus. Magnum quoque negotium facessunt chronicae ophthalmiae, praesertim scrophularis, scorbutica, et venerea. Omnes enim difficillime discutiuntur. Venerea prae ceteris, si a gonorrhoea virulenta imprudenter repressa ortum ducat, nisi protinus efficacissima curatio adhibeatur, rapidissime increscit, oculique bulbum destruit, et citissime obcoecat. Venerea pariter, quae lui superuenit, etsi non ita celeri passu ad coecitatem perducit, discriminis tamen plena est, pertinax, et non minus formidabilis. Notha, oedematosa, et singulae ejus species minus quidem periculi habent, sed plus taedii, et diuturnitatis. *Ophthalmia laborantem*, scripsit HIPPOCRATES b), *ab alui profluuio corripi, bonum.* In *Coacis* vero haec pronunciantur: *Lippitudine affectio suborta febris, solutionem affert: sin minus, coecitatis, aut mortis, aut etiam vtriusque metus est* c). *Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit*, et longo tempore perseuerat, coecitatis metus impendet d).

a) *Med Pract. T. I. oper. T. 2. l. 1. Part. 3. sect. 2. cap. XII. p. 270.* b) *Aphor. 17. sect. VI., et Coac. N. 224.* c) *N. 222.* d) *N. 223.*

§. CCCVII.

Indicationes in quauis ophthalmia sunt eaedem, quae in reliquis inflammationibus, videlicet nimium sangui- *Curatio ophthalmiae.*

ſanguinis ad oculos impetum auertendi, ſtagnantes humores reſoluendi, acrimoniam eorum demulcendi, atque emendandi. Nec aliter adimplendae ſunt, quam illis ipſiſſimis auxiliis, quae ad inflammationis curationem generatim propoſita alibi fuerunt; habita tantum cauſſarum, a quibus morbus proficiſcitur, et loci, quem occupat, prudenti ratione. Sunt tamen quaedam cuicunque fere ophthalmiae neceſſaria, et veluti propria. Primum oportet aegrotantem in obſcuro loco conquieſcere, atque ab omni luce, oculorumque vſu abſtinere. Neque opportunum eſt oculos lippientes deuincire, in primis ſi humor acrior, vel craſſior exſtillat, eosque infeſtat; periculum enim eſt, ne humor, qui effluere deberet, retentus palpebras, et corneam lucidam exulceret, aut palpebrae ipſae inter ſe, aut cum oculo ipſo conglutinentur, aut cicatrice cohaereſcant: quod vitium ἀγκυλοβλέφαρον *) vocant, ſola chirurgia porro emendandum *). Interdum tamen e re videri poteſt, praeſertim poſt adhibitam aliquam chirurgiam, oculum deligari: at tum id etiam ſano oculo fieri neceſſarium eſt, ne ſani motu, aut ſenſu oculus laborans concitetur, et detrimentum capiat. Ab aëre quoque arcendus oculus inflammatus eſt, vitandaeque omnes cauſſae, aut medicamenta, quae lacrymas mouent.

Ancyloblepharon.

*) De ejuſmodi curatione conſulatur PLATNER. *Inſtit. chirurg. ration.* §. 331., et reliqui chirurgiae ſcriptores.

§. CCCVIII.

Taraxis quomodo curanda.

Leuiſſima ophthalmia, ſiue Taraxis ſaepe ſola quiete, et lucis vitatione, aut alieni corporis inter oculum, et palpebras illapſi extractione curatur. Interdum tamen, ſi plethora adſit, aut humorum cacochymia, ſanguinis miſſionem, et catharſin, aliaque peculiari ſanguinis vitio aduerſa poſtulat. Nonnunquam ſtatim ab initio prodeſt, ſi cauſſa ejus

ſit

ſit laxata vaſorum compages, aut ſanguinis raritas, ac feruor, oculum aqua frigida, vel oui albumine cum aqua roſarum albarum ſubacto, vel aqua cum tantillo aceti remixta extrinſecus ope linteoli, ſubclauſis palpebris, fouere. Contra ſi ſanguinis copia, ac denſitas, ſi vaſorum irritatio, et tenſio in cauſſa fuerint, aut jam morbus aliquamdiu proceſſerit, a frigidis, et reprimentibus diligentiſſime cauendum eſt. His enim *taraxis* facile in phlegmonen conuertitur, quod factum vidit ab empirico temere aquam frigidam adhibente PLATNERVS *a*). Tunc praeſtat aqua tepenti, lacte muliebri, decocto ſeminum pſyllii, hordei, ſimilibuſque vti, quibus irritatio, dolor, ſpaſmus demulceatur, et ſedetur. Cognoſces autem frigida, et reprimentia locum habere poſſe, ſi oculorum rubor dolore, et calore prope careat; nam in laxitate vaſorum, et raritate ſanguinis vterqne plerumque abeſt. Vbi vero demulcentia, ſedantia, mollientia dolor, atque irritatio expoſcit, vtiliſſimum eſt nocto pulpam pomorum dulcium ſub cineribus coctorum, et lacte ſubactam ad molliſſimi cataplaſmatis modum oculis clauſis ſuper imponere. Si vitium a cauſſa interiore enatum ſit, PLATNERVS *b*) vſitatiſſimum collyrium ex tutia praeparata, et tantillo vitrioli calcinati, inter ſe tritis, et comminutis, addita deinde aqua foeniculi, vel roſarum, commendat. Sed omnia, quae oculum irritare, aut pungere apta ſunt, praeſtat in oculorum ejuſmodi morbo praetermittere, in primis ſalita, aut ſtyptica: nam praeter irritationem, qua malum fere exaſperant, illud etiam efficere poſſunt, vt oculi humores opacentur. Nuperrimis enim experimentis, praeſertim MICHAELIS TROIAE percelebris viri, et FERDINANDI REGIS Siciliae Chirurgi ordinarii (quae magna ejus laus) compertum eſt, per remedia, praeſertim

Frigidorum noxa.

Vtilitas.

Anodyna.

Collyrium Platneri.

Salina, et ſtyptica cataractam pariunt.

sertim salina, aut acida extrinsecus oculo adhibita lentem crystallinam, aut ejus tunicam pelluciditatem amittere, et opacari, sicque artificiosam induci suffusionem. Non ergo salinis, aut metallicis rebus, etsi vsitatissimis, facile, et temere vti licet. Si malum tempestatum inclementiae, aut represso sudori, aut catarrho originem debeat, sudor matutinis horis leniter proliciendus est. Illud maxime aduertere oportet, ne adstringentia, vti alumen, saccharum saturni, ejus extractum, tutia, atque alia id genus, nimis facile ad vsum reuocentur, et si quando, cautissime quidem, et incipiente ad summum morbo, aut jam ad finem inclinato id fiat. Eamdem quippe cautionem desiderant, quam de frigidis admouendis praecepimus. Atque haec fere in aliis quoque ophthalmiis obseruari conuenit.

Adstringentia.

a) *Inst. chirurg. ration.* §. 286. *b*) *Ibid.* §. 291.

§. CCCIX.

In ophthalmia, chemosi, et phlegmone quid praestet?

In ophthalmia vero proprie dicta, itemque in chemosi (§. CCCI.), et multo magis in phlegmone (§. CCCII.) sanguinis missio (juxta illud Hippocraticum; *ophthalmiam venaesectio soluit a*)) pernecessaria est. Itaque protinus expedit, sanguinem ex venis brachii, pedis, jugularibus, quin imo ex temporali arteria, etiam iterato pro morbi, atque aegri viribus, mittere; cucurbitulas tergo, collo, et pone aures defigere, hirudines temporibus, atque ossi petroso admouere, aluum medicamentis antiphlogisticis sat valide subducere, pedes in calidam crebro demittere. Quod si ejusmodi auxiliis parum proficiatur, et vascula in adnata ampliora, ac tumidiora appareant, haec acu recurua subter trajecta eleuentur, et scalpello idoneo discindantur, vt sanguinis tantum, quantum haberi potest, effundatur, adhibito interea oculo ex aqua tepida fotu, aut bal-

Incisio vasorum adnatae.

neo

o, vt humor facilius effluat. Adnatam ipsam, *Scarificationes.* ando ita intumescit, vt oculum compressione asi suffocet, qua interiorem inferioris palpebrae iem vestit, altis, et crebris incisionibus pertunre non alienum est, vt sanguine profluente vnirsa detumescat. Sic et oculi suffocatio auertitur, timor euitatur, ne per sectionem adnatae, quae ulum tegit, staphylomata scleroticae erumpant. o, si sic non detumescat, et efficaciore auxilio *Excisio adnatae.* us sit, eam, qua late fieri potest, exscindendam ent chirurgorum praestantissimi; quod in ophalmia gonorrhoica, et venerea grauiore (§§. CV. CCCVI.) potissimum locum habet. Inter- *Hirudines.* m multum profuisse perhibent duas hirudines fernae orbitae parti prope angulum externum plicitas, cautione adhibita, vt sanguis, postquam rudines deciderint, effluere per aliquot horas situr *b*).

a) *Epid. l. VII.* *b*) *Comment. Lips. Vol. 2. p.* 400.

§. CCCX.

In pertinaciore malo, plenoque corporis habitu, *Vesicantia, et cauteria.* t cacochymo post vniuersales euacuationes ad ntharides, et cauteria properandum est. Illae ruici posteriori, aut pone aures, aut intra scapu- applicantur, vt vlcera excitent. Imo temporibus nnulli, et syncipiti, si ibi pondus molestum peritur, apponere eas non dubitant. Haec vero ra occiput inuri solent. Cauterii genus va- *Setaceum.* tius est setaceum, quod collo postico induur. Hoc magnam humorum vim educit, amoremque suppurationem excitat, atque adeo vt lestius, sic efficacius ad reuellendum videtur. Insubria eo frequentissime vtuntur, nec leuiori ntenti sunt; nam tantum sub cute cellulosae embranae plerumque comprehendunt, quantum

 quatuor

quatuor digitis transuersis, et amplius responde
Vix oculorum vllus morbus, aut capitis aliqu
pertinacior est, in quo ad hoc chirurgicum pr
dium non confugiant. Quod dum promiscue,
sine multa consideratione aggrediuntur, fieri n
potest, quin interdum praeter necessitatem, inte
dum frustra adhibeatur, nec semper nocumen
De setaceo variae sententiae. careat. Candide mihi narrauit chirurgus ocula
non sane imperitus, nec meticulosus, post co
plura facta pericula non admodum prospera, se
chirurgiam pene ex toto deseruisse. Contra
non minus exercitatus, ac doctus testatus
quid in oculorum morbis grauioribus, diutu
ribusque, aut recidiuis spei superest, id totum
setacei administratione situm esse, experientia p
ries se comperisse. Ex quibus colligere licet, seta
ceum, vti alia magna remedia, nisi prudenter,
considerate, et opportune deliberetur, neque ce
tum, neque innocuum esse in hujusmodi morb
experimentum. Setacei mitior, tutiorque
Perforatio auriculae infimae. est, quod in auriculae lobo inseritur. Qua
lentius ab oculis auocare animus est, post te
a perforato auriculae lobo diem induntur radic
melaeae, aut hellebori nigri fibrae, atque sin
diebus renouantur. Sic enim foramen ipsum
tatur, vt suppuret, et multum humoris eru
Cauteria non modo propositis locis, verum e
brachiis vtiliter inuruntur, multumque ad oph
miam chronicam vincendam, aut ad ejus reu
In recidiuis ophthalmiis cauteria. nem praecauendam conferunt. Id in prim
gni vsus est in recidiuis ophthalmiis, quae a
corporis habitu, aut a peculiari acrimonia
rum, veluti variolosa, arthritica, herpetica,
sa, similibusque fouentur. Prae ceteris etiam
Catharsis. dest aluum lubricam reddere. Imo, hac vali
medicamento subducta, sanguis aliorsum vberius
licit

r, facies detumescit, et vascula rubra, quae
am distendebantur, se se contrahunt, ac deplent
us. Hanc alui ductionem saepe felicissime
io a) subsequitur.

VAN SWIETEN in Boerhaav. §. 396.

§. CCCXI.

culiari vero sanguinis dyscrasiae, si qua subest, *Refrigerantia.*
nmodatis remediis simul occurrendum est. Ni-
feruor, et phlogistica diathesis oppugnatur
lactis, decoctis plantarum attemperantium, et
larum, hordei, auenae addito nitro, oxymelle,
ue antiphlogisticis jam pluries memoratis;
etiam conuenire possunt, cum malum a vario
acritate dimanat. Scorbutica labes corrigitur *Antiscorbutica.*
i vegetabili, specificis antiscorbuticis, sero iti-
lactis, et lacte ipso, in primis caprillo, atque
no, quod postremum cuicunque tenuiori, sub-
rique acrimoniae obtundendae, atque emen-
lae, si diu, et magna copia vsurpetur, mirifi-
let. Mercurius, guaiacum, et sarsaparilla vi- *Antivenerea.*
venereum infringunt, atque expellunt. Sed in
phthalmia vehementissima, quam gonorrhoea
re compressa, aut virus syphiliticum ad ocu-
lelatum genuit (§. CCCIX.), inunctiones mer-
ales illico, et audacter administratae omnem,
mque curationem absoluunt. Decocta autem *Depurantia decocta.*
orum, quae *depurantia*, et *sudorifera* dicuntur,
liis quoque humorum vitiis, vbi attenuatione,
lutione opus est, egregiam operam praestant.
lia conueniunt quoque, vbi strumosum virus *Antiscrophulosa.*
bum efficiat; sed tum speciatim laudantur ae-
ps mineralis, aut antimoniatus, stibium crudum,
actum cicutae, millepedes, radix scrophulariae,
tialia, lenia cathartica, atque alia id genus. Nec *Balnea, et aquae medicatae.*
vtilitate vacant ad prophylaxin pro caussarum
varie-

varietate balnea totius corporis, et medica aquarum largior potus, vtpote vniuerso corp lide immutando opportuna. Decedente v lo firmandi oculi sunt collyriis non nihil ro tibus; in quibus excellit aqua frigida, aut chalybe alterata, aut aqua aliqua ophthalmica aliquid spiritus vini, aut vini ipsius adjectum fi tamen, vt potius extrinsecus oculo clauso veantur, quam in oculum instillentur; nam posset malum reuocare imprudens ejus irrita

§. CCCXII.

Curatio lippitudinum. Nec alia fere ratione lippitudines reliqu dae sunt. Si quod tamen discrimen est, i nori inflammatione, quacum junguntur, pendet. Sed ea oppugnata, et discussa cum reliquum curationis partim internis remediis liari humorum dyscrasiae aduersis, partim e absoluitur. *Psorophthalmiae.* In psorophthalmia pruritum, ar que demulcent mucilagines ex seminibu althaeae, psyllii, cotonei mali, aqua sp narum, solutio gummi arabici, si his palp bro eluantur. *Sclerophthalmiae.* In scelerophthalmia post eor quae inflammationi tollendae apta sunt, vti est, aquis emollientibus calide oculos fouer linire. Si resoluendum etiam, discutiend sit, tunc aquis florum sambuci, foeniculi, siae, chelidonii majoris aliquid camphorae, ci addi oportet, vt his oculi identidem hu tur. Interdum doloris atrocitas aliquid o nibus medici extorquet. *Sief album* RHAS opium recipit, solet aliis medicamentis conteriturque cum aquis modo memorati *Vlcusculis palpebrarum collyrium praestans.* lyrio. Saepissime in hisce spuriis ophthal pebrarum margines, et glandulae speciatim MII afficiuntur, imo leuiter vlcerantur, pus

quo fit, vt adnata oculi etiam non nihil com-
:ur. Quando id mali incidit, rubent palpe-
tument, dolent, et pruriunt; et post somnum
ıe quodam concrescunt, et glemis siccis cir-
cinguntur. Pertinax ista affectio est, nec vn-
discutitur, nisi vlcuscula marginum palpebra-
ralide detergantur, atque exsiccentur, et glan-
atonia laborantibus robur, et firmitudo resti-
r. Quo in casu, nam inspectione malum fa-
etegitur, jubeo, vt per duos, vel tres dies sae-
cocto hordei tepido oculi, et palpebrae dili-
ssime abluantur, foueanturque, quo omnis acer
ır, purisque reliquiae facilius exeant, atque ir-
o et calor, quantum fieri potest, contempere-
Deinde vitriolum cyprium in multa aqua so-
ı sic admoueri oculis subclausis debet, vt pal-
rum margines quidem irrorentur, non vero
bulbus, nisi leuissime, attingatur *). Prout
minuitur humoris glutinosi fluxus, et rubor
scit, sensibiliorque euadit oculus ad remedii
:ationem, sensim etiam minuenda vitrioli do-
ariusque iteranda remedii adhibitio, donec
i vlcuscula consanuerint. Sic enim detergun-
lcuscula, exsiccanturque, et laxae partes fir-
ur. Alii vino vtuntur, in quo aes infusum
, eoque subinde palpebras madefaciunt. Si
ue sola vasorum, et glandularum laxitas rema- *Laxitati relictae quid?*
ınc tutia, aut aluminis coagulum, quod vo-
remedio est. Hac vtique ratione pertinacissi-
lippitudines citissime sublatas saepe vidimus.
si vlcuscula vetustate sordidiora, et profun- *Vlcusculis sordidis.*
euaserint, non desunt, qui admouendum sus-
manu vlcusculis lapidem infernalem, vel la-
ı diuinum, vel aquam viridem Hartmanni,
e mel praecipiunt. In cathaereticorum au-
et causticorum adhibitione cauere oportet, ne,
oculus

oculus laedatur, quod obtinetur, superposito palpebrarum marginibus, internaeque earum gossypio aqua frigida madido, post aliquot renouando.

*) Hac, vel simili formula plerumque vtor. *trioli cyprii f. p. g. IV. solv. in aq. Euphrasiae* ... *ind. trajic. per chartam emporetic. Liquori trajecto camphor. rasae in aq. reg. hungr. drachmis duabus grana duo, vel tria. Ter vel quater in die tela lin... sima ex hoc collyrio tepido expressa oculis subclaus... tur, sic vt inter palpebras quidem aliquid liquoris... alterum angulum se diffundat, non vero totum ... luat. Augeri, aut minui dosis vitrioli, et camph... pront major, vel minor detergendi, et exsiccandi, ... dique erit indicatio; imo omitti etiam potest camph... non bene feratur, aut ejus facultas supervacua videat...*

PTERYGION, SIVE VNGVIS.

§. CCCXIII.

Hactenus de vitiis, quae totis oculis ... dunt *). Nunc dicam de iis, quae quib... *Descriptio.* partibus quasi propria videntur. Primum ... quasi parua ala, CELSO vero vnguis **), ... randum est; tunica videlicet quaedam ab ocul... gulo vtplurimum majore enata, et membranae ... junctiuae valide adhaerens, tenuis, aliquantum ... lucida, fibrosa, et tricuspidata, indeque co... lucidam versus apice suo protensa, interd... pupillam obtegens, vt visum aut obscuret, ... mat. Si haec crassior sit, et venis turgidis ... *Pannus.* sa, *pannus*, vel *panniculus* vulgo, Arabibus ... pellatur. Interdum *vnguis* oculi fit malig... *Vnguis malignus.* cancri naturam accedit. Tunc membra... excrescit, crassior, duriorque redditur, co... *Caussae.* gricat, aut liuet, et dolore acri afficitur. ... pterygii videtur esse carunculae, siue membr... ad oculi angulum majorem positae infarctus, ...

ext...

ensio, vnde soluta fibrillarum compage succus ritius in easdem excurrens distendit, atque elon- earum fines, quo vsque nisu suo potest.

) Non autem de omnibus vitiis, quae totis oculis acci- it, agere nobis animus fuit, sed de praecipuis, quae dicis vtplurimum curanda obueniunt. Nam si omnia sequi voluissem, extra fines mihi propositos vagandum set. His tamen addam *hydrophthalmiam*, *exophthal-*, *siue hydropem oculi;* cujus duo genera nobis sunt, rum externum, alterum internum. Externum est, ndo aqueus humor colligitur sub adnata, sic vt ea oe- iatose intumescat, et aliquantulum rubeat. Internum o, quando humor aqueus ita augetur, vt oculi bulbum liorem, et pleniorem efficiat. Facile vtrumque vitium icienti patet. Curatur, vt hydropes alii particulares, in primis paracentesi. Vid. *Breue Trattato delle Ma- ie degli occhi di* DOMENICO BILLI *Cerurgico d'Ancona* 1749. *Class. second. cap.* 7. *p.* 83 84. 85. Apud quem ri etiam possunt, quae de reliquis oculi morbis tam iersalibus, quam particularibus egregie traduntur.

*) WOOLHOVSIVS in PAVLLO AEGINETA *pterygion* endum *vngulam* putat, cum τῷ πτερυγίῳ fere idem co- sit, ac vngulae animalium.

ONYX, ET HYPOPYON.

§. CCCXIV.

Est alius oculi morbus, cui figura nomen *vnguis* isse videtur, Graece dicitur ὄνυξ. Fit autem ndo pus intra corneae lamellas coiuit, vt vn- m, vel potius vnguium praesegmina repraesen- Si vero pus vltra corneam in humore aqueo igatur, id *hypopyon* vocatur. Solus AETIVS *a*), ost eum pauci alii discrimen, quod inter *ptery-*, *onychem*, et *hypopyon* intercedit, recte adno- int. * *Onyx quid?* *Hypopyon quid?*

a) *Lib. VIII. c.* 30.

Cura-

Curatio.

§. CCCXV.

Lenia cathaeretica. Pterygion recens, et tenue, et magnitudine guum solis quandoque curatur medicamentis, moderate discutiunt, et abstergunt, vt sunt sacc rum candidum, mel, puluis ossium saepiae, te ouorum aceto acerrimo maceratae, et postea catae, et in subtilissimum puluerem comminutae. haec mitiora non suffecerint, validiora cathaeretica non nulli proponunt: verum in oculum instillare, aut infundere, aut insufflare, aut alio modo ad- *Noxa.* vere medicamenta irritantia, et multo magis dentia, et caustica periculo non vacat, quia lum semper inflammant, et corneam pellucida plerumque attingunt, atque contaminant. *Pterygii curatio validior.* prudentius se gerere videntur, dum pterygion pide infernali leuiter, et caute tangunt, et st oculum in aquam demergunt, vt quidquid caus adhaeserit, subito aqua diluatur, auferaturque, oculi aliis partibus noceat. Sed si hisce malum nequaquam cesserit, neque attenuatu aut inueterauerit, et durius, et crassius, *panniculus* est, euaserit, nulla praestantior m suppetit, quam chirurgica sectio, quae perito rurgo committenda est. Haec tamen non sine qua oculi noxa interdum fieri potest, ob ni cum cornea, atque adnata pterygii connexio Cicatrix quippe post sectionem relicta, si pr pupillae fuerit, visum impedit, aut minuit. illud semper consequimur, vt ab epiphora, crymatione, et lippitudine, quam pterygi quam non excitat, oculus liberetur. Ca naturam si adeptum fuerit, aut medicament lis tangi debet, aut sola manus opera exscindi quoque onyx, atque hypopyon non aliam

tit curationem, quam eam, quae manu chirurgica perficitur, quaeque idcirco chirurgis relinquitur.

CORNEAE MACVLAE, ET PVSTVLAE.

§. CCCXVI.

Praeterea aliis morbis cornea obnoxia esse consueuit. In primis ejus perspicuitas tollitur, colorque mutatur triplici ratione; vel enim crassiore, densioreque humore inter corneae lamellas congesto, aut vasculis ejus infarctis pelluciditas vitiatur, vnde caligine obducta objecta cernuntur, quod malum *nubecula* dicitur; vel ab vlcusculis, aut vulnere, ictuue cicatricula relinquitur, quae crassior, albidiorque reliqua cornea apparet, atque haec *albugo*, siue *leucoma* vocatur; vel demum post ictum, aut quidpiam simile sanguis effunditur, concrescitque in ipsa cornea, aut sub eadem, atque adeo ejus colorem obfuscat. Id *sugillatio*, siue *ecchymosis* nominatur. Pustulae etiam exiguae in oculis ab acri vtplurimum humore excitantur, quibus graece *phlyctaenae* nomen est. Hae interdum in vlcuscula variae magnitudinis, et varii coloris, generisque degenerant; imo cancrosae quandoque euadunt. Neque ab ejusmodi pustulis, vesiculis, vlcusculisue cornea ipsa immunis est, nam et adnatae, et corneae aeque accedunt. Singula haec vitia vel solo intuitu cognoscuntur.

Nubecula. *Albugo, siue leucoma.* *Ecchymosis.* *Phlyctaenae.*

Curatio.

§. CCCXVII.

Nubeculae facilior curatio est, quam *albuginis* (§. CCCXVI.). Haec enim, si crassior, aut antiquior fuerit, vix attingenda; aut certe in ejus curatione cauere oportet ab irritantibus, atque exedentibus remediis, cujusmodi plerumque ea sunt, quae pas-

Irritantia vitentur.

 sim

ſim ab Auctoribus proponi ſolent. Malum quippe exaſperant, deteriuſque reddunt, inflammatione per irritationem inducta, aut cornea, qua ſana et exulcerata. Interdum halitus commanſi foeniculi in oculum inſpiratus, aut adeps viperae nubeculae penicillo illitus non modo innocue, verum etiam vtiliter adhiberi viſus eſt. Crocus etiam, et camphora collyriis adduntur non ſine emolumento; nam blande diſcutiunt, et reſoluunt, ſpeciatim aquis foeniculi, florum ſambuci, herbae euphraſiae excepta. Si a cicatrice recenti, nec admodum craſſa nubecula ſit, illam digerere, et tenuare fertur mel, in quo multae formicae decoctae fuerint. Cicatrices a variolis relictae, praeſertim in pueris, plerumque temporis lapſu penitus euaneſcunt, aut valde diminuuntur, ſola naturae ope, dummodo a vulgaribus pulveribus, aut collyriis, quae ad eas abſumendas adhiberi ſolent, prudentiſſime caueamus. Puſtulae etiam, ſiue *phlyctaenae* non raro per ſe diffugiunt, diſrupta nimirum veſicula, effuſoque, quem continebant, liquore. Imo acu idonea etiam aperiendae ſunt, vt acer humor, et rodens cito euacuatur. Si vero diu perſtent, et trahantur, medicamenta tam intrinſecus, quam extrinſecus expostulant, quae acritudinem humorum emendant, et demulcent, ſimulque reſoluunt, aut reuellunt. Reuellendi laude praeſtant eccoprotica, veſicantia, et cauteria. Quod ſi vas aliquod ſanguineum turgidius, et latius ad eas feratur, videaturque alimentum malo porrigere, hoc chirurgi manu tranſuerſim diſcindi debet, ac ne iterum coalitum turgeat, et irritam faciat inciſionem, ſic concidendum est, vt aliqua ejus portio deſtruatur. Vlcera vero, quae ab eis diſruptis relinquuntur, interdum ita incauantur, ac profunda fiunt, vt perforata cornea humor aqueus effluat, aut vuea prorumpat, ac protuberet, aut

Quae innocua?

Mel cum formicis decoctum.

Cicatrices a variolis relictae.

Quid phlyctaenis?

Reuellentia.

Varicoſa vaſa exſcinduntur.

Vlcera corneae quibus curentur.

aut etiam lens cryſtallina ſua e ſede dimoueatur, anteriuſque procidat. Curari itaque quam citiſſime debent, primum iis, quae leniunt, et blande abſtergunt; deinde iis, quae nutriunt, exſiccant, et cicatricem inducunt. In magno pretio inter cetera habetur vnguentum WOOLHOVSII, quod componitur ex flore aeris rite loto, et laeuiſſimo, et butyro recentiſſimo non ſalito, vel tenuiori axungia itidem recentiſſima. Eo autem vlcuſcula inungi ſubinde non alienum eſt. *Sugillationi* denique ea medentur, quae ſanguinem effuſum, concretumque reſoluere, ac digerere creduntur. Inter haec primus locus vulgo dari conſueuit ſanguini e pennis columbi tenerioris expreſſo. Sed fortaſſe praeſtantius remedium ſuppeditant fotus, aut vapor ex aquis ophthalmicis, crocus, camphora, aqua reginae hungariae, aut vulneraria collyriis temperationibus prudenti manu adjecta. Aquae vero huic ſcopo magis idoneae videntur, quae ex herbis euphraſia, ruta, chaerefolio, hyſſopo, floribus cyani, ſambuci, tiliae, ſimilibuſque eliciuntur. Sed vtilius eſt *ſugillationes* ejuſmodi praecauere; quod praeſtabitur icto, contuſo, fauciatoue oculo ſtatim frigidam aquam adhibendo, eamque crebro per aliquod tempus, vbi incaluerit, renouando.

Vng. Woolhouſii.

Ecchymoſis quid proſit?

SVFFVSIO.

§. CCCXVIII.

Ab externis jam ad interiorum oculi partium vitia progredi ordo jubet, et primo quidem ad *ſuffuſionem*, ſiue, vt Graeci loquuntur, *hypochyſin*, aut *hypochyma*, vulgo *cataractam*. In hac autem lens cryſtallina, aut ejus velamenta opacantur, vt radiis lucis impervia ſint. Hinc viſus primum caligat, deinde penitus aboletur. Duplex igitur ſuffuſionis genus eſt, alterum ex vitio lentis, alterum ex

Suffuſio quid?

Ejus duplex genus.

Caussae. vitio velamentorum. Prius nasci ex eo videtur, quod liquor, qui lentem alluit, ac nutrit, vtcunque deficiat. Necesse tunc est, vt ea arescat, contrahatur, et opaca fiat. Id praesertim illis accidit, qui in aliquod minutum opus intentis oculis incumbunt, aut assidua lectione, et scriptione dies, noctesque transfigunt. Dum enim musculi recti oculorum assidue tenduntur, quod maxime fit, cum quae coram sunt, et propiora intueri volumus, lenti adprimitur tunica arachnodes, siue capsularis, sicque humor ille, qui ex ipsa tunica, ejusque vasculis ad lentem mutriendam impenditur, secerni, et suppeditari prohibetur. Id etiam incidit, quotiescunque iidem musculi ex quacunque alia caussa intensius, diutiusque, vti ex inflammatione, aut spasmo, contrahantur praeter naturam; aut vascula capsulam lentis crystallinae, aut lentem ipsam adeuntia inflammantur, aut obstruuntur. Nutritio autem succo deficiente, prout dictum est, lens crystallina exarescat, necesse est. Deficere etiam potest ejus secretio eorumdem vasorum vitio, abolitione, infarctu, quemadmodum senibus accidere, verisimile est; ex quo intelligitur, cur hi suffusioni adeo frequenter subjiciantur. Fieri etiam interdum potest, vt succus ipse, qui alere lentem debet, crassior, densior, tenaciorque factus pelluciditatem lenti adimat, aut talis euadat mora, stagnatione, absorptione impedita, heterogeneique alicujus principii mixtione.

§. CCCXIX.

Alterum genus suffusionis. Caussae. Alterum suffusionis genus oritur, quando velamentum lentis, siue vulgo *capsula*, vitium aliquod ceperit. Id euenit multimodis, sed in primis, si tunica ista ictu, aut vulnere dilaceratur, si inflammatio in choroide, et processibus ciliaribus orta ad lentis inuolucrum protenditur, eidemque labem inferat;

erat; si malus corporis habitus est, vel serosa, atque impura colluuies, vel mucus, qui e naribus emungi solet, ad interiores oculi partes fertur, vascula tunicae hujusce obstruit, viasque alias intercludit; si itinera, per quae humor lenti dicatus penetrare debet, ictu vexata laxantur; si mercurio aliquis temere, et sine regimine abusus est, aut corpus venere, otio, ignauia, somno infirmauit, vel capitis morbis, ac prae ceteris vehementiore, diuinoque dolore laborauit. Omnibus hisce modis proprium lentis velamentum e pellucido in opacum verti potest. Praeterea non ex hujus velamenti vitio oritur suffusio, sed ex opacitate etiam membranae vitrei humoris, qua lentem in se recipit. Si enim commune hoc velamentum, qua radios transmittere ad retinam debet, opacum ex quacunque caussa fiat, necessario consequitur, vt lens crystallina suo munere fungi nequeat, oculumque attente inspicienti opaca apparere debeat. Haec sunt duo praecipua genera verae, et legitimae suffusionis. *Hactenus de vera suffusione.*

§. CCCXX.

His tamen addi debent quaedam aliae suffusionis quasi spuriae species, quas clinici pluries obseruarunt. Ad has spectat *cystica*, siue *purulenta*, aut *lactea* vocata. Interdum enim ex inflammatione velamenti lentis crystallinae pus enascitur, colligiturque intra ipsum, et lentem, sicque format suffusionem modo memoratam. Non nunquam lens crystallina ipsa colliquescit, et in similem humorem conuertitur, turbidum, albicantem, quo opacatur visionis iter. Interdum in illo corrupto humore lens exsucca, et opaca innatare visa est *a*). *Cataractam membraneam* cum veteribus non nulli recentiores ponunt, in quibus WOOLHOVSIVS, FREYTAGIVS, aliique numerantur. Volunt enim, hu- *Aliae suffusionis species, quasi spuriae.*

 morem

morem aqueum alienis, mucosisque substantiis immixtis alterari posse, atque hinc formari circa pupillam membranae quandam speciem *b*). In equis certe, obseruante LOWERO, mucus ex margine pupillae, seu vueae exsudans quandoque concrescit in membranam, quae pupillam obturat. Num in homine ejusmodi membrana dari possit, licet eximii auctores se eam inuenisse, aut acu depressisse testentur, nondum satis compertum *c*) esse, alii putant

a) HEISTER. *in ephem. N. C. Cent. IV. obseru.* 198. VALSALV. *epist. XVIII.* §. *XVII.* PLATNER. *Progr. ann.* 1736. *d. XVII.* *b*) BILLI *l. c. class.* 2. *cap.* 6. *p.* 88. *c*) IOS. IRKA *de morb. ocul. intern. p.* 69.

Diagnosis.

§. CCCXXI.

Signa suffusionis. Incipientem suffusionem denotant culices, pili, muscae, aranearum telae, et similia simulacra oculis obuersantia. Eadem augescente oculi caligant, et quasi nubecula obtenebrantur; pupillae color mutatur, et vitro opacato fit similis. Perfecta demum, absolutaque suffusione visus magis magisque hebetatur, et penitus aboletur, colore pupillae aut omnino albo, aut lacteo, cinereo, glauco, aureo, plumbeo, cupreo, chalybeo, caeruleo, viridi, interdum etiam rubro. Alias suffusio lentissime gignitur, alias intra paucos dies; idque euenit, cum ictus oculum grauiter laesit, aut rupta, aut inflammata fuerunt lentis crystallinae velamenta. Si lens sola opacatur, et contrahitur, arachnode tunica integra, et pellucida manente; homo inter ea, quae e latere posita sunt, melius perspicit, quam quae e regione; meliusque in tenebris, quam interdiu, et magna in luce. Tunicam vero arachnoidem, siue proprium lentis velamentum, vitiatum

esse ostendit prima morbi origo, nimirum inflammatio praegressa, aut fortis contusio, nullus lucis sensus reliquus vel in ipsis tenebris, licet in his pupilla dilatetur; ipsaque suffusio intus conspicitur albicans, et quasi rugosa.

Prognosis.

§. CCCXXII.

Quae suffusio curari possit, quae nequaquam.

In suffusione quibus altero oculo conniuente, alterius pupilla dilatatur, punctione visus recuperandi spes est: quibus vero non dilatatur, neminem visum recipere, jam suo tempore cognouit GALENUS *a*): non enim neruum opticum tantummodo male affectum esse, verum etiam iridem ipsam, ejus vasa, fibras, neruosque vitium cepisse, probabile admodum est. Si aeger lumen non cernat, quamuis, sano oculo clauso, laborantis pupilla dilatetur; nulla, vel modica sane spes superest, facta etiam punctione visum restitutum iri. Altero oculo suffusione affecto, facile alter in eumdem morbum implicatur, praesertim in senibus. Primum suffusionis genus (§. CCCXVIII.) interdum apta victus ratione, accommodatisque medicamentis auerti potest, aut saltem, cum ad maturitatem peruenerit, manu tolli, id est acu deprimi, aut sectione corneae extrahi. Contra difficilius, et quandoque nullo modo curatur alterum genus (§. CCCXIX.), in quo praeter lentem crystallinam tunica arachnodes, aut vitrei humoris inuolucrum, qua lenti respondet, aliquo ex modis expositis vitium contraxerit. Et si quid sperari tunc licet, id non in medicamentis, sed in chirurgi artificiosa dexteritate, et manuali opere collocatum omnino est. *Purulenta, cystica, lactea*, itemque *membranea*, si vere aliquando occurrerit (§. CCCXX.), vix curationem ad-

 mittit,

mittit, nisi *Dauieliana* extractio aliquid audeat. Depressionem feliciter adhiberi posse, spem facit color ex albido caeruleus, vel parum flauescens: eam vero prope omnem adimit color auro, vel aeri, vel ferro polito similis. Oculus autem ipse considerationem meretur. Si enim nec durus, nec nimis flaccidus sit, nec prorsus sensu lucis careat, is ad depressionem, aut extractionem cataractae idoneus censetur; contra omnino alienus, qui durus, exiguus, concauus, aut nimis protuberans est. Vix sanabilem eam esse perhibent, quae ex graui, diuturnoque capitis morbo, et praesertim dolore atroci, vel ex ictu, vulnere, aut interna oculi phlegmone (§. CCCII.) ortum habuerit. Ineptus quoque curationi chirurgicae reputandus est *ille*, qui ante nascentem suffusionem jam hebeti oculorum acie laborabat. Huic enim plerumque amaurosis, siue gutta serena accedit; quae eo magis imminere cognoscitur, quo longius a naturali figura pupillae discedit, quo latior, diffusior, immobilior, insensibiliorque ad quemque lucis appulsum apparet: quamquam non omnis dilatatio pupillae, siue mydriasis a sola nerui optici resolutione repeti possit. Iridis enim paralysis a propriis neruis resolutis saepe profluit. Aetas quoque senilis, aut puerilis parum idonea est. Difficilem item curationem reddit malus corporis habitus, aut peculiare aliquod humorum vitium inueteratum.

a) *De sympt. causs. cap.* 2.

Curatio.

§. CCCXXIII.

Suffusionis curatio medica. Initio morbi cum oculi caligare inceperint, vitari omnis labor debet, in quo oculorum intentio requiritur, et caussis, a quibus aut oritur, aut fo-

vetur

tur morbus, medicamentis opportune occurren-
m est. Itaque et sanguinis missio in plethoricis,
purgatio in cacochymicis pro re nata imperan-
erit, et quae sanguinem attenuant, purificant,
latilemque aliquomodo reddunt, quaeque recon-
iores vias, minutissimosque canales aperiunt, de-
struuntque, non omittenda, si a copia humorum,
: praua eorum qualitate, crassitie, aut a viarum
arctu, obstructioneque malum deriuare videatur.
eciatim serum lactis caprillum, decocta lignorum,
a viperina, puluis millepedum, aut succus ope
i albi ex his expressus, mercurius, et varia ex eo
ata remedia, et in primis panacea mercurialis
nabarina, cinnabaris antimonii, atque alia hujus
neris commendantur. Nuperis temporibus huic
po adhibita fuerunt extracta cicutae, aconiti,
satillae nigrae, belladonnae, aliaque ex plantis
nenatis, et acribus, sed nondum de eorum bonis
ectibus satis constat. Gummi ammoniacum et-
n externe applicitum forma liquida video com-
ndari, sed de hoc quoque certiora, et plura ex-
imenta desiderantur. Neque inutilia quando-
e habentur, quae aliorsum humores auocant,
noxios excernunt, aut copiam minuunt, vti ve-
ntia, fonticuli, setacea. Huc spectant errhina,
rum vsum optimi interdum effectus consequun-
. Discussam fuisse suffusionem ope *turbith* mi-
alis per nares attracti, memoriae prodidit BOY-
EVS. Extrinsecus attenuantia, et discutientia
iberi etiam solent, inter quae vitrum antimonii,
cus metallorum, fel animalium quorundam aquis
thalmicis, foeniculi videlicet, chelidonii majo-
euphrasiae, similiumque soluta celebrantur.

§. CCCXXIV.

Aucto jam morbo, aut a caussis arte non emen- *Curatio*
dis, quarum aliquas supra recensuimus (§§. *chirurgica.*

 CCCXVIII.

CCCXVIII. CCCXIX. CCCXX.), profecto, raro quam proficitur ista (§. CCCXXIII.) medendi tione. Tunc videndum est, num chirurgica tio institui possit, quod in primis cognosces quae in prognosticis (§. CCCXXII.) indicauimus. Curationis autem duplex ratio est, altera, vt vocant, *depressionis*, *extractionis* altera. Depressio ope acus ancipitis juxta canthum externum vnam, vel alteram a cornea lineam immissi vueam, cujus ope lens crystallina cum suo velamento inciditur, et deorsum deprimitur, et demum sub infima vitrei humoris parte reconditur, quiete per nouem dies imperata, et oculis ambobus fascia molliter obductis. Extractio vero peragitur incisione inferiore corneae parte, et deinde incisione ope forficis curuae ad tres quartas circuli partes dilatata. Interea speculo oculi sub palpebra inferiori posito firmatur oculus, molliterque, absoluta incisione, premitur; quo fit, vt continuo lens crystallina se foramini offerat, si matura fuerit; aut si immatura, ope cochlearis, aliusue apti instrumenti educitur. Laciniae denique tunicae arachnodis, capsulae, et mucosi flocculi e disrupta eadem paullatim extrahuntur. Humorem aqueum effundi, cuique perspicuum est, sed facile is regeneratur. De vtraque operatione videantur chirurgiae scriptores, penes quos fusius, et accurate variae methodi, variaeque operandi cautelae describuntur; hinc totum negotium chirurgo citato, quando operationi locus est, cum ad chirurgiam omnino spectet, committi oportet.

Depressio, et extractio.

§. CCCXXV.

Quid cataractae maturitas, et quibus notis cognoscatur.

Maturitatem cataractae semel, iterumque memorauimus. Nunc quid ea sit, quibus signis prodat, et quando ejus obseruatio omitti non

eat, paucis comprehendam. Matura suffusio, siue atarakta esse dicitur, quando visionis obscuritas on amplius increscit, jamque summum suum graum attigisse videtur. Tunc enim, vt fructus e suo edunculo, sic ipsa e sua sede facile excuti potest. Ac reuera interdum factum est temporis lapsu, vt sua sede sponte exciderit, visionisque vsum restiuerit. Vt vero maturane sit, an cruda, certius per- iciatur, oculus digito comprimendus, confrican- usque est. Si cruda adhuc sit, non nihil diffluit, itiorque euadit, et protinus remota exteriori pres- one ad pristinam figuram redit. Contra nulla ex ressione ei mutatio inducitur, si maturitatem ad- pta fuerit. Color quoque diligenter inspiciendus st. Is quo magis albicat, maturiorem cataractam ignificat; contra dilutior, aut ad nigrum vergens. onae notae color etiam censetur, si ex albo cae- ulescit, aut non nihil flauet, vt supra (§. CCCXXII.) nimaduersum est, ibique etiam, quinam colores eprobari debeant, non praetermissum. Haec au- em de vera et legitima cataracta, quam suo loco §. CCCXVIII.) descripsimus, vere dicuntur; de re- quis (§. CCCXX.) fortasse non item. Illud sane ertum est, quod vltimo loco indicare promisimus, aturitatem istam ad suffusionis *depressionem* com- uniter requiri, non vero ad ejus, vt vocant, *ex- actionem*. Restat, vt modo aperiam, quando vna teri praestet. Primo quidem suffusionis generi §. CCCXVIII.), si non admodum inueterauerit, de- ressio magis idonea videtur, quam extractio. Fa- le enim instituitur, et quod magis interest, multo itius, minorique apparatu, nec minori euentus licitate. Non idcirco tamen hoc in casu reji- endam *extractionem* putauerim, si cuipiam magis acuerit, ea potissimum de caussa, quod cataracta mel extracta non potest iterum adscendere, quem- admodum

Quando vtra operatio praestantior.

admodum depressae interdum accidit. Non tamen extractio immunis est ab omni metu; nam saepe in ea, si incaute nimis oculus comprimatur, cum aqueo humore etiam humor vitreus effluit, oculusque sine vlla spe reliqua vacuus concidit. In altero vero genere (§. CCCXIX.), in quo lens, ejusque velamenta vitium ceperunt, depressioni extractionem anteponendam jure existimant DAVIELII sectatores. Nec dubitandum est, quin cysticae, aliisque suffusionum speciebus (§. CCCXX.), si quod auxilium iis superest, ab extractione sola expectari debeat.

§. CCCXXVI.

Praeparatio medica ad operationem.

Ac quoniam medicus plerumque hujusmodi operationibus vel praeest, vel certe consilio aegros dirigit; eum ideo decet non ignorare, qua ratione praeparandi illi ad vtramque operationem sint, quodnam diaeteticum regimen adhiberi conueniat, et quid metui post depressam, aut extractam suffusionem possit, quidque vitare, et cauere pro sua parte debeat. Praeparantur ergo sanguinis missione, in primis plethorici, catharsi, tenui victus ratione, et medicamentis attemperantibus, vt quam alienissimi ab inflammatione, qua oculus post operationem corripi potest, reddantur. Operationi vero dies serena, et cubiculum lucidum eligitur, vt videlicet chirurgus plena in luce suo munere fungi possit. Peracta operatione superimponitur oculo linamentum, aut spleniolum albumine oui cum aqua rosarum conquassato imbutum; et fascia etiam, sed laxe, firmatur, qua sanus quoque oculus compesci potest, ne motibus suis alteri noceat. Quin etiam si extractio adhibita est, oculus apte vinciri, et deligari debet, saltem pro primis quatuor diebus, ne si tussis, vomitio, aut sternutamentum inciderit, vitreus humor ex vulnere corneae prorumpat

io oculi exitio. Repetitur etiam, si opus fuerit, ost operationem ipsam sanguinis missio, et vesperi usdem diei mite paregoricum dari etiam consue- t, vt dolor, irritatioque somno auertatur. Quies mma saltem octiduo imperanda est, curandum ie, vt capite erecto semper se contineant, tenui ctu, et medicamentis diluentibus, et refrigeranti- is vtentes; caueantque a luce, vomitu, tussi, ster- tamento, masticatione, ac nimio calore. Aluus ematibus, aut sero lactis, potuue mellito laxa uanda est; neque permittendum, vt e lecto ege- ndi caussa se efferant, sed monendi sedulo sunt, sine conatu in vas sibi apte subjectum dejiciant. ost octo demum, aut nouem dies regiminis ratio iquantum relaxanda est, oculusque paullatim luci, d languidiori assuefaciendus, dummodo post ope- tionem nullum infortunium superuenerit. Post erationem autem interdum accidit, vt sanguis in teriorem oculi cameram effundatur; ex quo de- le facile hypopyon nasci potest. Si illud forte eniat, praeter sanguinis missionem, superdanda oluentia sunt, et in primis fomenta non nihil matica, et leniter vinosa. Frequentius vero oph- lmia superuenit, praesertim extractioni, quando npe lens crystallina aegre foramen pupillae trans- s, aut cochleari educta vim vueae, et coronae ari intulit. Tunc enim inflammat[illegible]e tota cho- les facile tentatur, non penitus desitura, nisi t quindecim, aut viginti dies. Curanda autem , vt aliae graues ophthalmiae interiores.

Regimen post operationem.

GLAVCOMA.

§. CCCXXVII.

Proximum suffusioni *glaucoma* est. Id vitii con- ;it, vbi lens crystallina cum suo velamento mul i mole augetur, sicque intumescit, vt vicinae

Quid glaucoma?

reliquae

reliquae oculi partes vexentur, molesteque prem-tur. Hisce se notis prodit malum: *oculus dur digito renitens attollitur, et magis, quam natural consueuit, prominet. In eo grauitatis quidam, doloris sensus est a).* Intus quod visum imped et inspicienti se ostendit, colorem prae se fert mari-nae aquae, siue glaucum, vnde ejus nomen. Cu morbus adoleuerit, pupillae dilatationem, siue my driasin etiam inducit; ex vitrei vero, et retinae co pressione, quam lens multum adaucta efficit, om delet videndi facultatem. De alio etiam viti re memorant scriptores, cui pariter *glaucomati* men tribuunt. Id non crystallinae lentis, sed vi trei humoris proprium est. Adesse dicitur, cu vitreus humor mole augetur, praeter *modum* i tumescit, et pelluciditate amissa glaucum *ind* colorem, accurate inspicienti satis perspicuum Vtrique glaucomatis generi superuacua, imo no est quaeuis manuum curatio, non secus, ac *suffu-* fioni cum mydriasi, siue pupillae, neruo oculum spectantium, et retinae ipsius paraly junctae, quod supra monuimus. Humor vi treus longe frequentius colliquescit, et dissol et oculus non modo tum caligat, verum etiam cauus fit, et flaccidus, nihilque prementi di renititur. Hinc *necesse est*, inquit PLATNE *corrupto vitreo humore, etiam lentem vitiari c).* Q est alia suffusionis species omnino incurabilis.

Aliud glaucomatis genus.

Curatio nulla.

a) PLATN. *Instit. chirurg.* §. 1310. b) *Ib.* c)

AMAVROSIS, SIVE GVTTA SEREN

§. CCCXXVIII.

Caussa. Amaurosis est illa visus abolitio, quae vitio vi optici, aut retinae contingit. Haec, si cum lo alio oculi morbo copuletur, ac proinde ocu

ſimilis inſpicienti appareat, excepta pupilla,
dilatata tantummodo cernitur, *gutta ſerena*
ellatur. Cauſſa hujus coecitatis proxima eſt om-
eadem, quae aliarum paralyſium; remota ve-
el ichores neruea filamenta imbuentes, ac la-
tes, vel eorum obſtructio, aut preſſio, aut diſ-
tio, vaſorum ſanguineorum plenitudo nimia,
riae, aut venae centralis varicoſa dilatatio, fi-
um muſcularium, et in primis muſculi attol-
is, et abducentis, qui cum vagina nerui optici
lammodo cohaerent, et ſuper neruum ipſum
antum decurrunt *a*), conuulſio, aut ſpaſmus,
halami neruorum opticorum corrupti, compreſ-
itiati. Sectio cadauerum amauroſin, ſiue coe-
tem inuenit natam *a tumoribus neruos opticos*
primentibus, item a glandula pituitaria turgida;
pide in neruo optico, aut in glandula pineali; a ce-
i vulnere, abſceſſibus, corruptione, aut tumoribus
iis; a tumore cerebri aqueo; ab effuſo ſanguine;
mpreſſis thalamis opticis; a depreſſo cranio; a vul-
bus capitis, et cranii; a neruo optico extenuato, et
*upto a**); *a cerebri vitiis b*), *a variis ejuſdem ma-*
); *a corpore ſtriato molli d*); *a ſanguine ſupra*
m cerebri membranam effuſo e); *ab oſſe in ſinum*
formem impacto f); *a thalamis ſtrigoſis g*); *a*
ho ad originem nerui optici h); *a tumore eum ner-*
comprimente i); *ab hydrocephalo l*), aliiſque or-
cis cauſſis. Itaque morbo originem, atque oc-
nem praebere poſſunt ſcabies retropulſa, vlce-
tempeſtiue conſolidata, metaſtaſes, caſus, ictus,
ſſus, inflammatio, diutinus rerum lucidarum,
tarumque intuitus, inquinamenta primarum
n, cathartica validiora, atque hinc vaſorum
as, conſuetae euacuationes ſuppreſſae, hyſte-
et hypochondriacae affectiones.

a) ZINN.

p) ZINN. *Descript. anatom. oculi human. cap.* 8. §. I et cap. 9. §. II. a*) HALLER. *Elem. physiol. T.* 4 *sect. VII.* §. *XIV.* b) *Id. ib. in not.* c) BOE *Fascic.* 2. *praef. obseru.* 3. d) PETIT *lettr.* I. p. 7. MANNE *obseru.* p. 154. f) WARNER. *obseru.* I. MORGAG. *de sed. et causs. morb.* I. p. 74 k) MVZ II. p. 91. i) *Id.* p. 81. l) MORG. I. p. 181.

§. CCCXXIX.

Diagnostica signa amauroseos. Ex his facilis amauroseos diagnosis habetur. O scurum, arduumque cognitu potius est, vtrum ne vus opticus, an retina sola laboret? Qua de re parum disceptari solet. ETTMVLLERVS diffi cultatem tolli opinatur, docens coecitatem, si pe latim accesserit, retinae vitio tribuendam esse, vero repente, et momento quasi ingruerit, veri millimum esse, tunc a neruo optico male affecto eam proficisci. Verum, si quis contraria ratio concluderet, non minori fortasse veri specie id ceret. Quis autem retinae vitium a nerui op vitio facile secernat? Insuper addunt alii, si ocul fricetur, ac prematur digitis, atque hinc pupilla di latari, et constringi cernatur, indicium esse, ner opticos integros, atque intemeratos existere; sam vero retinam, aut aliquam partem eidem ximam. Contra neruum opticum vitiatum nulla pupillae dilatatio consequatur. Verum maduertant hi velim, iridis, siue pupillae m saepe superstitem esse in vera amaurosi tam a optici, quam a retinae vitio genita. Satis eni neruos ciliares illaesos esse, vt iridis, et p motus non pereat. Rectius igitur conclud vera amaurosi, si pupillae motus deficiat, neruum opticum neruos ciliares, et iridis p resolutos esse; si contra superstes sit, hos int

Prognosis, et curatio. illaesosque esse. Ceterum siue retina, siue opticus proxime laboret, difficillimae curatio

iorbus. Quae ad suffusionem, atque apoplexiam urandam proposita a nobis sunt, eadem omnino mauroſi, ſi curabilis eſt, conueniunt. Interdum tyalismus mercurio excitatus profuiſſe fertur. Interdum quoque aliquid emolumenti attulit ſuperilii confricatio, atque ſpiritus meliſſae, aut ſuccini, ut cornu cerui, qua neruus ſupraorbitalis, ophhalmici ramus, egreditur, manu illitus, et pluries iuque adhibitus. Conuulſiua, aut ſpaſtica amauoſis facile curatur, et fere per ſe paullatim euaeſcit. Febrium quoque ſymptoma, aut aliorum norborum, iis ſuperatis, ipſa quoque ceſſat. Quanloque obſeruatum eſt, foeminas vtero gerentes, atue inter initia amauroſi correptas, quarto, vel uinto menſe, aut demum poſt partum viſum recuperaſſe; depletis fortaſſe cerebri vaſis, aliorſumue ſanguinis copia, aut motu conuerſis. Supereſſent alia adhuc ſymptomata ad viſionem imminutam, aut deprauatam pertinentia, vti *amblyopia*, *hemeralopia*, *nyctalopia*, *myopia*, *preſbytia*, *ſtrabiſmus*, *nyſtagmus*, *diplopia*, atque alia, ſi qua ſunt; le quibus tamen, cum in pathologia generali ſatis xplicari ſoleant, vixque peculiarem curationis raionem obtineant, dicere ſuperſedebimus; eoque nagis, quod pleraque a mala oculi conformatione ermanant, perſpicilliſque ſolis quodammodo emenantur, aut aliorum ſaepe morborum effecta ſunt, uibus ſublatis et ipſa tolluntur *).

Cur alii oculorum morbi omittantur.

*) Inter paullo antiquiores, qui de oculorum morbis ripſere, legi merentur MAITRE IEANIVS, SANCTYVEIVS, BOERHAAVIVS, ex recentiſſimis vero IANINIVS, liique ſatis noti.

CAPVT XI.

DE GRAVEDINE, CORYZA, ET PHLEGMATORRHAGIA.

§. CCCXXX.

Non valde distant ejusmodi affectus, licet a plerisque nimium subtiliter, aut scrupulose nimium distinguantur. *Grauedinem* vocant eam catarrhalem affectionem, in qua pituitaria membrana sic tumet, vt aëri in nares iter occludat, vocem obtundat, grauitatis sensum pariat, dolore modo obscuro, modo pungente, modo pulsante caput vniversum; aut frontem tantummodo, et tempora affligat, aurium sonitum, ac tinnitum saepe conjunctum habeat, nullo tamen inter initia, aut certe pauco, et tenui exstillante humore, qui demum circa finem morbi crassior, tenaciorque factus emungitur. *Coryzam siccam*, sed improprie, non nulli nominant, vt a *coryza* vera, quae humida est, vtque explicabitur, malum discernant.

Grauedo.

§. CCCXXXI.

Cum vero e naribus fertur tenuis pituita, siue humor serosus, ac mucidus, modo crudus, et acrimoniae tudinis expers, modo acer, et salsus, excitatque crebra sternutamenta cum aliis paullo ante descriptis (§. CCCXXX.) symptomatis, *coryzae* nomen morbus assumit. Vulgo *distillatio* dicitur. Quod si assiduum, ac perenne fiat limpidi phlegmatis stillicidium, aut sinus potius frontales seroso humore ita scateant, repleanturque, vt inclinato capite illico magna vi, et sine vllo sensu prorumpat, defluatque, *phlegmatorrhagia* IUNCKERO, aliisque nuncupatur. Saepe hisce morbis (§§. CCCXXX. CCCXXXI.) accedit febricula, mentisque insolitus

Coryza.

Phlegmatorrhagia.

corpore, non ex eo quidem, vt veteres putabant, quod e cerebro in nares humor distillet, sed quod vtraque pars non absimili pituitosa congestione infarciatur.

§. CCCXXXII.

Caussae horum affectuum proximae.

Proxima *grauedinis* caussa videtur congestio sanguinis, et seri in vasis, cellulis, folliculisque membranae pituitariae, et partium adsitarum, non raro ad leuis inflammationis naturam accedens. In *coryza* vascula secretoria magis, et folliculi mucosi afficiuntur, vnde vberior serosi humoris, et muci secretio, excretioque. Aucta pariter secretio, et excretio serosi phlegmatis in sinibus frontalibus caussam *phlegmatorrhagiae* constituere videtur, nec ea poni, et concipi potest, nisi sanguis, serumque copiosius ad pituitariae eas partes, quae sinus vestiunt, feratur, congeraturque. Remotae vero caussae censentur pituitae, et seri copiosior vis, aucta ejus cohaesio, vel insolita acritudo, vasorum, membranarumque capitis, et potissimum pituitariae laxitas, aut repentina, et subita contractio. Hinc aër humidus, et frigidus, aut siccus, et feruidus, cacochymicus corporis habitus, nicotianae abusus, et exspiratio insensibilis cohibita, vti occasionales caussae, vtplurimum intercedunt. Quod attinet ad exspirationem cohibitam, quae vniuersim incusari solet, hanc ab omni culpa absoluendam censet SANCTORIVS in sua *Statica*, coryzamque deriuandam mauult a noxiis, frigoriferisque aëris particulis naribus, ac cutis meatibus receptis, quae bonam sanguinis, humorumque crasin peruertant. Alii frigori hosce affectus acceptos referunt, cum frigore norint sanguinem, lympham, mucumque cogi, et vasa, et fibras corrugari. Sed neutra harum opinionum placuit THOMAE SIMPSONIO *a*). Etenim is a frigore quidem totum externum corporis ambitum

Remotae.

bitum percelli, et constringi non inficiatur; sed illud inde consequi, vt ad pituitariam membranam interioresque hujusmodi partes, quasi per refluxum majori, quam consuetudo ferat, vbertate, atque impetu humores compellantur, et coaceruentur, atque hinc congestio catarrhalis oriatur, de qua sermo est. Si quid vero judicare licet, singulae ejusmodi opiniones plurimum mihi videntur habere probabilitatis. Quandoque enim aliquid ab aura frigorifera in corpus nostrum immitti, quo ad catarrhales affectus via paretur, epidemicae in primis constitutiones ostendunt, in quibus interdum is morbus vniuersim diffunditur, vt nemini etiam ab injuriis temporum diligentissime sibi caventi, aut ex alia aegritudine jam decumbenti fere parcat; dum sub eisdem temporum, frigorisque similitudinibus nihil tale alias obseruetur. Vt plurimum tamen exspirationem tam cutaneam, quam narium, et faucium supprimi; sanguinem, lympham, mucumque condensari; vasa, cellulas, glandulas per frigus coarctari, nemo negauerit, qui physicas frigoris proprietates nouit. Neque a vero abit, sanguinem, reliquosque humores, inuenta in ambitu corporis majori resistentia, vberius ex hydraulicis legibus interiores partes petere debere, in quibus pituitaria membrana profecto habenda est.

a) In Dissertationib.

§. CCCXXXIII.

Anni tempora, et aëris constitutiones. Sed quaedam anni tempora, et quaedam aëris constitutiones hisce morbis procreandis magis valent, in primis tempus vernum, et hiemale; aestas sicca, et aquilonia, et subsequens autumnus pluuiosus, et austrinus *b*), vel aquilonius, et siccus *c*); itemque subitae, et repentinae aëris ex calido in frigidum mutationes. *Raucedines, et gravedines*

dines in valde senibus non coquuntur d). *Quibus dolores capitis, et frontis contingunt tum ex ingentibus ventis, tum ex frigore post vehementem aestum, eos grauedines potissimum quidem omnino liberant e*). *In omnibus pulmonis morbis grauedines, et sternutationes tum praeire, tum subsequi, malum f*). Haec ex Hippocraticis oraculis ad prognosin. Ceterum hujusmodi affectiones saepenumero mitem morbum faciunt, et sola naturae ope dissipantur. Interdum tamen grauius, et diutius infestant, et tum cerebro ipsi noxam afferunt cum apoplexiae, lethargi, aut etiam catarrhi suffocatiui metu. Nec minora mala timeri possunt, si coryza, aut phlegmatorrhagia frigore incautius suscepto, aut quacumque alia caussa repente supprimantur. Nam retropulsa serosa colluuies interius acutos, vehementesque capitis dolores ad radicem nasi se se protendentes, vertiginem, aurium susurrum, totius corporis lassitudinem, torporem, et febrem lentam arcessit ex SWIETENII g) testimonio. Si humor, qui in coryza exstillat, acrior fit, vlcera etiam narium pessima, ozaenas, cariemque paullatim gignit.

a) HIPP. *aph.* 20. 23. *sect.* 3. b) *Aph.* 13. *sect.* 3. c) *Aph.* 14. *sect.* 3. d) *Aph.* 40. *sect.* 2. e) *Praedict.* I. 148. f) *Praen.* 93. *Coac.* 399. g) §. 69. *n.* 6. *in Boerhaav.*

§. CCCXXXIV.

Curatio iis innititur indicationibus, quas in febre catarrhali a) posuimus. Generatim conuenientissima sunt, quae diluunt, lentorem soluunt, congestiones digerunt, acritudinem temperant, exspirationis vias aperiunt, atque a capite, naribusque reuellunt; vti venae sectio, cucurbitulae tam siccae, quam scarificatae, balnea pedum, eccoprotica ex manna, pilulae de succino Cratonis, diluta foliorum theae, scordii, cardui benedicti, florum tiliae, *Quomodo curentur.*

 aut

aut sambuci, decocta hordei, radicis scorzonerae, chinae, graminis, ligni sassafras, pulueres temperantes nitrosi, atque alia hujus generis. Naribus quoque inspirari potest vapor aquae calidae, ex herbis emollientibus decoctae, imo aqua ipsa tepida attrahi; et, si acrimonia humoris exigat, etiam lac aqua dilutum, vel aliquid mucilaginosi. Lenes quoque suffitus ex mastiche, succino, benzoë, baccis juniperi laudantur, in primis ad cubiculi aërem frigidum temperandum. In grauiori capitis affectu, aut contumaciore malo, epispastica ex cantharidibus, quae vesicam excitent, collo, brachiisque, et pone aures, imo temporibus admouentur vtilissime. Si malus humor pituitariam exulcerauerit, decocta, vel diluta saluiae, menthae, millefolii, saniculae, rorismarini injicienda sunt. Mel etiam subinde addatur, vt magis abstergant. Si haec non sufficiant, decocto guajaci, in primis si sordidum vlcus fuerit, mundari etiam oportet. Sed potissimum ad caussam interiorem, luem veneream nimirum, scorbutum, cacochymiam, aut aliud mali genus conjectum respiciendum est. Victus quoque ratio caussis accommodetur. Aër nimium siccus vapore aqueo; humidus, atque impurus resinosis, balsamicisque suffitibus, et luculento igne emendetur. Frictiones totius corporis, moderatumque exercitium, quia humorum circuitum, atque exspirationem adjuuant, summopere conferunt.

a) *Vol. I. De febrib.* §. CCCXLVIII.

CAPVT XII.

DE NARIVM HAEMORRHAGIA.

§. CCCXXXV.

De haemorrhagia in genere.

Si sanguis insigni aliqua copia praeter naturae institutum e vasis prorumpat, quaecunque sit corpo-

corporis pars, ex qua effluit, generico id *haemorrhagiae* nomine designatur. Pro varia vero sede, vnde manat, peculiarem denominationem distinctionis caussa accipit. Effluere sanguinem e suis vasis quintuplici ratione posse, veteres docuere: I. *anastomosi* nimirum, siue extremorum osculorum, quibus donari vltimos arteriolarum fines putabant, dilatatione; II. *diaeresi*, siue canaliculorum diuisione; III. *diapedesi*, siue exsudatione; IV. *rhexi*, siue ruptione; V. *diabrosi*, siue erosione. Arteriolarum exhalantium, quae fortasse solae in finibus hiant, dilatatio fit vel impetu sanguinis irruentis, vel canaliculorum laxitate, vel orificiorum atonia. *Diaeresis* contingit a caussis, quae incidunt, pungunt, aut quocunque simili modo continuum soluunt. *Diapedesin* efficiunt nimia vt plurimum sanguinis tenuitas, aut aquea ejus dissolutio, et fibrarum laxata compages, et pororum inorganicorum, quibus vasa omnia, et membranae scatent, dilatatio. *Ruptionem*, siue *rhexin* plethora tam vera, quam apparens, ictus, casus, nisus, auctus motus, obstructio, ligaturae, compressiones, spasmus, membranarum debilitas, et similia. *Diabrosin* acritates variae, a quibus tunicae vasorum tam interius, quam exterius erodi possunt, donec perforentur. Sed quinque hae haemorrhagiarum rationes ad tres redigi commode posse videntur, ad *anastomosin*, *rhexin*, *diabrosin;* nam diaeresis cum rhexi, et diapedesis cum anastomosi fere conueniunt, aut certe vix distingui possunt; cum tam in punctione, quam in ruptura continuum soluatur, et in diapedesi aeque, ac in anastomosi sanguis sine continui solutione exsudet, et exstillet.

Quot modis fiat.

Caussae.

§. CCCXXXVI.

In quauis igitur haemorrhagia inuestigandum maxime est, qua ratione, et qua ex caussa fiat. Id circo

Signa caussarum.

circo et quae eam antecesserunt, et quae comitantur, et ipsa sanguinis diathesis consideranda sunt diligentissime. Ictus, attritus, vulnus, immodicum exercitium, aliaeque caussae extrinsecae per se facile patent. Ex aegri autem habitu, temperamento, victu, genere vitae, aliisque aut excedens sanguinis copia, aut raritas, aut tenuitas, aut acrimonia, aut atonia, et laxitas solidarum partium dignoscentur. Retardatum vero alicubi sanguinis motum, aut impeditum circuitum, et simul alibi auctum impetum indicabunt vberior ad partem, vnde dimanat, appulsus, tumor, distentio, rubor, vehemens vicinae regionis pulsatio. Aliquid etiam lucis affert attenta sanguinis effluentis consideratio. Floridus, rubicundus, magno impetu erumpens sui copiam, aut raritatem ostendet, et, si difficulter, ac tarde concrescat, etiam dissolutionem. Tenuis vero, aquosus, et aquae, in qua caro lota fuerit, non absimilis serosae partis excessum, aqueamque diathesin.

§. CCCXXXVII.

Diuisiones, et differentiae. Diducitur haemorrhagia in eam, quae ab externa vi, et in eam, quae sponte, et a caussis internis proficiscitur. De illa, quam etiam *violentam* dicunt, agitur a chirurgiae scriptoribus; de hac vero, siue *spontanea* medici potissimum tractant. Alia item *salutaris*, aut *critica* est, alia *non salutaris*, aut *symptomatica;* alia demum *habitualis*, alia *accidentalis.* Salutaris illa dicitur, quae caussam morbum efficientem, aut effecturam, aut morbum ipsum tollit; vti accidit, quando corpus a superfluo, et exuberante sanguine liberat, aut congestiones soluit, quod saepe adolescentibus, et iuuenibus praesertim feruidioribus obuenit. *Salutaris* quoque ea est, quam *criticam* dicunt, velut quae acutos morbos, phrenitidem, sphacelismum

cerebri,

bri, apoplexiam, hepatitidem, pleuritidem, co-
aeam, grauedinem, neruorum distentionem,
em ardentem, aliosque similes judicat. *Non*
aris est ea, quae neque morbum tollit, neque
caussam, aut nouum aliquem morbum infert.
ianc spectat etiam *symptomatica*, itemque illa,
nimium protrahitur, viresque exhaurit, et sic
n morbum post se relinquit. *Habitualis* cre-
s reuertitur, et praeter euidentem, peculiarem
aussam accedit. Contraria fit ratione *accidentalis*.

§. CCCXXXVIII.

aemorrhagiam eo majus periculum afferre, quo *Prognosis.*
is insignioribus fit, non est qui non videat. Quo
n profusior est, et breuiori tempore plus san-
is projicit, vt aliquot ejus librae cito effluant;
imbecillior aeger videtur, et maxime si simul
s, labia, vngues, et reliquum corpus pallescant,
ema frigeant, arteriae subeant, deficiantque,
ius occupet, et animus linquatur; eo pro-
imminet extremum vitae discrimen. Defe-
vero animi non semper terrere omnino debet;
interdum sanguis, quem reliqua auxilia cohi-
non potuerunt, intercepto aliquantulum, aut
cente cordis motu, cum minus, vel parum,
nihil a tergo vrgeatur, subsistit, concrescit in
nbos, et vasa aperta occludit, nisi etiam pro-
vi contractili constringantur. Periculosior quo-
st ea, quae ab interna caussa efficitur; aut cer-
n minus prudentiae, atque opis exigit ipsa,
i quae ab externa. In vniuersum facilius cura-
irno non raro per se ipsam, et sponte cessat
ex plethora oritur. Denique quaecunque
t haemorrhagia, si pro ejus duratione, copia
inis effusi modum non excedat, ex se sola non
it magno detrimento esse. At si modum ex-
it, animi deliquia, corporis languor, cachexia,

 hydrops

hydrops timeri debent. Nec obstat prostare exempla quaedam sanguinis enormi copia excreti cum periculo quidem non exiguo, sed sine vitae jactura. Pessimum demum signum jure habetur, si ab haemorrhagia pulsus occultentur, vacillent, evanescant; syncope crebro ingruat; extrema frigescant et membra conuellantur.

§. CCCXXXIX.

De haemorrhagia narium speciatim. Quae hactenus de haemorrhagia generatim explicata sunt, accommodentur etiam peculiariter sanguinis e naribus profluuio, siue narium haemorrhagiae, quae ex disruptis, aut dilatatis, aut erosis, aut laxatis membranae pituitariae vasculis oriri consueuit, easdemque remotas caussas agnoscit, quas ceterae haemorrhagiae. *Differentiae.* Praeter communes differentias, de quibus jam (§. CCCXXXVII.) dictum est, hujus propria est illa, quae a modo, quo effunditur sanguis, deriuatur. *Prognostica.* Etenim vel abunde, et magno fluxu erumpit, et tunc vera est narium haemorrhagia; vel guttatim, et parcius, lenteque effluit, et tunc *stillicidium* dicitur. Quod vltimum in morbis symptomaticum est, atque inutile naturae conamen; nihil enim paucum communiter esse potest criticum *a*). Narium haemorrhagia senibus insuetis superueniens saepe apoplexiam praedicit. In hominibus valde imbecillis haemorrhagia acuta saepe vitam cum sanguine effundit, vel tabem relinquit, aut cataractam, glaucoma, guttam serenam, et ex his oculorum caliginem, et coecitatem. Hecticis vero, quibus sanguis colliquescit, et omnia vasa laxa sunt, haemorrhagia mortem propinquam portendit.

a) *Coac. n.* 57. 337. 340. *b*) PLATNER. *Ars* ... §. 269.

Curatio.

§. CCCXL.

Salutaris, et *critica* narium haemorrhagia, dum-do immodica non sit, quo casu salutaris esse ne-ret, minime cohibenda est. Cohibita enim eter alia mala interdum conuulsionem arcessit, sanguinis detractione sedandam *a*). Non sa-ris curationem exposcit. Curatio autem duplex alia haemorrhagiae praesentis, alia post eam jam npressam. Tempore haemorrhagiae ea adhiben-, quae sanguinem sistunt. Haemorrhagia jam ibita, vel diutius protracta, caussae eam efficien-occurritur. Multa ad sanguinis fluxum sisten-m proponi solent, quorum aliqua sanguinis co-m minuunt, ejusque cursum a naribus auertunt, qua prauam ejus qualitatem emendant, aliqua num ora vasorum coarctant, et claudunt. Pri-generis remedia sunt sanguinis missio per inter-lla opportune iterata, cucurbitulae tam siccae, am scarificatae ceruici, scapulis, dorso, cruribus, hypochondriis *b*) applicitae, artuum ligaturae orificae, et sanguinis per venas regressum retar-ntes, terror repente incussus, aqua frigida inopi-nti in faciem, aut dorsum inspersa, aut pudendis nota, lipothymia, epithemata ex gypso, aceto, albumine oui parata, et fronti frigide imposita.

Curatio duplex.

Triplex remediorum genus.

Primum genus.

a) *Coac.* 336. *b*) VAN SWIETEN §. 741. ibique al-at GALENVM, qui cucurbitulam hypochondrio dextro igebat, si sanguis e dextra nare fluebat; sinistro, si e stra; sicque sanguinem illico sisti testatur.

§. CCCXLI.

Ad alterum genus spectant multa, et varia, prout iat sanguinis vitium. Nam si sanguis nimium estuet, ac turgeat, refrigerantia conueniunt ex tuca, nymphaea, portulaca, acetosa, atque om-nia

Genus alterum.

nia subacida, et temperantia, imo acetum, et
da ipsa mineralia, item emulsa ex seminibus fr
nitrum, et similia. Enemata actu frigida et
xandam aluum, et ad sanguinis feruorem inhi
dum subter dari suadet PLATNERVS a). Si n
aquea tenuitate sanguis peccet, et simul atonia,
laxitas solidarum partium concurrat, adstringent
et roborantia, vti plantago, vrtica, consolida, c
tex peruuianus, cascarilla, bistorta, tormentilla,
tonea mala, malicorium, balaustia, terrae
corallia, et ferrum opportunissima sunt. Si
acrimonia subsit aliqua, eidem opponi debent
peculiariter aduersa creduntur, et ea, quae de
cent, atque inuoluunt, alibi jam multoties me
rata. Prae ceteris autem opium, *plethora abl*
commendatur, vtpote quod nimias quascunq
euacuationes praeter sudorem compescit, ner
rum sensibilitatem minuendo, et spasticos motus
sedando. At licet vim cordis intendere solet,
non tamen dandum est aegro viribus fractis,
cautissime, et quodammodo cicuratum, q
aethiope vegetabili, in diascordio Fracastorii,
que praeparationibus.

a) *L. c.*

§. CCCXLII.

Adstringentia externa. Vasorum oscula claudunt, quod tertio loco
sui, medicamenta extrinsecus applicanda, cu
di sunt alumen, vitriolum, sanguis draconis,
ricus *pedis equini facie* quercui adnascens *a*),
alia. His turundae conspersae, aut in iis
intinctae in nares induntur, vt aperta vas
primant, atque adstringant. Linamenta qu
vini spiritu meracissimo, et calido, vel bals
stringenti Gherlii, vel ex tinctura catechu ex
ad id commendantur. Valentius agunt p
colcotaris adiuta, aut phlegmate vitrioli madef

complures aquae vulnerariae romanae maxime lunt, tamquam certissimo euporisto, etsi am- ia admodum ejus virtus aequis judicibus videa-

Fuligo, si alia ad manus non sint, cum albu- ie oui subacta, ac turundis, vel gossypio inducta issime in nares intruditur. Sed tot medicamen- opus non est. Solae turundae ex linteis carptis contortis sine alio additamento sufficiunt, si in is ita indantur, vt valide vasculis apertis adpri- possint. Adprimuntur vero multis rationi- quas apud chirurgos videre est. Si altius re- emitti debeant, vt ad ora venarum hiantia per- ant, filo alligantur, quod per nares, faucesque ectum eas et, quo exit sanguis, adplicat, et prout esse est, dirigit; quemadmodum tradunt chi- giae magistri. Interdum sola narium per digi- compressione continuata, si anteriori e loco guis manet, sanguinis fluxus sistitur.

) De hoc fungi genere, ejusque vsu vid. *Comm. iens. vol. 1. p. 144*, et *Obseru. sur l'usage de l'Agaric* 4. GEORGE HEATE. *London*, 1758.

§. CCCXLIII.

anguine cohibito, si haemorrhagiae origo ab aliqua labe sit, aut ab aliqua caussa manifesta uarit, accommodatis remediis vtendum est, qui mali reditus praecaueatur. His autem reme- regimen opportunius adjiciatur. Aeger in lo- rigidiusculo, et obscuro quiescat, leuiter stra- tectus, et capite erecto, et sublimi se conti- , neque multum loquatur, neque quidquam le sumat, aut solidi mandat. Liquida igitur ali- ta, et refrigerantia sint, ne maxillarum motu uinis fluxus augeatur, aut renouetur. Exulent sanguinem augent, aut concitant, aut atte- it. Aqua frigida potui detur, vino interdicto, summus virium lapsus suadeat, tantillum vini, *Cura prophylactica.*

quod

quod tenue fit, rubellum, et subausterum con-
dendum esse. Motus omnis siue animi, siue cor-
poris diligentissime vitetur.

CAPVT XIII.

DE DOLORE AVRIVM, ET QVIBVSDAM AVDITVS VITIIS.

§. CCCXLIV.

Otalgia vera, et spuria.

Aures dolori, siue *otalgiae*, non secus ac alia quaeuis pars, et quidem molestissime noxiae sunt. Itaque de eo primum, deinde de quibusdam auditus vitiis, videlicet abscessu, vlcere, auditu graui, surditate, et tinnitu sermo *habendus*. Duplex otalgiae genus occurrit, alterum *sine* inflammatione, alterum cum inflammatione conjunctum. Prius illud *otalgia spuria*, siue *notha*, posterius *vera* vulgo audit. Hanc alii *otiten* appellant.

Otites.

Sedes vtriusque frequentior est membrana, quae meatum auditorium intus succingit, ac cerumen secernit, effunditque. Non ideo tamen reliquae interioris auris particulae, vti tympanum, et labyrinthus, dolore immunes sunt, licet reuera rarius eo afficiantur.

§. CCCXLV.

Caussae, et signa.

Otalgiam notham procreant vel nerui irritati spasmi, vel humor acer, et serosus, aut rheumaticus congestus, aut alia quaeuis caussa fibras, neruos, vasa distrahens, comprimens, aut vel- … *Veram* autem, siue *otiten* aliqua vnius, vel … um auris partium inflammatio. In illa febris nulla est; in hac dolori febris adjungitur. Qui … ter vtramque discrimen praecipuum constituit; … vtraque aures tinniunt, atque obsurdascunt. …

et occasiones otalgiae multiplices sunt. In
is frequentissima reputatur dentium molarium
ntio: rami enim nerui maxillaris inferioris, qui
ius quinti paris ramus est, et qui ad linguam
inet, cum minori neruo, qui ab aure descen-
et a septimo pari, hujusque portione dura de-
tur, via committuntur *a*), et miscentur. Ex
sequitur, vt summa inter maxillam, et aurem
ensio, quocunque modo ea fiat, intercedere de-
. Post hanc veniunt subitae, et vehementes
pestatum, atque aëris vicissitudines; catarrhi
orti; subitum frigus capiti, aut pedibus cale-
s admissum; tinea, achores, scabies retropul-
metastases in febribus acutis; aliena in aurem
sa, ingressa, intrusa, innata; ac demum cuncta
quae ad dolorem, aut inflammationem inferen-
valere, pluries alibi memorauimus.

a) PLATNER l. c. §. 350.

§. CCCXLVI.

peciatim *otalgia vera*, siue *otites* se prodit dolo- *Otitis descriptio.*
cutissimo, calore, ardore, pulsatione arteriarum
icta, febre vehementi, et puncturis crebris, sic
ars quodammodo terebrari videatur. Nullus
en tumor, ruborque nullus extrinsecus conspi-
r, nisi forte exteriora quoque eodem malo te-
itur. Pro loci vero diuersitate, quem inflam-
io incessit, propria quaedam, ac peculiaria in-
exseruntur. Quando meatus auditorius so-
modo inflammatur, dolor magis externus est;
recrudescit, auditus potius obtunditur, quam
etur; atque interior ejus facies, quae oculis
t, insigniter rubet, ac tumet. Membranam
o tympani, hujusque cauum inflammatione
ari noscimus, si doloris sensus interior, atque
ior videatur, ad fauces vsque porrigatur, ma-
gnum

gnum tinnitum socium habeat, nec tamen audit penitus auferat. Atrociora omnia, si intima tertia auris cauea, labyrinthus videlicet, la Tunc enim auditus fere aboletur; dolor acerr penitiorque est, ad caput, cerebrumque prota tur ac pene dementat; et non raro neruorum tentiones, vomitus, animi deliquia, ac delir superueniunt.

§. CCCXLVII.

Prognosis. Otalgia vera, siue otites grauior est, et per sior altera; eoque magis, quo penitiores des affligit, et quo minus cerebro parcere vide Hinc non raro septimo die enecat, nisi arte ci me resoluatur, aut narium haemorrhagia opem rat, aut pus ex aure erumpat. *Resoluitur* quandoque; crebrius in suppurationem desinit, pure deinde manante magnum dolori, et grauit leuamen accedit. Verum ab abscessu vlcus inter dum relinquitur, quod, nisi bene coëat, perpetuum sonitum, aut strepitum creat. Otalgia a ... aut affectibus catarrhalibus, interdum sudor, in terdum alui fluxu finitur.

Curatio.

§. CCCXLVIII.

Inflammatio tollenda. Resoluenda igitur statim ab initio inflam est venae sectione, scarificatione occipitis, a pularum, balneis pedum, leni alui ductione, dicamentis antiphlogisticis, ac diluentibus. E secus etiam fomentis, cataplasmatibus anod solutio tentanda. Dolorem lenit aqua tep muliebre, aut vaccinum, oleum amygdalarum rarum, vitellorum oui, seminum papaueris al hyoscyami recens expressum, si in aurem instil aut gossypium ex his madidum indatur. Si ot

ı catarrho, ac serosa congestione fit, auocandus humor est cucurbitulis; cantharidibus collo, aut processui mastoideo impositis; sialagogis, radice pyrethri videlicet, pimpinellae albae, mastiche, pipere, foliis nicotianae ore detentis; catharticis, ac sudoriferis. Neque sanguinis missio praetermittenda est, quando doloris acerbitas praesentissimum auxilium petit. At si neruorum affectiones, et spasmi, quod hystericis, hypochondriacisque saepe euenit, dolorem exciuerint; opio, anodynis, atque antispasticis ei occurrendum est. Ignorari vero non debet, quaecunque in aures demittuntur, cuncta prius leuiter calefieri oportere Neque his, praesertim oleosis, abuti licet; nam ita interdum laxantur auris interiora, aut obstruuntur, vt aegre deinde in integrum restitui possint Si quid demum alieni in aurem aut irrepsit, aut in ea concreuit, quod otalgiam efficiat; id dexterrime, et citissime educi debet. Vermes oleosis, dulcibus, aut, vt aliis placet, amaris occidi; pulices, atque alia insecta aqua, melle, aut gossypio immisso extrahi possunt. CORN. CELSVS, *lanae paullulum*, inquit, *in aurem compellendum est, quo pulex, vel aliud animal, quod intus est, illud subeat, et cum eo extrahatur a*). Vbi vero suppurationis initium est, emollientia cataplasmata ex mica panis albi cum lacte, et foliis maluae decocta super dentur. Pus autem confectum auocetur pinguibus, aut frusto lardi, aut butyro, et jam exiens eluatur aqua hordei vel simplici, vel mellita, et si abstergendum magis sit, aliquid mellis ex rosa adjicere opportunum est. At vbi multus humor ex abscessu, aut vlcere diu profluit, inconsulto comprimi non debet. Saepe retentus cuniculos agit, aut in cerebrum magno vitae periculo conuertitur. Quare satius est iis vti, quae humorum dyscrasiae prospiciunt, totumque corpus emen-

Otalgia catarrhalis quomodo curanda.

Otalgiae neruosae cura.

Aliena.

Vermes, pulices, insecta.

Abscessus.

Pus nimium.

emendant; quo fere fit, vt vlcus sine noxa coalescat. Interdum folliculi sebacei, siue glandulae, e quibus cerumen aurium secernitur, alicubi obstruuntur, et tuberculum aliquod formant. Id si inflammationem subeat, grauis otalgia oboritur, cito in abscessum desitura. Huic raro venae sectio necessaria est. Sola emollientia, anodyna, et demulcentia sufficere consueuerunt.

Tubercula meatus auditorii.

a) *L. VI. cap. VII.*

GRAVIS, DIFFICILISQVE AVDITVS

§. CCCXLIX.

Imminuitur audiendi facultas, siue grauior, difficiliorque auditus euadit (*dysecoeam*, vel *hypocophosin* SAVVAGESIVS vocat) multimodis, praecipue vel ex auriculae vitio, abscissione, mutilatione, depressione, vel ex meatus auditorii obstructione, compressione, tumore, cerumine indurato, pure concreto, crustisque innatis; vel ex tympani membranae, aliarumque partium relaxatione, aut ex nimia humoris copia illas alluente, vt in catarrhis fieri consueuit; vel etiam ex consensu primarum viarum, vt in hypochondriacis. Auriculae defectum supplet corniculum acusticum. Obstructum meatum auditorium reserat ceruminis, aut puris concreti, aut crustae innatae dissolutio per saponacea, atque oleosa injecta, tumorum exstirpatio, incisio, destructio. Tympani membranae, contentisque partibus robur, et firmitatem reddunt suffumigia sicca et leuiter balsamica, aut essentia castorei, tinctura succini, spiritus vini camphora non nihil imbuta, quibus gossypium intinctum meatui auditorio inseritur, ibique relinquitur, vt aëris humiditas arceatur. Serosam, catarrhalemque illuuiem reuellunt, euacuantque errhina, sialagoga, diuretica, hydragoga

Curatio.

ga, sudorifera, fonticuli, setacea, vesicantia occipiti, aut processui mastoideo apposita. Saburra, primis viis insidet, et grauem auditum efficit, ccoproticis educitur; spasmi vero, si ab his morus pendet, paregoricis, et antispasticis sedantur.

SVRDITAS.

§. CCCL.

Si meatus auditorius membrana praeter naturam, in recens natis interdum accidit, aut alio organico vitio occludatur; aut tympani membrana riescat, aut ossea facta sit, aut disrupta, aut exesa; ut ossicula tympani, aut labyrinthi, aliaeque inteiores partes graui labe, carie, vlcere contaminaae, aut aliter destructae sint; aut tuba Eustachiana aluerit, quod tumore, scirrho innato, aut cicarice, vt post vlcera venerea faucium, fieri potest; ut nerui acustici paralysi resoluti fuerint, vt post apitis ictus, vel apoplexiam euenit; euidentissiium est, surditatem, siue *cophosin* subsequi, siue uditum deleri, et nullam ferme spem relinqui cuitionis, excepto eo casu, in quo incisio meatum erire potest. Aqua praeterea repletur interdum mpani cauum propter tubam Eustachianam obructam, aut aliter clausam, aut propter inhibitam, ut deperditam vasorum absorbentium, siue lymaticorum facultatem; sic autem repletur, vt mpani membrana extrorsum vrgeatur, et stapes nestrae ouali, membrana vero fenestrae rotundae trorsum vehementer adprimatur; quam ob rem ditus paullatim aboleatur necesse est. Tunc si uid auxilii est, id certe exspectandum videtur vel gargarismatis, vel a sialagogis, vel ab vlcere processui mastoideo, cujus cellulae cum tympani cauo ommunicant, per ferrum ignitum, vel lapidem

Caussae. *Cophosis.* *Curatio.*

 infer-

infernalem, vt BELLOSTIVS suadet, inusto, c diutissime manante.

AVDITVS DEPRAVATVS.

§. CCCLI.

Superest demum auditus deprauatus, ad quem referri debet, auditus acutior, tinnitus, susurrus, bombus, et sibilus, soni nimirum praeter naturam, qui ex nimia sensibilitate, vel ex tremoribus audi et inordinatis in aurium caueis, officulis, membranis, aliisque partibus excitatis oriuntur. Haec *Paracusis.* tia vno *paracusis*, siue *auditus falsi* vocabulo vn VAGESIVS complectitur. Tremores autem illi ex plethora, vel ex sanguinis copia in vasa capitis et aurium impulsa, vel ex fibrarum muscularium ad aures spectantium aucta irritabilitate, aut per stimulos quosdam excitata, vel ex aëris in cauo tympani, aut aquae in labyrintho, ejusque ductibus contentae agitatione gignuntur. Quis enim non videt, a validius pulsantibus aurium, aut cerebri arteriolis insolitum quasi corporis percussi bombum edi, aut a tensione nimia membranae tympani, musculorumque, aut a nimia neruorum sensibilitate molestiorem, acutioremque auditum reddi; concussis officulis, aquaue labyrinthi tinnitum, susurrum, aut denique ab aëre intra tympani cauum clauso, et expanso, repenteque per tubam Eustachianam exploso bombum, vel ab eodem se ac difficulter per eam erumpente sibilum quem excitari? Interdum hanc varia auditus deprauati symptomata seorsum, et solitaria incidunt, dum neruorum distentionem, epilepsiam, xiam, deliriumue antecedunt; interdum morbis acutis superueniunt; interdum alias aegrotationes vti hypochondriasin, aut hysteriam, subsequuntur.

Curatio. Singulis his curatio adhibenda est, quae caussis com

ommodata videtur, quaeque ex superioribus erui cillime potest.

CAPVT XIV.

DE ODONTALGIA.

§. CCCLII.

Dentium dolor vocatur graece *odontalgia*. Qua dentes in alueolis reconduntur, caui intus nt, neruis, vasisque sanguineis instructi. Exterius eriostio, ligamentis, ac gingiuis firmantur. Si icubi inflammatio fiat, aut serosa congestio, aut cer, irritansque humor aliquam ex illis partem ellicet, aut caries dentem exedat, dolorem induci ecesse est varium, variaque inde symptomata nasci. lerumque gingiuae tument, ac rubent, imo ma- ie ipsae similia patiuntur; febris quandoque acce- it, pulsatio, vigilia perpetua, aurium, oculorum, t capitis per consensionem dolores. Inflammatio ue socia, siue pedissequa saepenumero in abscessum esinit. Si interiora hoc occupentur, dentis ca- es, vacillatio, corruptio, fistula timeri possunt. i exteriora, parulis, epulis, ac gingiuarum destructio. aussae remotae fere eaedem sunt, quae otalgiae. ro caussarum vero ratione etiam curatio variari ebet, quemadmodum in curatione otalgiae prae- eptum est.

Odontalgia. *Descriptio, et explicatio.* *Symptomata.* *Caussae remotae.*

§. CCCLIII.

Curatio.

Praeter ea, quae primo ad otalgiam (§. CCXLVIII.) proposita sunt, laudantur lenia dia- horetica, in primis roob baccarum sambuci ad vn- iam vnam pro dosi, et anodyna. Ore continen- um est vel lac calens, vel aqua ex capitibus papa- eris albi, vel seminibus hyoscyami decocta, et cum auxillo aceti remixta, cautione adhibita, ne deglu- tiatur.

tiatur. Extrinsecus etiam fotus, et cataplasmata mollissima, et dolorem sedantia loco dolenti admouenda sunt. Intrinsecus praeterea aliquid opii, si dolor vrgeat, dari licet. In ea odontalgia, quae a serosa congestione, aut ab acri humore est, non aliena curatio videtur, quam otalgiae ex simili causa natae (§. CCCXLVIII.) idoneam posuimus. Nonnulli anthelicis extremum, antitragum, aut auriculae lobulum inurendum jubent ferro ignito, aut moxa. Sed praestantior locus est pone aures, aut subter eas, quoniam arteria, vena, et neruus ab aure ibi exsistunt, et maxillam inferiorem ingrediuntur, et secundum ejus longitudinem in omnium dentium inferiorum radices distribuuntur. Hic itaque cauteria, aut vesicantia magis conueniunt, et serum acre reuocant, excernunt, et quodammodo nerueam sensibilitatem, atque ataxiam delent. Obseruatum enim est, sola validiori compressione pone maxillam inferiorem adhibita, interdum dolorem illico compesci. Emplastra itidem ex mastiche, balsamo peruuiano, camphoraque composita, et temporibus, atque infra orbitam applicita celerrimum solamen afferunt. Neruus quippe a quinto pari ad musculos temporales pertinens ejusdem originis est cum neruis, qui ad dentium radices feruntur, et sub orbita qui statim egreditur neruus, ad dentes anteriores maxillae superioris porrigitur.

§. CCCLIV.

Dentis caries. Dolor a carie dentis opio indito, aut guttula olei caryophyllorum, vel spiritus vitrioli instillata, et gossypio excepta, atque imposita egregie sedatur. Si huic auxilio non cesserit, ferramentum ignitum per cannulam in cauum dentis demitti oportet, quo et caries, et neruea interior membrana destruatur. Cauum deinde plumbi frustulo rite conformato implendum

lendum eſt, ne a cibo, potu, aut aëre malum iterum exacerbetur, et recrudeſcat. Quod ſi haec quoque non profuerint, aut adhiberi nequiuerint, dens erit extrahendus, vt non ſolum dolor cum ipſo euellatur, verum etiam vt a contagione reliqui, in quos facile proſerpere ſolet, liberi ſeruentur. Sed vitanda eſt dentis euulſio, ſi inflammatio magna, aut tumor non exiguus dentem circumcingat. Euelli etiam dentem expedit, vbi fiſtula prope dentem eſt, aut ab ejus carie genita ſpectatur. Niſi eo euulſo, ipſa coire, aut impleri nequit. At caninorum extractio periculoſior eſt ob profundiores radices, quibus adhaerent; nec minorem difficultatem exhibent poſtremi, ac medii molares ternis, vel quaternis radicibus praediti. Nam ab eorum, qui ſuperiores ſunt, extractione laedi oculi poſſunt; ab vtriſque vero tum ſuperioribus, tum inferioribus haemorrhagia, inflammatio, maxillae laceratio, et fractio non raro contingunt. Haemorrhagia interdum tanta eſt, vt conſuetis ſtypticis medicamentis comprimi nequeat. Spongia ſicca dentis alueolo impoſita, et manu valide preſſa haemorrhagiam quinque jam dies durantem a medico cohibitam legimus *a*). Similem haemorrhagiam ex hac ipſa cauſſa ortam, et jam ad viginti et vltra horas protractam ſiſtere mihi quoque contigit puluere fungi agarici igniarii alueolo auulſi dentis prius repleto, deinde ejuſdem fruſtulis planis deſuper gradatim impoſitis, vt dentibus alterius maxillae et premi, et loco contineri poſſint.

Dentis euulſio.

a) *Comm. Lipſ. vol.* 4. *p.* 91.

§. CCCLV.

Cum odontalgiam dens aliquis erumpere nitens gignere cognoſcatur, gingiua oleoſis, pinguibus, mucilagineis primum mollienda, deinde, ſi neceſſitas

Dentitioni quomodo proſpiciendum.

tas vrgeat, incidenda scalpello est, vt exitus dentis comparetur. Abscessuum, fistularum, parulidum, epulidumque curatio chirurgis committatur. Si vero dentes vacillent, gingiuaeque depereant, et quasi absumantur, in caussam inquirere oportet. Si tartarea crusta inter gingiuam, et dentem accreuerit, ejusque carnem procul secedére cogat, subacidis ea dissoluenda est, aut ferramento in scalpelli modum aptato auferenda. Si ligamenta, et gingivae laxatae in caussa sint, vt dentes labent, vacillent, adstringentibus, et roborantibus firmentur. Vbi vero erodens, acris, aut acida lympha id praestat, antiscorbutica, antacida, imo et balsamica tam intrinsecus, quam extrinsecus in subsidium vocentur.

Dentium reliquis vitiis.

CAPVT XV.

DE TVMORE GLANDVLARVM PAROTIDVM, ET MAXILLARVM, VVLGO ORECCHIONI *).

§. CCCLVI.

Differentiae. Parotidum tumores recte diuiduntur in tria genera. *Primum* genus est eorum, qui febribus acutis, et praesertim malignis, aut pestilentibus superueniunt. De his jam alibi (*Vol. I. De Febr.* §. CCCII.) a nobis actum est. *Alterum* eos comprehendit, qui morbos chronicos, scrophulas, luem venercam, scorbutum, scirrhosam, cancrosamque diathesin subsequuntur. Hi ad alios morbos, quorum curatio alibi tradenda est, aut ad morbos tantummodo chirurgicos spectant; de quibus nequaquam nostrum est verba facere. *Tertium* vero genus est, quando parotides, et maxillares glandulae repente intumescunt, et dolent, nec diu, nec gravibus,

us, aut saltem non periculosis symptomatibus, ecte curentur, stipantur, breuique, et perfecte oluuntur. Pueros, atque adolescentes dumta- hoc genere corripi solitos non nulli tradunt. quamquam illos huic malo magis obnoxios fa- .mur, experientia tamen compertum est, nullam andoque aetatem, sexumque nullum immunem eo esse, in primis cum epidemicum est: nam erdum epidemici, aut stationarii more vagatur. in imo velut endemicum quibusdam in regioni- esse *a*) dicitur. Tumores hujusmodi, quia vix quam suppurationem subeunt, sed facili resolu- ne euanescunt, *lymphatici*, et *serosi* a plerisque outantur; quamquam interdum inflammatoriam lolem indubiis notis exhibeant. Peculiari nomine ent apud medicos, a quibus saepe eorum de- iptio, et curatio praetermittitur. Idcirco non lli eos redigunt ad anginas nothas, aquosas, aut bronchocelen *b*). In Etruria, et reliqua Italia lgo vocantur *orecchioni*, *gotoni*, et *gotazze*.

*) *Synonyma.*

ORECCHIONI *Etruscis*; GOTONI *Bononiensibus*, *et Fla- iae populis*; GOTAZZE *Genuensibus*; OREILLONS, *et* ILES *Gallis*. *Parotis spuria* LIEVTAVDII, *Synops. vni- Prax. med l. 2. sect. 2. p.* 300. *ed. Patav.* 1777. *Paro- benigna*, *et simplex fortasse* SAVVAGESII, *Nosol. cl.* I. 3. *gen. XVII. Parotides seroso glutine tumentes* THOM. SHII, *De Bon. scient. et art. Instit. atque Acad. T. V. I. inter Opuscul. p.* 117. *Narbonensium morbus familia- imus*, *cujus leuior gradus* GALES, *grauior* COVRNVDOS *atur.* LIEVTAVD. *l. c.*

a) *Journal de Médec. T. VII. p.* 379., vbi ROCHARDVS lemicum hujusmodi morbum in *Belle-Isle en Mer* esse rmat, atque egregie describit. *b*) LIEVTAVD *l. c.* RGIONI TOZZETTI *Prim. Raccolt. d'osserv. med. p.* 176. GEL *De cogn. et curand. etc.* §. 192.

§. CCCLVII.

Morbi historia. De his igitur nunc referam quidquid aut ali[ae] obſeruationes, aut meae me docuerunt. Ple[rum]que hic morbus hieme, ſaepius vere ſe exſerit, [n]vlla alia corporis labes praeceſſerit. Pueris, et [iu]venibus magis, quam adultis infenſus eſt; interdu[m] nec ſenibus parcit, quod jam ſupra animaduerſ[um] eſt. Subitas vt plurimum caloris in frigus mut[a]tiones, et niuoſas, humidaſque aëris conſtitution[es] ſubſequitur. Saepe poſt aliquam vehementiore[m] corporis exercitationem, aut frigus ſuſceptum [o]ritur; grauiuſque afficit feruido, et bilioſo temp[e]ramento homines. Parotides igitur intumeſcu[nt] primum leuiter, mox grauiter, et durae fiunt, [do]lore quodam tenſiuo moleſtae. Colorem cutis [non] mutant, imo interdum leue integumentorum oe[de]ma exhibent; quo factum eſt, vt Cl. LOVISIVS o[pi]naretur, cellularem telam magis, quam glandula[rum] corpus affici *a*). Quandoque tamen nihil oedema[tosi] integumenta prae ſe ferunt, ſed tumor durus et tenſus acriter dolet, et rubore quodam quaſi ery[ſi]pelatode ſuffunditur. Praeter parotides ſimili [ti]more vna attolluntur glandulae maxillares, et i[n] non nullis etiam illae, quae in collo ſitae ſunt; i[n] aliis tonſillae ipſae occupantur, ita vt non m[odo] manducatio, ſed etiam deglutitio ipſa reddatur [dif]ficilis. Tumor autem magnitudine varius eſt; [mo]do planior, modo eminentior, et quandoque [tan]tus, vt totam faciem, effigiemque deformet.

a) *Encycloped. v. Oreillons.*

§. CCCLVIII.

Vbi mitior morbus eſt, febrem nec mouet, [nec] aegros lecto addicit. Tunc plerumque ſolius [na]turae ope intra paucos dies paullatim decreſcit, [et] finitur. Quies tamen in lecto, potus calidus, len[...]

iiter diaphoreticus, fomenta humida, et mollientia, t lintea duplicata ficca, et calentia, aut demum ınctiones ex oleofis applicitae blande, et innoxie folutionem accelerant. Raro vltra feptem dies otrahitur. Si vero grauius affligit, vel cum febre cipit, vel febris ad eum accedit, nunc parua, mi-, et breuis, nunc magna, et vehemens, quae in-dum ad aliquot dies perfiftit, plerumque conti-a remittens, et vefpere fuas acceffiones renouans. praecipue incidit, quando malum epidemice graf-ur. Interdum vis epidemica tam late diffundi-, vt ne conualefcentes quidem ex aliis morbis ıetereat. In conftitutione epidemica anni 1753., am Bononiae vidit, atque accuratiffime defcrip- THOMAS LAGHIVS *a*), febris in grauiori malo n deftitit, nifi poft nonam, aut vndecimam, aut cimam quartam diem. Tunc fane fanguinem tti, etiam iterato, oportet; quemadmodum fae-us expertus fum, et ipfemet LAGHIVS teftatur. plurimum tamen, vbi febris minus vrget, fan-inis miffione omiffa, fufficiunt blanda eccoproti- diluentia antiphlogiftica, victus tenuis, et fomen- emollientia. Interdum nec fomenta ipfa bene untur. Tutiffima omnium, et toleratu facilia ıt cataplafmata ex pane, lacte, et malua con-ta, aut ex fimplici pulpa pomorum dulcium. tanda vero funt topica remedia, quae refoluentia oprie dicuntur; nam aut dolorem, et tumorem ıfperant, aut metaftafes non innocuas gignunt.

a) *L. c.*

§. CCCLIX.

Detumefcentibus parotidibus, praefertim matu-s, nempe primis jam diebus, faepe euenit, vt mor, qui parotides, aliafque proximas glandulas iebat, mira fane metaftafi, etiam fponte, ad fcro-n feratur. Quo cafu non modo fcrotum tumet, *Metaftafis ad teftes.*

dolet,

dolet, ac rubet; verum etiam alteruter testis, qu[illegible]doque vterque, phlegmone vera corripitur, [illegible] tunc intensiore, vehementioreque reddita. [illegible]stasin ejusmodi a parotidibus ad testiculos in epi[illegible]micis a) clare exposuit jam HIPPOCRATES, eamde[illegible]que vere anni 17.. o. obseruauit IOANNES TARGIO[illegible]NIVS TOZZETTIVS b), et post hunc anno 175[illegible] Cl. LAGHIVS. Nec me circa illud idem temp[illegible] Fauentiae medicinam facientem, vbi epidemic[illegible] erat morbus, rarum hoc metastaseos genus prae[illegible]fugit. Hoc ipsum phaenomenon viderunt ali[illegible] quibus non praetereundus est ROCHARDVS c), [illegible]mo Gallus, et nuperrime, anno videlicet 17[illegible] Genuae, vbi morbus iste epidemice increbuerat, Cl. JOSEPH PRATOLONGVS, vir tum doctrinae laud[illegible] tum medendi vsu praestantissimus; quemadmodu[illegible] ex ejus epistola sub finem mensis Maii anni ejusde[illegible] ad me data intellexi. Scroti igitur, testiculoru[illegible] tumore superueniente, et febre inde vehemen[illegible] facta, continuo iteranda est sanguinis missi[illegible] vel primum instituenda in iis, in quibus antea [illegible] fuerat; fotusque emollientes adhibendi, vt non [illegible]do dolor, et inflammatio leniatur, sed tumor pau[illegible]latim, et blande subsideat. Solent enim tam pa[illegible]rotidum, quam scroti ejusmodi tumores resoluti[illegible]ne finiri, nunquam, quod sciam, suppuratione, [illegible] quidem apta iis fiat medicina. Ex quo patet, [illegible]bilem, et solubilem esse eorum materiem. LA[illegible] vero obseruatio est, pueros impuberes, et [illegible] huic metastasi non fuisse obnoxios d); mulier[illegible]ro, quamquam hae rarius in parotidum tum[illegible] inciderent, eo itidem detumescente doloribu[illegible]borum, et pubis correptas esse, ac si iis me[illegible] imminerent; quae vtique aut intempestiue er[illegible]pebant, aut eorum loco pruritus, et caloris [illegible] pudendum praeter consuetudinem inuadebat [illegible]

a) *I. epid. stat. 3.* b) *L. c.* c) *Journal de méd. VII. jam cit.* d) *L. c.*

*) In ephemeridibus medicis, quas nouissime, hoc ipso mirum anno 1785. italico sermone scriptas edidit Cl. OTONIVS, bis, vel ter ejusmodi malum memoratur, in o metastasis ad testiculos in viris contingebat, in foeminis vero ad inguina.

§. CCCLX.

Notatu item dignum est, complures, tam viros, uam foeminas, progrediente morbo, imo etiam m inclinante, aut inclinato, non raro crebris voitibus vexari, et aliquot dies male ex his habere; uod potissimum a LAGHIO obseruatum legimus a), t a nobis etiam nuper confirmatum est. Quibus omitus hujusmodi superuenit, etsi lingua pulchra t, neque os amarescat, neque appetitus deficiat, ihilque humoris deprauati, aut alieni, sed solus otus, aut cibus ventriculo restitans ejiciatur, omes tamen ab anxietate, et inquiete, quam post otum, aut cibum patiuntur, plerumque liberanur, et conquiescunt; quae res suspicionem injicit, d spasticos potius ventriculi motus, quam ad cacoyliam vomitionem istam referendam esse. Reuea sola paregorica, et sedantia stomachica, externa, que interna, et blandissimi clysteres paullatim eam igunt; rarissime eccoproticis opus est. Vomiim autem iis superuenisse, quibus nulla ad testicus metastasis contigit, narrat LAGHIVS b); atque hoc conjicit, a metastasi eum pendere. Quod etsi a aliquando esse, non inficier; adduci tamen non ossum ad credendum, semper metastasin ad veniculum caussam ejus esse; quod interdum eum cessisse viderim, tumore parotidum non modo exante, sed etiam augmentum sumente. Alios, dedente parotidum tumore, dolor capitis inuadit, emicraniae periodicae non absimilis, isque certo euane-

Vomitiones inclinante morbo.

Metastases aliae.

euanescit, succedente scroti, aut testium tumo[...]. Quibus vero neutrum horum accidit, saepe [...]uerso ad pectus prauo humore tussis obo[...]. Quamcunque demum partem morbi vis p[...] febris illico increscit siti, vigiliis, anxietate, [...] corporis assidua jactatione comitata *d*).

a) *L. c.* *b*) *Ibid.* *c*) *Id. ib.* *d*) *Id. ib.*

§. CCCLXI.

Praeter hasce metastasium species prope singu-laris est ea, quam laudatus PRATOLONGUS [...]vit *a*). Is enim tumoribus parotidum in ali[...] superuenisse scribit *anasarcam* omnino similem [...] quae non nunquam superuenit purpurae scarlatinae [...] summa cum spirandi difficultate, et *acuta* feb[...]. Hinc ipse suspicatur, parotidum istum tumore[...] *febribus eruptiuis*, siue morbis exanthematicis febri-libus adnumerari posse. Haec enimuero suspicio magnam probabilitatis speciem habere videtur, si animum aduertamus ad morbos antecedentes, aut vna decurrentes, qui plerumque exanthematici [...] eruptiui *) sunt; itemque ad nauseas, ad vo[...] ad suspiria, ad anxietatem, ad languorem virium, ad faciles lipothymias, ad vigilias, ad jactatio[...] aliaque id genus symptomata, quae huic morbo quando vehementior, grauiorque est, adjungunt[...] et eruptiuorum morborum communia sunt. S[...]cioni robur, et pondus addit quorumdam op[...] vulgique communis persuasio, contagione [...] proserpere, et communicari. In quam sent[...] pronus quodammodo fuit LAGHIVS ipse, vir [...] perspicacissimus, et simul cautissimus, qui [...] caussas ejus indagat, non longe abest, vt [...] epidemicam illam constitutionem, cujus abso[...]simam historiam conscripsit, ex Africa, vbi p[...]lens morbus grassatus erat, ventorum flatu ad [...]

Anasarca, aut leuco-phlegmatia.

An eruptiuus morbus.

perlat[...]

latam fuisse. Vtut res se habeat, optandum
m maxime est, vt excellentium medicorum stu-
occasione data, in veram hujusce morbi natu-
ı incumbant, obseruationibusque iteratis decer-
ıt, vtrum ad eruptiuos, vt vocant, et contagio-
ipse pertineat, nec ne.

) *Epist. cit.* En ejus ipsissima verba: *L'unica malat-
che possa dirsi presentemente epidemica in questa città, è
la, che va sotto nome di Gotazze, e dai Fiorentini dicesi
ale degli Orecchioni. In qualcheduno oltre le parotidi si
gonfiate enormemente le parti genitali con febbre consi-
bile, e in qualche altro ho veduto al gonfiore delle paro-
sopravvenire vn' anasarca in tutto simile a quella, che
che volta sopravviene alla Scarlatina, con grandissima
coltà di respiro, e con febbre acuta — — Crede VS.
ma, che questa malattia possa annomerarsi tra le febbri
tive?*

) Anno 1753. Bononiae epidemicam parotidum con-
ıtionem antecesserunt Peticularis morbus, et Variolae,
ɔus interdum tumor parotidum se se adjungebat. Peti-
s, et Variolis desinentibus, tumores Parotidum soli
perunt populariter vagari. In ea constitutione, quam
o 1782. non modo in quibusdam pagis, verum etiam
Mediolani habuimus, morbilli primum sporadici, de-
: epidemici insurrexere. Eodem tempore hi paroti-
tumores Genuae, vt jam dictum est, et Taurini in-
erant. Nescio tamen, an ibidem morbi eruptiui con-
erint.

§. CCCLXII.

In epidemica horum tumorum constitutione, *Constitutio epidemica an. 1782.*
m dixi anno superiore 1782. nobis cum Genuen-
s, et Taurinensibus fuisse communem, meta-
is ad testiculos, quemadmodum alibi, conspecta
est; sed ejus loco frequentissime vomitus mo-
ıs cum sensu ponderis ad epigastrium pleros-
, tumoribus jam, et febre discussis, exercuit.
ıe obseruatio omnino comprobare videtur LA-
ı sententiam, in his ex metastasi vomitum, vt
suis aegrotis Bononiae viderat, natum (§.
CCCLX.)

CCCLX.) fuiſſe. Diſtinguendum igitur puto vomi-
tum, qui initio morbi, aut ejus augmento
ab eo, qui jam abſoluto morbo ſuperuenit.
quidem a neruorum ataxia. atque irritatione
lis in morbis exanthematicis eſſe conſueuit,
re, probabile videtur; hunc vero a metaſtaſi.
quippe poſteriore affectos non paucos blanda,
iterata catharſis reſtituit, illos contra magis
que turbauit. Apud nos menſe Martio poſt
gnam niuium copiam, frigusque repentinum
bus caput extulit. Parotides, et maxillares
dulae enormiter tumebant, tendebantur,
duritie manui renitentes. Non admodum
nec vehementer dolebant. Color cutis vix
batur; et ſi quis rubor extrinſecus apparebat,
leuiſſimus profecto erat. Sed febris continua,
aequalis, plerumque vehemens cum iis complica-
tur, exceptis paucis quibuſdam, qui leuius affe-
ſunt. Grauius afflictis non deerant virium langu-
et dejectio, nauſea, vomituritio, crebra ſuſpiria, et
facilis in lipothymiam lapſus, in primis ſitu erecto.
Inter initia non omittebantur blanda eccoprotica,
clyſteres, potus diluentes, et diapnoici, et ſangui-
nis miſſio: qui tamen nullo glutine pleuritico
gebatur, in hiſce morbis, vt ex aliorum quoque
ſeruatis conſtat, deficere ſolito. Sua ſtadia mor-
perficit, vt plurimum, octo, vel nouem
ſoluique conſueuit aut alui fluxu, aut ſud
aut vrinarum copia, aut narium haemorrhagia
ris, et adoleſcentibus in quarta, aut ſeptima
ſanguis e naribus prorumpens plerumque
criſin, qua illico ſanabantur, apud Bononien
ſtitiſſe *a*) viſus eſt. Neminem ex hoc mor
graui, vnquam periiſſe conſtat *b*). Nolim
quis plus aequo ſibi confidat, et temere aſpe

jus benignitatem; cum fieri aliquando possit lethalis ad pulmones, aut cerebrum metastasis *).

a) LAGHIVS *l. c.* b) *Id. ib.*

*) Tempore eodem, quo Mediolani morbus iste increbuit, Magentae etiam epidemicus exstitit. Rem non inutilem me facturum puto, si descriptionem, qualem ad me misit rogatus illius loci Medicus FRANCISCVS BERRETTA die sexta mensis Iunii ann. 1783., hic e vernaculo in latinum sermonem versam addidero. *Certissimum est, vt ibi narratur, anno superiore sub veris initium non modo hic, verum etiam in quibusdam pagis adiacentibus epidemicam quamdam constitutionem tumorum parotides occupantium dominatam esse. Morbum vulgus noster appellat* LA GVALTERA; *de quo vtplurimum vix, ac ne vix quidem consulitur Medicus. Dicam tamen quidquid et potui ego met ipse obseruare, et colligere maxima cura eos perconitatus, qui illo correpti fuere. Symptomata igitur, quae praecedere, et comitari vidi tumorem istum parotidum, fuere prope semper dolores articulorum, atque insignis omnium membrorum lassitudo. Nullum vnquam symptoma mihi occurrit, quod febrium exanthematicarum esset proprium. Excipio tamen puerum duodecim annos natum, qui, antequam parotides ei tumerent, tres ferme dies vexatus fuit crebro vomitu biliosō, anxietate, inquietudine, et simul febre non exigua, quae post etiam parotidum apparitionem aliquot dies aegrum tenuit. Haec vero modo tumores ejusmodi antecedebat, modo subsequebatur, modo cum eisdem omnino ingruebat, et conjungebatur. Perpetuo tamen inchoabat cum alterno frigoris calorisque sensu. Interdum intumuerunt parotides, quin vllus vnquam motus febrilis accederet. Tumores tunc diutius, et pertinacius perstitere semper, ad mensem vnum, vel sesquimensem, vltraque non nunquam producti. Quando febris arripuit, haec nunquam minus triduo, nunquam plus octiduo perdurauit; nec semper tumores ex toto euanescebant, sed aliquamdiu trahebantur adhuc, ea penitus discussa. Qui tumore simul, et febre correpti fuerunt, vtplurimum questi etiam sunt faucium dolorem, difficilem deglutitionem, et arthriticos cruciatus in vniuerso corpore. Perpaucos illos, qui meam opem petierunt, curaui sanguinis missione, quando hanc corporis robur, et febris magnitudo postulabant, salibus catharticis, et copioso potu diluti florum sambuci, cui adjectum let nitrum; eoque lubentius diaphoresin promoui, quod viderem*

derem sudoribus largis vtplurimum febrim solui. Tumoribus extrinsecus admouebam cataplasma emolliens ex lacte, floribus sambuci, et farina seminum lini confectum; qui opportune continuato fere semper feliciter resoluebantur. Qui si pertinacius obsisterent, tunc in vsum vocabatur linimentum resoluens, quod sperma ceti, et camphoram recipiebat, et omnino, et facile cedebant. Nunquam enim suppurationem, aut alio modo eos finiri vidi, neque vlla metastasi. etc.

§. CCCLXIII.

Historia I. Specimen hujusce constitutionis (§. CCCLXII) aliquod dabunt binae historiae, altera grauiorem, altera mitiorem morbi speciem sistens. Adolescens tres, et viginti annos natus, temperamento sanguineo-melancholico praeditus, frigori, *ventis*, aerique nocturno singulis diebus se se incautius objicere solitus in hunc morbum incidit. *Prima* die sine febri manifesta parotides coeperunt tumefieri, et dolere. *Secunda* earum tumor auctus est, et simul maxillares glandulae tumidae euaserunt cum exigua febri, qua coactus fuit lectulum petere. Eadem die salem catharticum amarum sumsit, quo satis bene purgatus fuit. Die *tertia* cum febris increuisset cum pulsu valido, et magno, suspiriis crebris, atque anxietate, et corporis totius jactatione, et dolor cum aliquo rubore cutis conjungeretur, secta ei est vena in brachio, et missae sanguinis vnciae decem, qui nihil phlogistici ostendit. Hinc aliquantum febris quidem remisit, non vero tumores, qui contra incrementum ceperunt vsque ad diem quintam. Interea cibum appetebat, somno fruebatur, et viribus etiam, dum in lecto erat, videbatur valere. Id solum querebatur, quod subinde stomachi quodam languore, et, si e lecto surgeret, facile lipothymia corriperetur. Die *quinta* iterum ei datum fuit lene catharticum, quod tamen aluum non subduxit. Horis pomeridianis febris, sine vllo frigore

ris, aut horroris indicio exacerbata est. Nox fuit implacida. Mane diei *sextae* valida febri exardebat, calorem ingentem in interioribus partibus accusabat, et praeterea suspiriis, nausea, inquiete, siti, dolore capitis pulsante vexabatur. Arteriae vehementer subsiliebant. Facies vniuersa tumebat. Idcirco decem sanguinis vnciae ex altero brachio detractae; in quo nihil vitiosi repertum est. Vesperi quidquid biberat, et comederat, bis vomuit, et post vomitum aliquantum leuatus est, et conquiescere coepit. *Septima* die mane febris minor, caput liberum, facies, et parotides minus tumidae: sed crebri vomitus a potu, qui plerumque nihil excernebant, nisi quod biberat, cum pauca interdum bile flaua permixtum. Vespere iidem vomitus. Iteratis enematibus oleosis factum est, vt aluus laxata excrementa naturalia dejiceret. Hinc vomitus paullatim sedati; sic, vt nocte *octauae* diei quies, et somnus tranquillior subsequeretur. Die *nona* omnia in melius versa sunt, aegro ferme apyretico. Die *vndecima* tumores omnino euanuerunt. Potui datum est dilutum foliorum thee, aqua cum succo mali medici, serum lactis defaecatum; sed potu quocunque stomachus turbabatur, vomitu insequente. Extrinsecus adhibita fomenta emollientia fuere ad secundam vsque febris accessionem. Tunc ab omnibus topicis, quae parum feliciter cedere videbantur, abstinere satius existimatum est. Resolutio autem leni febris motu, vomitibus spontaneis, alui dejectione per clysteres obtentis, et vrinae copia potius, quam sudore perfecta est. Decem, aut duodecim diebus post sexagenario cuidam, qui adolescenti huic assidue adstiterat, postquam quadam die praeter consuetudinem in aëre aperto diutius deambulasset, leuiter intumuit parotis sinistra, sed modico dolore. *Secunda* die dolor auctus, et ad

Historia II.

aurem protenſus eſt; quo manducatio impediebatur. Nocte inſequente dolor moleſtior ſomnum fere omnem arcuit. Quare die *tertia*, etſi febri vacua eſſet, lectulo ſe continuit. Aluum lenienti medicamento ſibi ſolui, et ſanguinem, qui admodum firmus, et denſus deprehenſus eſt, ex brachio mitti curauit. A ſanguinis miſſione dolor valde imminutus eſt. Doloris locum linteolo applicito a frigore, et aëris attactu defendebat. Semel tantum quadam nocte, cum dolor moleſtior eſt, admouit cataplaſma ex pane, et lacte vna decoctis, quo non ſolum dolor, ſed tumor etiam ſubſedit. *Intra* ſex, aut ſeptem dies fere ex integro conualuit, aliqua ſolum difficultate mandendi ſuperſtite *ad aliquot* dies. Ab vna parotide ad aliam non *tranſiit*, vt fere ſolet, malum. Abfuit vomitus, anxietas, languor, et febris; neque ad tantam magnitudinem tumor, quam in aliis vidimus, peruenit. Fortaſſe minor cauſſa procatarctica minorem quoque morbum fecit.

§. CCCLXIV.

Initio Septembris ann. 1783. iterum iſte parotidum morbus reuixit, ſed ſporadicus; eoſque corripuit, qui aëri humido, et frigido, in primis veſpertino caput, et collum incaute expoſuerunt; ſed plerumque mitis fuit. *Hiſtoria III.* Iuuenis quidam temperamento ſanguineo-pituitoſo, habituque pinguiori praeditus, cum veſpere ſcriptioni diu operam nauaſſet feneſtra e latere aperta, tempeſtate humida, et frigida, paullo poſt dolorem leuem in parotide ſiniſtra percepit. Dolor nocte increuit. Applicuit ſacculum cum farina tepente. Mane poſtero parotis valde prominebat, colore prope naturali, non admodum dura; nec dolor magnus erat. Tenſionis tamen ſenſus quidam moleſtus ad vicinas partes, caputque protendebatur; nulla febris. Medicus

rus consuluit, vt tectam parotidem ab aëris injuriis et frigore seruaret, parum loqueretur, a manducatione abstineret, et dilutum florum sambuci saepiuscule hauriret, et aliquot subinde cochlearia sumeret mixturae, quae nitrum, roob baccarum sambuci, et syrupum rubi idaei recipiebat, lectulique calore exspirationem excoleret. Vesperi febricitabat, sed leuiter. Sudauit, et nocte tranquille dormiuit. *Altera* mane tumor videbatur latius diffusus. Pulsus frequens. Cetera eadem. Nox deinde tranquilla. *Tertia* die mane parotis non parum detumuerat. Hinc datum lene eccoproticum ex sale mirabili, et syrupo mannato, quo bis aluus laxata est. Vesperi melius. Mane diei *quartae* pulsus naturalis; vrinae saturatiores;. tensio, et tumor multo minor. Die *quinta* tumor euanuit ex toto. *Sexta* domo exire coepit. Nullus vomitus, nulla ad testes metastasis subsequuta est. Alios vero non nullos tunc temporis lymphatico hoc parotidum tumore laborantes, eo euanescente, vomitus ad aliquot dies afflixit. Sed breui omnes conualuere.

§. CCCLXV.

Ex his, quae hactenus dicta sunt, colligi satis arbitror, quaenam sit hujus morbi ratio, et quaenam curandi methodus cuique ejus gradui opportunissima. Dum enim ejus descriptionem, variumque incessum tradidimus, non praetermissa sunt peculiaria remedia, quae pro ratione symptomatum, aut eorum vicissitudinum experientia prodesse demonstrauit. Tumorem glandularum lymphaticarum cum esse, nemo in dubium reuocare audebit; vtrum vero sola crassior, densiorque lympha, aut ejus motus retardatus, an quidpiam alienum cum ea complicatum in caussa sit; numque frigus susceptum, atque aëris humiditas siue vasa lymphatica, et glan- *Conclusio.*

 dulas

dulas ipsas minus tectas corrugando, siue exspirationem supprimendo, pro caussa occasionali tantummodo, aut pro efficienti haberi debeat, liberum esto cuique pro suo arbitratu judicare. Res enim adhuc obscura, nec satis comperta multo plures postulat obseruationes, quam eae sunt, quas scriptores nobis in hanc vsque diem reliquerunt.

CAPVT XVI.

DE GLOSSITE, SIVE LINGVAE INFLAMMATIONE.

§. CCCLXVI.

Inflammari, atque intumescere per *se linguam*, vt periculosum, acutum, et primarium, *id est* ab angina, aliisue morbis sejunctum, et intra breue tempus, nempe quinque, aut septem dies, suffocantem morbum efficiat, auctor est VOGELIVS *a*). *Glossiten* eam vocat, bisque a se visam, et curatam narrat. Sed ante eum de linguae inflammatione, variisque ejus tumoribus meminerunt complures alii, nominatim SENNERTVS *b*), et RIVERIVS *c*), quorum posterior peculiare de ea caput conscripsit. Febris accedit cum frigore, quod protinus calor immodicus excipit: quod commune fere est cum aliis morbis acutis. Sed frigore febrili adhuc praesente, linguam subitus dolor, rubor, calor, ac tumor occupat, quorum singuli magis, magisque increscunt. Loquendi, et deglutiendi difficultas mox oritur, imo paullatim tanta fit, vt vtraque facultas aboleatur. Saliua viscida, et glutinosa sponte profluit; facies rubet; caput dolet; vigiliae fere continuae hominem exercent. Lingua praetumida nequaquam moueri potest, imo ob molem auctam exseritur, hiante ore. Quum nec bibere, nec edere liceat,

peat, aegrum fames, et sitis fatigat. Spiritus vero ifficilor sensim redditus suffocationem tandem omminatur.

a) *De cognosc. et curand. etc.* §. 180. b) *Med. Pract.* T. 1. *oper. T.* 2. *l.* 1. *P.* 3. *sect. V. cap.* 2. *p.* 333.) *Prax. med. l. V. cap.* 1. *p.* 86.

§. CCCLXVII.

Periculosissima sane est linguae inflammatio; ni nim cito resoluatur, aut in abscessum cito apeiendum desinat, eliso spiritu miserrime enecat.)cissime igitur horrendo malo occurrendum est.)mnia generosiora artis auxilia, quae inflammatioies discutiunt, in vsum vocari oportet, et extemplo sanguinem e vena, praesertim jugulari, aut ranina abunde mitti, idque pluries pro re nata iterari; cucurbitulas dorso scarificatas defigi; aluum satis valide duci, aut saltem enematibus quater in die adhibitis sollicitari; et collum cataplasmatibus idoneis circumcingi. Interea, si fieri possit, os saepe emolliente, et resoluente decocto, cui lac, et mel adjectum sit, colluendum est. De linguae inflammatione primaria satis. De secundaria vero, quae aliis morbis superuenit, aut cum angina copulatur, alibi. Neque hic quidquam refert de aliis linguae morbis, vti aucta mole, oedemate, tumore, vlceribus, fissuris, cancris, dicere; cum hos omnes chirurgi maxime persequantur. *Prognosis, et curatio.*

CAPVT XVII.

DE ANGINA.

§. CCCLXVIII.

Quam Graeci συνάγχην, et κυνάγχην dixere, Latini vertunt *anginam*. Illi a laqueo, quo quis suspen- *Synanchen et cynanchen.*

ſuſpenditur, nomen deducunt, quaſi praefocationem dicerent; hi ab angendo, quaſi angorem. Olim hac voce vtebantur ad faucium fere, et gutturis compreſſionem ſignificandam, ideoque ad ſpiritus duntaxat ſummam difficultatem, vt apud ARETAEVM *a*), et COELIVM AVRELIANVM *b*) videre eſt; deinde eam ad deglutiendi ſimul impedimenta denotanda *c*) tranſtulerunt.

a) *De cauſſ. et ſign. morb. acut. l.* 1. *cap. VII.* *b*) *Acut. morb: l.* 3. *cap. I.* *c*) CORNEL. CELS. *l.* 4. *cap. IV.*

§. CCCLXIX.

Acutus morbus eſt. Peracutus ſane morbus iſte ab omnibus perhibetur. At non conuenit inter auctores, *vtrum* ab inflammatione ſemper dependeat. *Palam enim* COELIVS AVRELIANVS ab angina excludit *febrim*, dum de ea ſcribere *a*) aggreditur. ARETAEVS etiam modo inflammationi, modo aliis eam vitiis *b*) tribuit. Hinc priſcorum auctoritate fretus, et ſubſequentium etiam ſcriptorum permotus ſuffragiis non dubito plura, et varia anginae genera conſtituere, cum natura, tum ſede differentia; eoque confidentius id facio, quod magnus quoque BOERHAAVIVS, quem et conſentientem, et quaſi ducem *c*) ſequi glorioſum eſt, ab hac ſententia non abhorruit. Itaque primum, quid angina nobis ſit, *Definitio.* aperiamus. Anginam dicimus eam faucium, laryngis, pharyngis, adnexarumque partium affectionem, quae reſpirandi, vel deglutiendi potentiam, vel vtramque ſimul actionem inſigniter laedit ob impedimentum aliquod in faucibus ipſis locatum. Quo facile ſejungitur a ceteris ſpirandi, aut deglutiendi difficultatibus, quae ſedem ibi non habent, ſed a pectoris, aut oeſophagi vitiis proximam originem ducunt; cum in his nullus ad fauces ſtrangulationis, aut doloris ſenſus percipiatur.

a) *L. c.*

) *L. c.* b) *L. c.* c) *Aphor. de cogn. et curand. morb.* 83. *et seqq.*

§. CCCLXX.

Hinc ad differentias progredimur. Cum igitur ectio ista (§. CCCLXIX.) ex diuersis illarum parm, et proximarum vitiis oriatur, inflammatione nirum, infarctu catarrhali, oedemate, tumore, cessu, scirrho, spasmo, paralysi, vlcere phagedaeo, aphthis, gangraena, alienisque corporibus ins, aut impactis; idcirco variae anginae constipossunt, inflammatoria scilicet, catarrhalis, oenatodes, apostematodes, maligna gangraenosa, erosa, aphthosa, conuulsiua, paralytica, scirrho, fortuita, et sic porro. Sed loci etiam affecti ersitas differentias aliquas facit. Hinc diuiditur *externam*, et *internam;* illam ex nuperioribus dam speciatim vocant *parasynanchen*, quando elicet exteriores pharyngis partes occupat; si o laryngis, *paracynanchen.* Internam vero, proharyngem, vel laryngem interiorem afficit, *synhen*, vel *cynanchen* appellandam esse docent. amquam scire licet, veteres hisce nominibus in m prorsus vsos esse significationem: *cynanchen* n, siue anginam caninam vocabant eam, in qua ces, lingua, et facies intumescebant; contra *anchen*, quae sine vllo exteriore malo strangula- Hinc illa *manifesta*, haec *occulta*, et latens d eos habebatur. Deinde *parasynanches* nomileuiorem, siue *spuriam anginam* designare conerant.

Differentiae.

Ex caussis.

Differentiae ex loco.

§. CCCLXXI.

His ad veterum, et recentiorum mentem praenitis, caussas remotas, quae generatim anginae asionem porrigunt, breuiter recensere par est. es sunt in primis sudoris, exspirationis insensibilis,

Caussae remotae.

bilis, et cuiuscumque excretionis consuetae suppressio; aëris, et loci ex calido in frigidum subitae mutationes; corporis exercitatio vehemens; equitatio vento in faciem ex aduerso spirante; magna vocis contentio;. vociferatio; declamatio; tubarum inflatio, praesertim in aëre gelido; tussis vehemens, aut creber vomitus; mercurii vsus; vapor calcis e recens dealbatis parietibus emanans; acria venena, aut medicamenta ingesta, aut inspirata; metastasis in morbis acutis, malignis, aut exanthematicis; peculiaris aëris constitutio; [illegible] epidemicum; erysipelas, aut podagra, aut arthritis retropulsa, aut sponte retrocedens; scorbutica, venerea, strumosa, cacochymica, hysterica, hypochondriaca mala; neruosae affectiones; *quicunque* tumor intrinsecus, aut extrinsecus faucibus admotus, vti scrophulae, excrescentiae, sarcomata, polypi, membranae, bronchocele, parotides, aliaque tuberculorum genera; spinae, ossicula, aliaque acuta, et non acuta corpuscula in fauces delapsa, infixa, haerentia, aut in laryngem ingressa, [illegible] detrusa, aut in pharynge, aut gulae principio resistentia, et mole sua iter obstruentia, quaquauersum prementia, irritantia; epiglottidis induratio, exulceratio, consumtio; ossis hyoidis, aut vertebrarum colli in junioribus luxatio. Ex his [illegible] omne fere anginae genus enasci consueuit. [illegible] caussarum vero, loci affecti, morbi graduum, [illegible] symptomatum varietate varia etiam anginae [illegible] itemque periculi, exitii, aut salutis significatio medendique methodus est; quod luculentius [illegible] tescet ex peculiari singularum specierum descriptione, ad quam mox progredimur.

AN[illegible]

GINA INFLAMMATORIA, SIVE ANGINA VERA, ET LEGITIMA.

§. CCCLXXII.

Ea respirandi, aut deglutiendi difficultas cum ore, calore, et tumore conjuncta, quam efficit ium, et proximarum partium inflammatio, *an- inflammatoria*, aliis *angina vera*, et *legitima* cupatur. In hac modo velum palatinum, colula, tonsillae, musculi ossis hyoidis, et maxillae, nguae radix; modo pharynx, et superior oesogi pars; modo larynx, atque asperae arteriae ium inflammatur. Quandoque etiam plures um partium simul, eodemque tempore laborant. *Definitio.*

§. CCCLXXIII.

Quando velum pendulum, columella, tonsillae, uae basis, musculi, glandulae, membranaeque um partium inflammatione tentantur, et malum confinia narium, et tubae Eustachianae extendi-, non solum febris continua vehemens cum fa- rubore se exserit, verum etiam si ore aperto, et ressa lingua fauces inspiciantur, tumor, et rubor uineus vbique, quo oculis peruenire licet, se lit, extrinsecus etiam sub maxillis conspicuus; r ingens ibidem percipitur; difficillime, et ma- cruciatu deglutitio fit; spiritus quoque aegre itur, et quodammodo impeditur; fauces vel cunt, vel viscida, tenacique pituita opplentur, ix diduci potest; qua maxilla inferior ossi tem- um inseritur, saepe dolet, ac tumet, dolorque urimum cum molesto tinnitu acutus ad aures rnas producitur. Postremum hoc symptoma ue venerea infectis, BOERHAAVIO in primis a), occurrit, et frequens est. *Angina faucium.* *Symptomata.*

a) L. c. §. 805.

§. CCCLXXIV.

§. CCCLXXIV.

Angina pharyngea.

Symptomata.

Si pharynx, et oesophagi, siue gulae superior pars inflammatione corripiuntur, id mali in ipsis faucibus illico apparet; respiratio non impeditur; voratio vero vix est possibilis, doloremque acutum excitat non modo ob tumentes partes, ad quas appellunt ingesta, atque ob earumdem actionem exercendam, verum etiam ob distractionem, quam pharynx patitur, dum in deglutitionis nisu sursum, et extrorsum per musculos linguae styloglossos, et genioglossos, et ossis hyoidis geniohyoideos, et mylohyoideos, atque laryngis hyothyroideos, et cricothyroideos eleuantur, et trahuntur larynx, os hyoides, linguaeque basis: quae actio dum exercetur, vis quoque aliqua pharyngi infertur. Hinc deuoranda ex dolore, ac tumore illarum partium repelluntur ad interna narium foramina, illincque foras redeunt, aut contra in glottidem deflexa, impulsa, aut illapsa tussim vehementem exsuscitant. Quare tunc et cibi, et potus abstinentia exsiccat fauces, et corpus; humores deprauat; et febrim ipsam acuit, intenditque.

§. CCCLXXV.

Angina laryngea.

At vbi laryngem ipsum ejusmodi malum prehendit, et praesertim glottidem, interioresque ... sedes ad tracheam vsque, vox fit acutissima, et ... dula; tussis accedit sicca, et fere suffocans; d... summus non ex deglutitione, quae libera tum solet, sed ex motu laryngis, qui in ipsa deglutiti... eleuari debet, percipitur in deglutiendo; et ... etiam acerbior, cum loqui, aut vociferari ... aegro fuerit, musculis laryngis, et glottidis, qui in- flammatione laborant, tum multifariam agenti... respiratio parua, rara, stertorosa, praefocans ... ditur; eamque nullis plerumque exterioribus,

con

ſpicuis mali indiciis, ſed prominentibus, horri-
ue oculis ſubſequitur, eliſo ſpiritu, citiſſima
's.

§. CCCLXXVI.

/erum ſi inflammatio aſperam arteriam, ſiue :heam potius, quam laryngem obſideat, tunc que nihil in faucibus vitii conſpicitur, nec quid- m exteriora verſus prorumpit, quia tumor, do- calor, rubor interiore ejus cauo occultantur. tactu compreſſa tracheae fiſtula acerbius dolet, potiſſimum mali ſedes detegitur; febris acu- ma exardeſcit; inſpiratione intenditur doloris ·bitas; tuſſis permoleſta plerumque, voxque ıgoſa, et rauca eſt; reſpiratio parua, frequens, imis, et niſu magno, ac ſibilo perficitur. Hinc ;uinis intra pulmones cita, et lethalis conge- , et accumulatio; ejuſdem a capite, et cerebro itus tardus, aut praepeditus; faciei tumor, liuor, orque; pulſuum mira imbecillitas, et vacillatio; ietas ſumma, ſuffocatio, et mors celerrima; non ıen adeo propera, vt in laryngis, glottidis, atque ;lottidis inflammatione, quia glottidis hiatus ı per ſe anguſtior ſit, citius etiam occluditur. *Angina trachealis cum ſuis ſymptomatibus.*

§. CCCLXXVII.

Quo autem plures partes (§. CCCLXXIII. ad :LXXVI.) inflammationem ſubeunt, eo gra- 'a, et lethaliora ſymptomata conſequuntur; ſic, 'niuerſa facies, labia, oculi tumeant, rubeant, ;ua ex ore protuberet, ſenſus omnes hebeten- , atque aegrotans inter ſtertorem, delirium, uulſiones, animique deliquia miſerrime, et rrime ſuffocetur. Pro locorum vero diuer- :e peculiare nomen accipit angina, vt patet. ıc *tonſillaris*, *pharyngea*, *oeſophagea*, *laryngea*, *healis*, et ex his *compoſita* profluunt. *Angina compoſita.* *Symptomata.* *Sedes peculiare nomen impertit.*

§. CCCLXXVIII.

§. CCCLXXVIII.

Prognosis.

Quinam in eam proniores?

Anginae inflammatoriae magis subjacent ho-nes aetate florentes, sanguineo temperamen-bituque pleniore praediti, victui lauto, et ... cienti, aut vinosis liquoribus maxime dediti, ex-citatiores, laboribusque indurati, mares ideo fre-quentius, quam foeminae, et praesertim pilos fla-vos, aut rufos habentes, et potissimum ii, qui ... semel eadem laborauerint. Haec ipsa, nisi pri-suffocet, quod quarto plerumque die, interdum etiam multo breuiori spatio accidit, terminatur ceterae inflammationes, resolutione, videlicet copiosum saliuae viscidae exscreatum, sudorem, ... nam multam, et coctam, vel abscessu, vel gangrae-na, vel scirrho *a*). Quae (§. CCCLXXIII.) descrip-ta est, fauciumque superiora afficit, pericul-quidem non leue intentat, at multo grauius, cu-omnia illa mala post isthmum palati profundius locantur (§. CCCLXXIV.), et, nisi depressa valde lingua, diductoque admodum ore, quia inferius sita sunt, oculis cerni possunt.

a) *Vol.* 1. *Comment. de inflammat.* §. *LXII.*

§. CCCLXXIX.

Signa exitiosa.

Perniciem, exitiumque extremum exspectari ... cet, vbi collum, siue ceruix, faucesue nullum ... morem, aut ruborem ostendunt, dum interim ... mus doloris cruciatus, respiratio strangul... proxima, vox stridula, et acuta, stertor, ... ardentissima, aliaque (§§. CCCLXXV. CCCL... CCCLXXVII.) commemorata hominem in... cas horas e medio tollere comminantur. ... *Coacarum praenotionum* eodem die, ad sum... tertio has anginas enecare scribit, sic inqu... *Anginae, quae neque in ceruice, neque in faucibus* ... *quam conspicuum edunt, suffocationem vehementem* ...

sp...

randi difficultatem inferunt, atque eodem die, aut tio, occidunt a). Id ipſum alibi confirmat HIPPO-ATES, *eodem die, et ſecundo, et tertio, et quarto dem ſtrangulare,* affirmans. En ejus ipſiſſima :ba: *Anginae horrendiſſimae ſunt, et citiſſime occi-ıt, quae neque in faucibus quidquam conſpicuum fa-ıt, neque in ceruice: verum plurimum dolorem ex-ent, et erecta ceruice ſpirationem inducunt. Hae n eodem die ſuffocant, ſecundo item, ac tertio, et rto b).*

) *Lib. V. n.* I. *ex* IACOTII *recenſione, et editione.* b) *enot. N.* 132. LIND. *edit. Lugd. Batav.* 1665.; *aut enot. N.* 23. *edit.* MARINELLIAN. quae commodior eſt :aſſe, quia in omnium ferę manibus, facileque apud reperitur. N. B. Ceterum quando ſolos numeros bre-ıtis cauſſa indico, apponoque, vtplurimum *Lindeniana* tione, quam citaui, me vti, ſcito.

§. CCCLXXX.

Metaſtaſes malae quando immineant et quales?

Tumores, et rubores ſine bonis ſignis euaneſce-, neque ad exteriora conuerti, neque pus facile, ſine dolore excerni, aut neque iſta diebus judica-iis contingere; item dolores citra euidentem ıſſam ceſſare, aut ad caput transferri, febre non licata, nec miteſcente, pernicioſum plane eſt *a*). :nicioſum quoque, ſi *citra judicationem praecor-rum dolor cum impotentia, et torpore* obueniat; n *latenter enecat* aegrum alioquin moderate ha-ıtem *b*). Metuenda etiam eſt anginae ad pul-nem conuerſio, quod *ſeptem diebus* occidit: ſi o hos quis effugerit, ſuppuratus fit *c*), *niſi pi-oſa ſurſum educantur d*). Ceterum *angina labo-tes, niſi celeriter cocta exſpuant, pernicioſe habent e*). *ita* autem neque *viſcida*, neque *craſſa*, neque *exal-ı*, neque magna *vi educta* eſſe debent; alias *ma-* denunciant *f*).

Sputa qualia leuent; et contra.

a) *Coac.*

a) *Coac.* N. 365. 370. 372. *Praenot.* N. 135. b) *Coac.* N. 374. c) HIPPOCRAT. *aphor.* X. *sect.* V. d) *Coac.* N. 367. e) *Coac.* 377. f) *Ibid.*

§. CCCLXXXI.

Prognostica hippocratica longo vsu firmata.

Ex Hippocraticis oraculis modo (§. CCCLXIII.) ostensum est, metastases anginarum ad caput, ad pulmonem, ad hypochondria plerumque perniciem afferre. Veritatem eorum confirmant obseruationes medica omnium temporum, sed digna praecipue lectu etiam sunt, quae ad eorum confirmationem ex propria experientia adducit Cl. BOERHAAVII commentator SWIETENIVS a). Non solum vero perniciosae habendae sunt hae metastases, verum etiam omnes illae, quae ad alia loca fiunt, nisi fuerint per diadochen ad exteriora. Sic *Coacarum* auctor, *in angina*, inquit, *qui abs re*, (sine, vt alii vertunt, *sine signis*) *prorepunt ad crura dolores cum febre*, mortiferi b). Et rursum: *Ex anginosis mortifera omnia, quae dolorificum malum foras non educunt. Quin etiam ad crura procedunt diuturna mala, quae difficulter, et molestè in pus vertuntur* c). Neque semper ad intestina conuersio alui fluxum inferens est salutaris d). Multo magis desperata res dicitur, si *a forti strangulatu* in angina *repente stercus excernitur* e). Exsolutionem enim virium significat. Quin *etiam dolores sine caussa sedati, mortem* (quod iam supra §. CCCLXXX. animaduersum est) *subesse* portendere *stantur* f). Gangraena quippe eos excipi, sensu deleto, facile intelligitur. Funesta quoque plerumque est angina symptomatica, febribus exanthematicis, et malignis superueniens. Quae tamen non ita mala visa est, praecipue in variolis, si, ea exorta, delirium cessauerit. Majorem vero metum facit in morbillis, atque aliis exanthematicis morbis.

Metastases etiam ad alias partes non tutae.

Excrementa e forti strangulatu prodeuntia, vires resolutas indicant.

Doloris cessatio ex gangraena.

Angina symptomatica plerumque lethalis.

a) In aphor. BOERH. §. 809. n. 5. b) Cap. XV. n. 12. ix DVRET. edit., vel N. 373. LIND. edit. c) Ib. n. 15. vel n. 376. ed. LIND. d) Coac. N. 373. e. Coac N. 368., vel cap. XV. N. 7. DVRET. ed. f) Coac. cap. XV. N. 9. DVRET. edition.

§. CCCLXXXII.

Si ista (§. CCCLXXIX. ad CCCLXXXI.) vero defuerint, aut iis contraria euenerint, spes erit salutis recuperandae. Hinc ait HIPPOCRATES: *Ab angina detento tumorem fieri in collo; bonum: foras enim morbus vertitur a)*. Item bonum eadem de caussa asseuerat, si *tumor, et rubor in pectore prorumpat b)*. Tutius vbique in *Coacis praesagiis*, et *Praenotionibus* pronunciatur, *tumorem, ruborem, et abscessum* ad externas quam maxime partes vergere *c)*, praesertim si *ad interna minime reuertantur d)*. Saepe morbum leuant sanguis e naribus, aut vtero, aut haemorrhoidibus prorumpens, aut biliosa diarrhoea, aut sudor etiam, si signa coctionis in vrinis praecesserint, et bonae criseos indicia non absint. Neque dolor artuum superueniens semper malus est, dummodo per eum angina, ejusque grauia symptomata mitigentur. *Signa salutis.*

a) Aphor. 37. sect. VI. b) Aphor. 49. sect. VII. Coac. N. 365. Praenot. N. 136. d) Coac. N. 365. Praenot. N. 134.

§. CCCLXXXIII.

Ex his (§. CCCLXXXII.) igitur, itemque ex iis, quae alibi de resolutione cujusuis inflammationis a) exposita fuere, cognoscetur, anginam resolutum iri. Ad suppurationem vero (§. CCCLXXVIII.) eam perduci intelliges, si febris, quae vehemens, atque exacerbans fuit, sine resolutionis, aut criseos vllius signis paullatim se se remittit, et dolor ex acuto, pulsante in obtusum, et grauatiuum mutatur, tumorque, si manu, aut digitis, aut specillo explora- *Quibus signis cognoscantur varii anginae termini. Resolutio. Suppuratio.*

ri poteſt, mollitudinem quamdam, qualem liqui-
materia exhibet, adipiſcitur; et demum, ſi tumore
non euaneſcente, rubor, atque inflammatio in-
Gangraena. et circa eum plurimum minuuntur. At vbi nec
reſolutio, neque diadoche, neque euacuatio cri-
critica, neque ſuppuratio fit, et contra vehemens
inflammatio cum omnibus ſymptomatibus perſiſtit,
vrgetque, profecto timor imminet gangraenae.
Hanc jam praeſentem eſſe commonſtrant pulſus de-
biles, inaequales, parui; color faucium ex rubro in
liuidum, aut nigrum mutatus, aut ſummopere al-
bidum, ac pallidum; tumor ſubſidens, doloris ce-
ſatio, halitus foetens, teter faciei color, aut pal-
lor, aut liuor, atque extremorum refrigeratio.
Non tamen omnis gangraena anginis ſuperueniens
lethum certo affert. Interdum ea, quae ex ery-
ſipelate per febrim, et quaſi per diadochen ad
fauces propulſo, materiaque maligna, et deletrice
ibidem depoſita oritur, quod ſaepe contingit, et
palatum, tonſillas, vuulamque dumtaxat, partes
nimirum manui, oculiſque ſubjectas occupat, ne-
que altius, neque diffuſius nimis proſerpit, cura-
Scirrhus. tionem non omnem reſpuit. In ſcirrhoſam duri-
tiem demum definit angina, quando nec reſoluta,
nec ſuppurata, nec gangraena correpta tumorem
relinquit doloris expertem, colore naturali ſimi-
praeditum, durum, pertinacem, diuturnum
medicamentis obſiſtentem; quem nec febris, nec
magna deglutiendi difficultas amplius comitatur.
Huic potiſſimum malo obnoxia eſt angina tonſil-
laris, *pharyngea*, et *oeſophagea*; quamquam et
quae etiam, licet rarius, ab hac degeneratione
immunes non videantur.

a) *Comment. de inflamm.* §. *LXII. et ſeqq.*

Cura-

Curatio.

§. CCCLXXXIV.

Cum ergo in angina inflammatoria, et praeser- n ea, quae laryngem, aut tracheam tenet, aut ices tumore ita occludit, vt non solum deglutien- , verum etiam spiritus ducendi potestas tollatur, ꝛatis videlicet, aut impeditis viis, summum pe ulum afferat quaeuis cunctatio; statim ad valen rem medendi rationem properandum est, vt quam errime tumor inflammatorius minuatur; solua- :que, reuocato aliorsum sanguinis impetu, im- nutaque ejus copia. Vena igitur quantocius se- ı, tamdiu sanguis effluere sinatur, donec facies,)ia, collum, oculique ruborem intensiorem amit- nt, et quasi expallescant; ac pulsus plurimum m magnitudine, et velocitate, quam viribus sub- lat; non vero, vt aliqui praecipiunt, tantum san- iinis profundatur, vt animi sequatur, aut instet :liquium. Non enim periculo vacat eorum prae- ptis nimis propere, aut temere indulgere. Mul- m quidem sanguinis hic mitti oportet; sed aeta- :, temperamenti, habitus, sexus, consuetudinis, rium, et regionis ratio semper habeatur. In ma- ne plethoricis, robustisque hominibus quindecim, ıt viginti vnciae, aut paullo etiam plus, si lato ılnere detrahantur, satis profecto erunt pro vna ce; et sic proportionate aliquanto minus in mi- ıs habitioribus, minusque valentibus. Discepta- solet, quanam ex parte eum detrahi praestet. In mma vasorum plenitudine, euidentique caput rsus sanguinis ex infernis partibus raptu, vti ac- dit, quando post suppressa catamenia, lochia, aut ıemorrhoides malum repente oboritur, tutius ım clinicorum plerisque putauerim in pede pri- um, deinde in brachio venam incidi; praesertim

Curatio anginae inflammatoriae.

Sanguinis missio larga summum remedium.

Loci delectus, quo sanguis mitti debet.

iis, siue mares, siue foeminae fuerint, quorum p-
culiarem corporis constitutionem ejusmodi esse ex-
perientia constitit, vt sanguinis detractionem in su-
perioribus artubus ferre nequeant, quin sibi pect-
opprimi, caputue praegrauari persentiant. Co-
rum e venis cubiti communius, vtiliusque, vt e loc-
parti laboranti proximiore, sanguis emittitur; na-
potentius repellit, neque ita facile, vt ex pede m-
sus metastasin materiae morbificae, quae saepenu-
mero mobilissima est, ad alia viscera, et praeser-
tim ad pulmones, aut abdominis cauum fac-
Morbi vero impetu nequidquam retuso, aut iteru-
inualescente, eadem sanguinis missio breui post ite-
randa est, vt aeger ab imminenti suffocatione lib-
retur. Idque repeti toties licet, quoties indicati-
perseueret, et vires satis valeant. At quoniam ve-
hementissima angina per se celerrime suffocat, i-
circo monet Cl. SWIETENIVS *a*), venae sectio-
tunc licet necessariae, praemittendam esse ancipiti-
euentus, et summi periculi prognosin; ne subita
mors, si malo fato incidat, remedio potius quam
morbo tribuatur.

Communius e brachio mittitur, et cur.

Iteranda sanguinis missio.

Monitum Swietenii.

a) *In* BOERHAAV. §. 809.

§. CCCLXXXV.

Quando jugulares, aut raninae venae aperiendae.

Sin harum venarum sectio non satis profecerit
vel adhuc efficacius auxilium morbi vis postula-
sanguis e jugulari vena, si fieri possit, extem-
mitti debet; quo nihil praestantius ad imminuen-
dam in proximis partibus sanguinis congestione-
Non enim *deriuat*, vt vulgo putatur, sed reuell-
vt cognita vasorum distributio ostendit. Quod s-
neque euacuatio haec profecerit, aut aliqua ca-
minus institui queat, impedimento fuerit, oppor-
tunissimum, vtilissimumque est, raninas venas i-
lingua *) aperire, cucurbitulas ceruici posteriori
co-

Cucurbitulae quo loco defigendae. Alui ductio.

lli lateribus, aut ſubter mento, aut ſcapulis, in-
a altius cute, affigere, aluum catharticis anti-
logiſticis, aut ſaltem clyſmatibus acrioribus du-
re, pedes in aquam calidam demittere, et per- *Balnea pedum, et crurum fricationes.*
care, et pedum plantis etiam ea, quae irritant,
rubefaciunt, imponere, vt, quoad fieri poteſt,
tentiſſime fiat *reuulſio*. Praeterea jubendum eſt, *Vapores inſpirandi.*
vapores ex aqua calida, cui etiam aliquid aceti
ectum ſit, ſi feratur, inſpirentur; ſed cauere
ortet, ne nimium calidi, aut nimium irritantes
t. Fauces vero lacte, aut poſca tepenti alluen- *Cautiones circa gargarizationem, et aceti vſum.*
potius ſunt, quam colluendae, ne dolor ex gar-
izatione augeatur. Acetum vero omittatur, vbi
lor acerbior eſt, ne eo loca dolentia exaſperen-
. Interim, quoad licet, imperanda eſt frequens *Quae ſorbillanda ſint.*
billatio decocti althaeae, vel hordei, vel florum
nbuci, vt fauces humeſcant, laxentur, mulcean-
rque; humores vero omnes diluantur, liquentur,
reſoluantur. Eo ſpectant quoque eclegmata *Eclegmata.*
oſa, mucilaginoſa, refrigerantia, anodyna, leni-
mellita, de quibus aliquid ſaepe delingi debet.
am primum vero deglutiendi iter liberius eua- *Potus copioſus.*
liberaliore potu opus eſt, calido, crebro, anti-
ogiſtico, attenuanti, ſaponaceo. Interdum gur- *Faucium ſcarificatio.*
io, amygdalae, velumque pendulum palati adeo
nent, vt vna quaſi coëant in tumorem omnem
cium hiatum occupantem, aërisque ingreſſum
e totum prohibentem; tunc praeſentiſſimum,
ere vnicum auxilium praebet prudens, et cauta
rum partium ſcarificatio, qua, ſanguine efflu-
e, citiſſime detumeſcunt.

Raninarum ſectioni duo objici ſolent: primum, quod
er inciſae non ſatis ſanguinis effundant; alterum, quod
cius ſectae humoris plus, quam oportet, amittant, hae-
rhagiamque, quae ſiſti quandoque nequeat, procreent.
l in magna ſanguinis congeſtione vix timeri vnquam

 poteſt;

poteſt; nam ob refluxum ſanguinis prope impeditum turgent hujuſmodi venae, et non ita cito inaniuntur; ſaepe non punctim, ſed caeſim, et transuerſim aperiri, iterique aqua calida ore recepta debent, vt ſanguis libere, et diu, prout volumus, manare poſſit. Sic primae illi objectioni obuiam itur. — Altera vero, qua haemorrhagiae metus incutitur, facili quoque negotio euaneſcit, ſi et ſanguinis diatheſis in vera, ac legitima inflammatione, et venarum exiguitas conſiderentur. Sanguis cum ad concreſcendum, cohaerendumque ſit pronior, vix, ac ne vix quidem fieri poteſt, vt diutius, quam nobis lubet, effluere pergat. Breui enim per ſe, vel aëris attactu in grumos cogitur, et ora vulneris claudit, vel admota frigida, et ſpleniolis ex linteo duplicato vulnuſculo impoſitis, et manu aliquamdiu adpreſſis facile ſiſtitur. Exiguitas denique venarum tanta eſt, vt ad magnam ſanguinis profuſionem non ſufficiant. Vera tamen dicunt, qui ejuſmodi timorem objiciunt, ſi de angina non inflammatoria, ſi de cachecticis et ſcorbuticis hominibus loquantur. In his enim haemorrhagiae ex raninis audacius conciſis pene lethiferae, ut non ſemel egomet ipſe vidi, enaſcuntur. In aliis vero, atque in vera ſanguinis inflammatoria diatheſi nunquam hujuſmodi infortunium obſeruaui, etſi ſaepiſſime ad hanc ſanguinis miſſionem confugerim, adhibitaeque ei aliis pluries interfuerim.

§. CCCLXXXVI.

Topica externa. Reprimentia. Interea negligenda haud ſunt ea, quae extrinſecus adhibita leuando morbo adjutrices manus afferre creduntur. Plerique ſtatuunt, inchoato morbo admouenda ea eſſe, quae influentem humorem leniter reprimant, et vaſa ſubadſtringant; ſimiliaque, eo inclinante, commendant. Ab his tamen in augmento, ſiue inflammatione jam prouecta, diligentiſſime cauent; quod ſanguinem coactum magis compingunt, et vias anguſtiores reddunt. *Tutiora quae reuellunt.* Tutius tamen vel inter initia eſt auocare, et reuellere, quam reprimere, et roborare. Hinc praeſtat *Fomenta et cataplaſmata mollien-* fomentis humidis, moderate calentibus, aſſidue admotis, aut etiam cataplaſmatis ejuſdem generis

nimirum quae molliant, et leniter difcutiant, collum circumcingere, cautione adhibita, ne calore, aut pondere moleftiam creent. Vfitatiffima ad id effe folent decocta ex malua, althaea, parietaria, feminibus lini, foenu-graeci, floribus fambuci, chamaemeli, meliloti, verbafci, atque ex his cataplafmata quoque parantur, addito oleo quodam pingui, veluti nymphaeae, violarum, rofarum, aut fimili. Non nulli his croci orientalis, aut camphorae tantillum adjiciunt; fed animaduertere oportet, ne odore aegri laedantur. Aliis pulpa caffiae eumdem in finem cataplafmatis inftar collo applicita probatur, et reapfe praeferenda, vt vt fimpliciffima, multis aliis videtur; fed curandum eft, vt leuiter prius calefiat, et non magno volumine admoueatur. Nec defunt, qui ex veterum confilio, et auctoritate acribus, finapi videlicet, fale, fcilla, aut fimilibus collum, pectufque rubefaciendum, vlcerandumque praecipiuut, vt ad exteriora morbus *a*) auocetur. Imo cantharides fermento panis exceptas admouent, vt veficae excitentur, narrantque, praeclaros inde effectus saepiffime confecutos effe. Depleta vero prius vafa, et retufus febris impetus aliquantum fit, oportet. At vbi jam ingens fubitae fuffocationis metus incumbit, ne quidquam intentatum relinquatur, ad tracheotomiam per fe nec difficilem, nec periculofam *b*) deueniendum effe fine mora exiftimant *). Verum haec tum folum prodeffe poterit, cum praefocationis cauffa non infra laryngem propagatur. Secus, non item.

tia, et difcutientia praeferuntur.

Pulpa caffiae laudatur.

Epifpaftica.

Tracheotomia.

a) SWIETEN. *l. c.* *b*) *Séanc. Publiq. de la Societé de Médecin. de Paris le* 9. *Decembr.* 1779. LOUIS *Mémoir. de l'Acad. Roy. de Chirurg. T.* 4. et DE MARTINIERE *ib. T. V.* vid. LE BLANC *op. chirurg. Vol. I.*

*) Tracheotomia, quae fit aperto inter anulum, et anulum in trachea foramine, immiffoque idoneo, vt chirurgi docent, tubulo, per quem fpiritus duci poffit, vix aliquid

 periculi

periculi habet. Verum, quando aliquod corpus ex eadem trachea, casu in ipsam illapsum, extrahendum est; tunc sane necesse est, vt non modo tegumenta longitudinali incisione diuidantur, musculique diducantur, verum etiam aliquot annuli, et pars quaedam glandulae thyroideae dissecentur, quo corpus alienum erui possit. Quo in casu operatio non omni caret periculo, 1. quia vulnus non facile coit, nec facile cicatrice obducitur; 2. quia vulneratur glandula thyroidea; 3. quia ex laesis vasis sanguiferis non omnino exiguis haemorrhagiae metus imminet; et 4. quia nerui recurrentes saepe reciduntur cum vocis, et loquelae jactura. At quamquam illud prius tracheotomiae genus tutius, faciliusque adhiberi potest, nolim tamen quis credat, omni difficultate ipsum vacare. Raro enim tubulus qui inseritur foramini, sic adhaeret loco, vt non saepe exeat, irritamque reddat operationem. Quod si vinculis, et compressione eum in sua sede detinere tentes, saepe tussim, doloremque excitat, vt amoueri eum oporteat. Quare Cl. FOVRCROY tracheotomiam posthabendam laryngotomiae esse nuper censuit, locum commodissimum, in quo institui potest sine vlla molestia, ac difficultate, proponens. Locus autem ad id aptissimus est spatium illud quasi triangulare, quod medium jacet thyroidem inter, et cricoidem cartilagines. Ibi non glandulae, non vasa, non musculi, non nerui insigniores vlli reciduntur. Sola cutis, et tracheae sola tunica perforanda est acu triquetra, cannulae inclusa, quam *troquartium*, siue *paracenterium* vulgo vocant. Hunc ipsum locum cuicunque alii praeferendum putat Cl. VICQ D'AZYR, additque, ejusmodi laryngotomiam felicissime in canibus jam esse tentatam (*Séanc. publique cit.*). In hac vero sede perforatio ista tum solum vtilitatem afferet, cum caussa suffocationem minitans summam, et supremam laryngem occupabit; non vero, si infra perforationis locum constiterit. Inutilis quoque, vt patet, erit, vbi corpus aliquod in tracheam illapsum extrahi debeat. Tunc enim trachea ipsa aperienda est, vt mox dicam.

§. CCCLXXXVII.

Quae suppurationi conueniant.

Cum vero angina ad suppurationem tendere (§. CCCLXXXIII.) videatur, locus, vbi suppuratio fit, lacte, butyro, oleo blandissimo, aut decocto emollienti,

nti, et mucilaginoſo aſſidue humectandus, fo-
nduſque eſt. Pure demum confecto, abſceſſus
ature aperiri debet pharyngotomo, aut alio ac-
mmodato inſtrumento, vt pus emittatur. At,
i tonſillae pluries, et ſaepe inflammationi obno-
ie fuerint, nec vnquam perfecte detumuerint, et
:ile in eamdem leui ex cauſſa relabi ſoleant; tunc,
eas ſuppuratio occuparit, non mature nimis ape-
ndae ſunt, ſed exſpectandum, donec ſuppuratio
inem duritiem, et tumorem conſumſerit, ac de-
ierit. Sic enim non ſolum earum ſcirrhoſa in-
ratio, verum etiam ad inflammationem nimia
oclivitas auerti ſolet. Non raro ſola compreſ-
ne, aut repetito deglutiendi conatu abſceſſus diſ
mpitur, et, dictum factum, erumpente, et ex-
eato pure aegri, qui paullo ante ad extrema vide-
ntur redacti, repente liberantur, et reuiuiſcunt.
erto, vel ſponte rupto abſceſſu, ſatis eſt, aqua
hordeo decocto cum melle mixta vlcus leniter
tergere. Hac ſola facile repurgatur, et con-
eſcit.

Abſceſſus quando aperiendus.

Animaduerſio.

Sponte interdum dehiſcit.

Quid deinde vlceri medeatur.

§. CCCLXXXVIII.

Si contra gangraenae indicia in faucibus ſe pro-
e alicubi incipiant (§. CCCLXXXIII.), non cun-
ndum amplius eſt, ſed protinus ad antiſeptica
fugiendum. In horum vero vſu cauere opor-
ne inflammationem adaugeamus. Itaque acria,
ue irritantia vitentur, aut certe ſumma pruden-
adhibeantur. Initio, cum ambiguae adhuc no
gangraenam indicent, ſatius erit gargarizare ex
a florum ſambuci, aut ſcordii; ſucco mali me-
, aut citrei modice acidulata, et calenti, aut ex
a communi cum pauxillo aceti, et mellis; aut,
rgarizare nequeant, neſciant, aut nolint aegro-
es, hosce liquores in fauces per ſyringam inji-
, aegris interim ab inſpiratione abſtinere juſſis,

Gangraenae quomodo occurratur.

Initio gargariſmata leniora.

Injectiones.

 Signis

Progressu aliquanto validius agere licet. *Scarificatio quando?* Signis gangraenae increscentibus aliquid gargarismatibus addi licet ex spiritu acido salis marini, vel volatili salis ammoniaci, vel ex tinctura myrrhae, atque eosdem spiritus melle rosaceo exceptos lenis, si manui, et oculis pateat, saepe illini, aut penicillo his imbuto maculas gangraenosas crebro, et leniter attingi, vt coërceatur earum progressus. His vero non proficientibus, scarificatione pertundi ea loca debent. *Potus qualis et quantus.* Quae dum aguntur, si deglutiendi facultas redierit, aut liberalior euaserit, liberaliori manu potui dentur, sed calide, ea omnia, quae diluunt, temperant, et diaphoresin proliciunt, quae vim vitae leni stimulo erigunt, et quae putredini aduersantur. Hic praesertim celebrantur flores chamaemeli, herba scordii, cortex peruuianus, *Antiseptica interna.* alkali volatile, et camphora. Diluta, decocta tincturae ex his comparantur. *Camphora qua ratione adhibenda.* Camphora aceto calenti, addito pauxillo sacchari albi, solui commode potest, et liquoribus quibusuis admisceri. Saporem facile corrigunt additi syrupi ribesiorum, violarum, althaeae, rubi idaei, vel similium.

§. CCCLXXXIX.

Angina in scirrhum degenerans quid postulet. Rarius euenit, vt angina inflammatoria in scirrhum (§. CCCLXXXIII.) degeneraret. Id vero si vnquam incidat, ea in mentem reuocentur, quae alibi a nobis opportune tradita fuerunt *a*). Tonsillae huic malo magis subjiciuntur. Harum scirrhus, si alia ratione resolui nequeat, chirurgi manu facile, et sine periculo exscindi poterit, aut crebris scarificationibus paullatim deteri, et suppuratione inducta consumi. Atque haec plane sunt celebriora artis praesidia, quae ad anginam inflammatoriam curandam adhibentur; quamquam nec omnia semper, nec in quauis ejus specie necessaria reputantur. Leuiores enim faucium, gurgulionis, et tonsillarum infla-

inflammationes paucioribus, mitioribusque adiumentis discutiuntur. Victus ratio ex solo jure tenui, ouorumque vitellis, aut hydrogala, aut ptisana saturatiore constabit. *Leuiores anginae paucioribus egent.*

a) Comment. de inflammat. §. LXXVIII.

ANGINA CATARRHALIS, SIVE NOTHA.

§. CCCXC.

Ab angina inflammatoria, siue vera gradum facimus ad *anginam catarrhalem*, siue *lymphaticam*, siue *notham* passim dictam. Haec a priore illa differt tumore potius lymphatico, et seroso, quam sanguineo, minus rubicundo, imo interdum pallido, dolore exiguo, aut certe non pulsante, febre vel absente, vel plane mitiore, et catarrhalium simili. Amygdalae, vuula, velum palatinum, et proximae partes frequentius hoc morbo corripiuntur, quam fauces reliquae. Facilius quoque in eum incidunt homines pituitosi, laxiorisque habitus, senes aeque, ac pueri, humido, nubiloque in aëre degentes. *Descriptio.*

§. CCCXCI.

Mucus, lympha, serum, si in folliculis, cryptis, vasis, cellulosoque textu congeruntur, accumulantur, stagnant, vtcunque acrimonia, aut copia, aut lentore irritant, distrahunt, et leuiter inflammant, caussam morbi proximam constituere videntur. *Caussa proxima.* In remotis vero numerantur temperamentum humidum, et frigidum; aetas senilis, aut puerilis; sexus sequior; pluuiosae, et austrinae aëris constitutiones; hiemale tempus; subitae, et insignes tempestatum mutationes; cacochymia scorbutica, arthritica venerea; rheumatica diathesis; acritates quaecunque; exspiratio cohibita, retenta; lymphae, lymphaticique systematis vitia, atque alia hujusmodi. *Caussae remotae.*

§. CCCXCII.

§. CCCXCII.

Varietates. Ad hanc anginam (§. CCCXC.) referri debent *anginae aquosae*, *lymphaticae*, *pituitosae*, *oedematosae* auctorum, in quibus tument quidem, sed laxae, molles, ruboris expertes, leuiter dolentes, et saepenumero aquoso tumore quasi pellucidae: itemque dolores leues faucium sine febri, cum nullo, aut exiguo rubore, nec valde calido, tenuique tumore, ex quo organa deglutitionis, et vocis in suis functionibus non admodum intense laeduntur.

§. CCCXCIII.

Diagnosis. Morbus ex tradita hactenus descriptione facile cognoscitur. Interdum non desunt *tumores* glandularum ceruicalium, maxillarium, parotidum, aliarumque saliuarium, siue lymphaticarum. Nec tussis, nec catarrhales ceteri affectus desiderantur. De

Prognosis. quadam *anginae aquosae* specie apud Wallenses, in locis praesertim mari proximis, epidemica, et maligna, quae oris, palati, et vicinarum partium glandulas tumidas, et distentas referebat, multosque intra biduum, aut triduum enecabat, mentionem facit Cl. MEADIVS *a*). Alioquin per se minus periculi habet, et saepe solo diaetetico regimine, et naturae beneficio paullatim abigitur. Quando congestio grauior, ingentiorque est, et frequentius recurrit, difficilius discutitur; imo interdum in abscessum transit, aut post se tumores duros, in primis cum tonsillae affectae pluries fuerint, relinquit. Hinc facilis ejus in anginam scirrhosam transitus. Negari tamen haud potest, interdum hujusmodi anginas periculosas fieri, cum nempe epiglottidem, glottidem, et laryngem afficiunt, aut aliter vias spiritus angustiores reddunt, quod ex difficili inspiratione, loco dolente, vocis raucitate, aphonia, tussi, stertore, aliisque cognoscitur; aut cum a scorbutica

ıutica, aut venerea labe profectae vlcera mali mo-
is quaquauersum depascentia, profunda, lata, ve-
ıementer dolorifica, circum inflammata, rebellia
xcitant.

a) Monit. et praecept. med. cap. 4. p. 52.

§. CCCXCIV.

Itaque, vbi aliqua artis ope eget malum, ea in *Curatio.*
sum veniant, quae copiam humorum minuunt,
liorsumque auocant; crassam, et lentam lympham
ttenuant, stagnantem digerunt, ac soluunt; acre
mendant, et diluunt; vim, et tonum vasis, fibris,
t membranis restituunt. Quare, si febris est, etsi *Quando ve-*
on acuta admodum; si tumor, dolor, et rubor *na secanda.*
ıntus euadat, vt timor instet proximae inflamma-
ıonis, aut si deglutitioni difficili difficilis quoque
espiratio adjungatur, non erit alienum sanguinem
ııttere, sed parciori manu, quam in angina inflam-
ıatoria; idque speciatim audere licebit, si tempe-
amentum ad sanguineum propius accedat, et ple-
ior habitus, et viridior aetas, et corporis, virium-
ue robur vna consentiant. Misso semel, aut bis,
opus fuerit, sanguine, cucurbitulae cum siccae,
ım scarificatae ceruici, et dorso admouendae sunt;
ıarum applicatio tum etiam multo opportunior
ensenda erit, cum sanguinis missioni locus nullus
se posse visus fuerit. Neque raninis parcendum *Raninae*
enis est, quotiescunque plurimum humoris lingua *quando in-*
ontraxerit, itaque intumuerit, vt prae tumore in- *cidendae.*
a os contineri nequeat. Infantibus, puerisque, *Hirudines.*
quibus venae incidi haud potuerint, auxilio esse
lent hirudines prope venas cubiti, aut colli appli-
tae. In illa *angina aquosa epidemica* a MEADIO *Curatio*
emorata, quae adeo perniciosa erat, vt multi in- *Meadiana.*
a tres dies, ea correpti (§. CCCXCIII.) perirent,
ofuit quam plurimis haec medendi methodus:
Statim

Statim mittebatur magna copia sanguis; deinde laxabatur leni eccoprotico, aut enemate aluus; post ea emplastra ex cantharidibus sub mento, aut colli lateribus admouebantur: sin autem per haec non satis proficiebatur, in palato circa vuulam, reaque sub lingua, plagis satis altis vulnera infligebantur, quibus malus humor erumperet; intrinsecus vero ter, quaterue in die dabatur puluis contrayeruae compositus cum pari nitri pondere *a*).

a) MEAD. *l. c.*

§. CCCXCV.

Catharsis. Celebrata, si res tulerit, sanguinis missione, reliquum est, vt ad reuellendam, euacuandamque serosam colluuiem aluus ducatur medicamentis *Hydragoga.* hydragogis, manna videlicet, senna, syrupo aureo solutiuo, sale cathartico amaro, diagrydio, itemque si validius agere oporteat, jalappa, mechoacanna, similibusque; quod in primis anginae pituitosae, aquosae, oedematosaeque (§. CCCXCII.) conuenientissimum est. Subinde etiam danda sunt intrinsecus quae *Incidentia, diuretica, diaphoretica.* diluunt, et leni stimulo diuresin, diaphoresinque promouent, vti decocta radicis bardanae, smilacis asperae, saponariae, ligni sassafras, aliaque id genus; quibus adjici poterit aliquid oxymellis simplicis, aut etiam scillitici, prout opportunius videbitur, quo valentius incidant. Hic quoque, si re- *Aethiops mineralis.* quam, locum inuenire potest *aethiops mineralis* ad drachmam semis bis in die dandus, quem tanquam praesentissimum, promtissimumque auxilium in angina depraedicat LANGE *a*). In ea autem, quae cum labe venerea complicatur, aut a strumosis tumoribus, scirrhisque comitatur, in primis mercuriale hujusmodi remedium magis conueniet.

a) *Miscel. veritat. Fascic. I. p. 5.*

§. CCCXCVI.

§. CCCXCVI.

At interdum medicamenta deglutiri nequeunt. *Vesicantia.* unc ceruicem posteriorem cantharidibus imposi-s exulcerare; in brachiis earum ope vesicas indu-re; pedes, et crura acriter perfricare; aluum *Fricationes.* iematibus, et quidem acrioribus sollicitare vtilissi-um est. Gargarismata quoque primum resoluen- *Gargarismata.* i, et discutientia, deinde subadstringentia, et robo-ntia conueniunt. Si haec quacunque ex caussa ministrari nequeant, aut gargarizandi actio do-rem intendat, aut faucibus multum muci, et vi-dae lymphae adhaereat, easque oppleat, liquor oneus per syringam injiciendus est, vt fauces li- *Injectiones.* rentur; sic tamen injicitur, vt non in laryngem grediatur: suffocationis enim metum induceret. ec aliena sunt quae ore detenta saliuae fluxum *Sialagoga.* liciunt, talia tamen, quae inflammationi, si qua est, on officiant, aut, vbi non est, eam non excitent. xymel scilliticum, itemque sal prunellae vtroque casu, et modo videntur reliquis praestare. Prae- *Topica.* rea extrinsecus fomenta, cataplasmata, et empla-a, quae molliant, discutiant, resoluantque, omit-non debent. Imo horum actio leni fricatione juuanda est. In primis haec opportunissima ha-ntur, quando glandulae lympha tenaci, et crassa plentur, et turgent. Quo casu fomenta humi-vaporem aqueum suppeditant, qui in venas ab-rbentes receptus ad glandulas breui via defertur, mirifice lympham diluit, attenuat, et soluit.

§. CCCXCVII.

Malum demum si malo fato in abscessum, aut *Abscessus, et scirrhus, et vlcera quomodo curentur.* rrhum abeat, curatio fere eadem conueniet, am supra commendauimus (§§. CCCLXXXVII. CLXXXIX.). Vlcera vero mali moris, et depa-ntia (§. CCCXCIII.) si superuenerint, non aliis curan-

curantur, quam iis, quae notae acritudini, et humorum dyscrasiae, vnde fouentur, contraria sunt. Idcirco prouide, et sollicite antiscorbuticis, antivenereisque medicamentis, sed diu, et liberaliter adhibitis oppugnentur; topicis interim, quae abstergunt, atque antiseptica virtute pollent (§. CCCLXXXVIII.), non praetermissis, et, si foetida, et sordida fuerint, spiritu vitrioli, aut collyrio LANFRANCI etiam applicito. Cauto tamen opus est, ne vlcera, cum primum detersa, pura, rubra, et valde sensibilia facta sint, acribus amplius irritentur; sed satius tunc est mollissimis ea, et blandissimis medicamentis nutriri, et mulceri. Non absimili ratione (§. CCCXCIV. ad CCCXCVII.) anginae *aquosae, et oedematosae, et leues faucium dolores* (§. CCCXCII.), cum febre carent, curandae omnino sunt, excepta, et omissa sanguinis missione; nam in his sola cathartica, aperientia, epispastica, etiam collo ipsi admota, vesicantia, et sudorifera sufficiunt; quamquam in leuiore morbi gradu, et in laesione partium, quae minus vitae necessariae sunt, saepe sola diaeta, et abstinentia intra paucos dies malum omne depellitur.

Anginis aquo, si vbi febris abest, qualis curatio.

In leuiori casu diaeta, et abstinentia sufficit.

ANGINA GANGRAENOSA MALIGNA*)

§. CCCXCVIII.

Quid ea sit?

Anginam inflammatoriam quandoque in gangraenam desinere, supra (§. CCCLXXVIII.) animaduersum est. Hic vero de alio anginae genere, maligno, et plerumque epidemico, infantibus, pueris, et adolescentibus prae aliis infensissimo, quod a fomite quodam venenato, et putrefaciente ad fauces, et speciatim ad tonsillas traducto, easque quasi vi ignis facit, adurente profluere videtur, sermo nobis habendus est. In priore illa nulla malignitas est, neque vlla putredo antecedens; et gangraena ipsa

Discrimen inter hanc et inflammatoriam.

ipsa, quando accedit, maximo tantum inflammationis gradui superuenit, debeturque, et plerumque, vbi praesertim interiora occupat, latiusque diffunditur, extremum morbi finem certa nece facit. In hac vero aliter res habet; nam leuissima diatheseos inflammatoriae indicia *a*) adsunt, malignitatis contra, putredinisque maxima, et indubia; et gangraena, quae prope omnium aegrotantium communis est, non sero, sed citissime superuenit, et quamquam saepe perniciem afferat, non tamen semper vitam adimit, nisi cum in laryngem, tracheam, et pulmones se se propagauerit; nam pluries, adhibita cita, atque accommodata medicina, malum sistitur, aegerque seruatur. Non ergo haec vehementissimae inflammationis soboles est; sed causticae, malignae et deletricis caussae effectus. *Gangraenosam anginam* hanc vocauimus, quod gangraena perpetuo fauces corrumpat; sed addidimus *malignam*, vt praua ejus natura innotescat, qua discriminetur ab angina inflammatoria, interdum et ipsa in gangraenam desinente. *Nominis ratio.*

*) *Synonyma.*

Angina maligna, et gangraenosa ann. 1751. *ad* 1753. HVXHAMI, *Journ. de Médécin. Octobr.* 1757. *vol. VII. p.* 241. *Angina gangraenosa* TVSSANI, GILB. BOVLLAND *Quaest. medic.* 1750. *Angina gangraenosa* CHOMELII, *Differt. sur l'espec. de mal de gorge gangreneux de l'an.* 1748. *Paris.* 1749. *Angina in gangraenam desinens*, D. MARTEAV; *Journ. de Med. T. IV. Mars* 1756. *p.* 222. *Angina maligna vlcerosa* FOTHERGILLII, *An account of the sore Throat attended with vlcers* 1748. 1751. vid *Comment. Lips. Vol.* I. *p.* 493. *Tonsillarum gangraena* MEADII, *Monit. et Praecept. med. cap. IV. p.* 52. *Pestilens, et praefocans pueros abscessus, quem graece vocant* παιδαγχόνην λοιμώδη. *siue Puerorum strangulatorem pestilentem.* M. A. SEVERINI, *De recondit. abscess. natura ed. Francof.* 1643. *p.* 428. *et seqq. Crustosa, malignaque Tonsillarum, et faucium vlcera* IO. ANT. FOGLIA 1620., *de Anginosa passione Morbus strangulatorius* AETII, CLETI SIGNINI, *De morb. strangulator. Rom.* 1636.

1636. 8. *Pestilens faucium affectus* IO. ANDR. SGAMBATI, *De Pestilent. fauc. affect. Neapoli saeuiente* 1620. 4. *Vlcus Syriacum* M. ANT. ALAYMI, *De Vlcer. syriac. Epidem. strangulatorius affectus* IO. BAPT. CARNEVALLII, *De ci. strangulat. affect. Garrotillo* HISPANORVM, *Renat. Mor.* inter epist. *medicinal. Thom. Bartholini, cent.* I. ep. LXXI. *Angina gangraenosa, Paedanchone* SEVERINI, VOGELII, *De cognosc. et curand. praec. c. h. affect.* §. 184. *p.* 135. *Angina maligna, vel morbus strangulatorius, vel pestilens faucium affectus* FRANC. HOMII, *Princip. medicin. lib.* 2. *part.* 3. *sect. IV. Anginae primum genus ann.* 1747. MARTINI GHISII, *Letter. med. Lett.* 2. *sopra le Angin. epid. Degli anni* 1747. *e* 1748. *Cremon.* 1749.

a) *Comment. de Inflamm.* §. *XLIII. ad* §. *XLVII.*

§. CCCXCIX.

Veteribus nota, et descripta. Hanc, si minus ab HIPPOCRATE *a*), certe ab ARETAEO *b*), atque ab AETIO *c*) antiquissimis medicis cognitam, et luculenter descriptam censent plerique neotericorum *d*). Ab iis tamen dissentit quam maxime Cl. VOGELIVS, cui *videntur illi graves viri de aphthis scripsisse* eo loco, non de angina ista, cum *memorent vlcera sensim a tonsillis ad columellam, linguam, gingiuas, et dentium alueolos peruenire, quae aphtharum natura est. Et certe,* subjicit, *in angina gangraenosa lingua, et gingiuae immunes sunt ab omni labe: nec haec diu e*) *excruciat.* At alia omnino sententia est Cl. SWIETENIO; nam is concedit quidem aphtharum nomine ibi malum describi, sed plane diuersum ab aphthis *hodie vocatis, veram nempe gangraenam a depositione malignae materiae versus fauces natam,* et tale malum ad anginam gangraenosam pertinere *f*). Et quod attinet ad ARETAEVM, reuera ex toto capite *de tonsillarum vlceribus* inscripto, si omnia, quae ibi scripta leguntur, vna perpendantur, multo verosimilius videbitur, non de aphthis hodie sic nominatis *g*) ibi agi, sed de maligno, et gangraenoso faucium morbo, anginae

Dissensio inter Vogelium et Swietenium.

Confirmatur opinio Swietenii.

nginae huic gangraenosae simillimo. Nam, praeer vlcera maligna *concreto humore albo, aut liuido, ut nigro sordentia,* quae tonsillis innascuntur, memoratur ibi *colli* quoque externus rubor, qui *phlemones* instar non nunquam efflorescit, atque *erumit.* Quod sane ab aphthis hodiernis alienissimum t, dum contra hujus gangraenosae, et malignae nginae fere proprium esse consueuit. Praeterea alum ab ARETAEO descriptum non diuturnum t, cum eo laborantes *non multis diebus post, phlenone, febribus, foetore, inediaque consumti* interire i dicuntur. Adde, AETIVM de lingua, gingiuis, dentibus in ejus historia ne verbum quidem fare, dum in reliquis symptomatibus recensendis nnino cum ARETAEO consentire videtur. Quare obabile vtique est, id, quod de gingiuis, lingua, dentibus ab ARETAEO notatum fuit, quodque VOGELIO pluris fortasse fit, quam deceat, accidens potius, atque epigenomenon fuisse, quam onstans, atque inseparabile symptoma; vti esse let in aphthis veris, et hodiernis, quae praeterea on ita cito occidunt, nec ita celeriter sua tempo percurrunt.

a) *Coac.* 276. *Praenot.* 131. *Epid. l.* 6. *sect.* 7. *b*) *De iss. et sign. acut. morb. l.* 1. *cap.* 9. *c*) *Tetrabibl.* 2. *m.* 4. *cap. XLVI. de crustos. et pestilent. tonsillar. vlcerib.* HOME *Princip. med l.* 2. *Part.* 3. *sect.* 4. MEAD. *l. c.*, VIETEN. *in Boerhaav.* §. 816. *n.* 2., multique alii ex , qui ante hos de morbo isto mentionem fecerunt. *De cognosc. et curand. praecip. h. c. affect. cl.* 1. §. 184. t. *). *f*) *L. c.* *g*) *L. c.*

§. CCCC.

Atqui dimissa hujusmodi qualicunque de morbi tiquitate (§. CCCXCIX.) disputatione, neque vtili, que necessaria; illud vere certissimum est, eum n ante annum 1620. *) accuratissime descriptum

 fuisse.

fuisse. Cum enim Neapoli tunc epidemice debacchata fuerit, et totam Italiam, atque Hispaniam peruagata fuerit, magnam vbique cladem inferens, continuo in lucem editae fuerunt multorum de ea lue lucubrationes, inter quas prae ceteris celebrantur IO. ANT. FOGLIA commentarius *de anginosa passione a)*, IO. ANDREAE SGAMBATI opusculum *de pestilenti faucium affectu Neapoli saeuiente b)*, et M. A. SEVERINI *de pestilente, et praefocante pueros abscessu c)*. Nostra denique aetate, postquam dira haec calamitas aliquot annos *d*) Belgium, Galliam, Angliamque afflixit, ita medicorum obseruationibus illustrata est, vt hodie non desit absolutissima ejus historia apud IO. FOTHERGILLIVM *e*), RABOVRSIVM *f*), BOVLLANDIVM *g*) **), MARTEAVX *h*), RAVLLINIVM *i*), HVXHAMIVM *l*), BOVCHERVM *m*) aliosque nec paucos, nec incelebres.

*) RENATVS tamen MOREAU epist. LXXXI. inter epist. *Medic.* THOMAE BARTHOLINI *cent.* I. testatur a IO. WIERO in libro *observation. rarior.* describi quandam anginam epidemicam, quae annis 1564. et 1565. per inferiorem Germaniam vagata est. Prodiit etiam Compluti ann. 1611. *Disputatio medica* IO. ALPHONSI DE FONTECHA *de angina, et garratillo;* itemque Matriti eodem anno FRANCISCI PEREZII liber *De affectione puerorum etc.* Sed, vt diximus, ab anno 1620. et descripta diligentius est, et magis generalius cognita.

a) *Neapoli* 1620. *b*) *Ibid. anno eod.* *c*) *Ibid.* *d*) *Ann.* 1739. 1742. 1746. 1747. *et* 1748. *e*) *Lond.* 1748. 4. *et* 1751. *f*) *De vlcere tonsillarum* 1749. *g*) *Thes. medic. ann.* 1750.

**) Anno 1752. grassatum est hoc malum in Valle Sermia apud Heluetos, HALLERO, et ZIMMERMANNIO [...]bus. LANGHANS *Act. Heluetic.* T. 2.

h) *Journal de médecin. Mars* 1756. *i*) *Ibid. et L. des malad. occasionées par les prompt. et frequent. variations de l'air chap. XIII. Maux de gorge epid. an.* 1748. *et* 17[..] *p.* 242. *l*) *Journal de Med.* 1757. *m*) *Journal de Med. T. VIII. p.* 556.

§. CCCC

§. CCCCI.

En autem ejus historiam: Repente vtplurimum accedit faucium dolor, calorque acer cum difficili saliuae, aliarumque rerum deglutitione. Inspectae interiores partes ruborem erysipelatodem, qualis in carbunculo, cernitur, velum palatinum, vuulam, tonsillas, et pharyngem occupantem exhibent. Vuula plerumque tumida, et elongata est. Tonsillarum alterutra, quandoque etiam vtraque tumet, et cito macula alba aphthae simili, vel liuida, vel nigra, gangraenae, atque vlceris futuri indice, circa medium notatur. Macula breui dilatatur, et totam amygdalae faciem complectitur. Tunc dolor jam minuitur, et deglutitio redditur facilior. Decidente vero, aut detracta prima hujusmodi quasi eschara, quod interdum accidit, mox altera succrescit, altiusque penetrat. Os tetrum spirat odorem, quo in alios contagium traducitur. Accedit grauedo; sanguis e naribus non raro erumpit; vlceris sanies in laryngem depluit; tussim clangosam excitat, respirationemque, morbo ad laryngem, et tracheam protenso, primum ingruente somno intercipit; imo somnum jam captum repente ejulatu, aut rhoncho edito interrumpit; deinde etiam in vigilante difficilem, et stentorosam reddit; sicque intra paucos dies, quasi laqueo compresso spiritu miserrime strangulat, gangraena videlicet jam ad tracheam, pulmonesque diffusa, imo ad pharyngem, quandoque ad oesophagum, et ventriculum etiam; quod tamen postremum rarissimum est. *Descriptio.*

§. CCCCII.

Febris modo paullo ante, quam fauces doleant, inuadit; modo eodem tempore, quo angina incipit. Quandoque primis duobus, vel tribus diebus valde mitis apparet, at circa quartum inualescit, vehemen- *Febris varia.*

hementiorque ſit. Quandoque ſtatim ab initio vehemens eſt, ſed non diu in eodem ſtatu perſiſtit, *Pulſus qualis.* breuique ad mediocritatem inclinat. Pulſus plerumque debilis, celer, ac frequens; raro magnus, validus, et durus; et quando talis eſt, breui in languidum, mollem, et paruum mutatur. *Veſperi exacerbatio, mane remiſſio.* Ab horripilatione autem, aut frigore, aut tremore exorditur acceſſio febrilis, poſtea calor vrens ſubſequitur. Veſperi, et nocte omnia ingraueſcunt; mane leui manante ſudore plerumque deferueſcunt, et mitigantur.

§. CCCCIII.

Reliqua ſymptomata.

Initio ſaepe caput, et collum dolent, interdum cum vertigine, et ſopore, dorſi, artuumque fractione, pondere ad cordis ſcrobiculum, et crebris ſuſpiriis. Non nullis facies tumet, rubetque; oculi illacrymant, et ſanguine ſuffunduntur; aliis contra vultus pallet, aut liuet, idque praeſertim euenit, cum teterrimus foetor oris gangraenam jam inuaſiſſe demonſtrat. Nauſea non raro, vomitus, aut diarrhoea putrida ſe mutuo excipiunt. Lingua plerumque craſſo, albo muco contegitur; et quamuis mollis, et humida videatur, ſumma tamen ſiti, ARETAEO obſeruante, aegri torrentur: ſed hoc perpetuum minime eſt, nam ſaepe eos non ſitire alii aſſeuerant. Vrinae primum crudae, et aquoſae; progreſſu deinde flauae, et croceae redduntur. Pleroſque angor quidam inexplicabilis, anxietas, inquies, mentiſque perturbatio, imo delirium exagitat, et virium languor, et dejectio opprimit. *Sanguis e vena extractus qualis.* Sanguis e vena miſſus, vt plurimum rutilus valde, et coccineus, vix concreſcit, magna ſeri copia diffluens, ac liqueſcens. Interdum tamen cruſtam inflammatoriam oſtendit, in primis ſi inchoante morbo protinus detractus fuerit: verum ejus craſſamentum

mentum vix cohaeret, nigricareque tunc ſolet, et facile diſſoluitur.

§. CCCCIV.

Nec rarum eſt, in hujuſmodi morbo, praeſertim cum epidemice diffunditur, circa collum, pectus, et brachia erumpere ruborem quemdam eryſipelatodem, ſaepe cum papulis morbilloſis conjunctum, aut exanthemata miliaria, papulaſue rubras in ſummam cutim alicubi prodire; quin imo parotides ipſas, glandulaſque maxillares, jugulareſque tumefieri, ac dolere. In quibuſdam etiam conſtitutionibus gangraena, vlcuſque ab amygdalis ad columellam exporrigi, eamque exedere, et quaſi depaſci viſa eſt. Nec parcit interdum velo palatino, pharyngi, oeſophago, et ventriculo, vt jam notauimus, depluens tabum. In aliis vero lingua, gingiuae, dentiumque alueoli, vnde dentes caries, nigerque color contaminat, ſimili labe inficiuntur: quod etſi rarum credimus, ab ARETAEO tamen memoriae, vt ſupra jam innui, proditum eſt. Imo non nunquam vis morbi ad nares ipſas adſcendit, copioſumque muci fluxum ex his elicit.

Ruber circa collum et pectus.

Exanthemata miliaria.

Gangraenae diffuſio ad partes interdum diſſitas.

Nec ore contentae immunes.

Nares quoque attactae.

§. CCCCV.

Deglutitionem, potiſſimum initio, laedi, ſupra narrauimus. Hinc aegrotantes, in primis pueri, dolorem, quem in deglutiendo incurrunt, veriti vel a potu abſtinent, vel, ſi aliquid bibunt, illud per nares plerumque reſtituunt. At fere commune eſt, gangraena oboriente dolorem mitigari, imo, ea perfecta, euaneſcere ob ſcilicet deletum partium ſenſum, et viam potui, et cibo liberam reddi. Vox omnibus rauca eſt, atque obſcura. Cum vero ad laryngem morbi vis deſcendit, reſpirationemque prope intercludit (nam glottidis rimula facile obſtruitur),

Cur aegri potum vitent, et per nares reddant.

Quando dolor euaneſcat.

Vox rauca.

Quid eueniat larynge occupata.

ſtruitur), aegri, non modo dum aërem inſpirant, exſpirantque, peculiarem ſtrepitum, et ſibilum edunt, arctati itineris ſignum, verum etiam vix cumbere poſſunt. Quamobrem, pueri praeſertim, e lectulo ſurgunt, rectique aut ſtant, aut ſedent, ut ſpiritum hauriant; ſed mox ob virium defectum, aut languorem iterum ſe demittunt, et ſic irrequieti aſſidue jactantur, donec penitus proſtrati jaceant, et ſtrangulati pereant. Id autem eodem ipſo die euenit, quo larynx, et trachea laborare manifeſto coepit. Quibus vero feliciori fato euadere contigit, hi profecto mitiorem morbum experti ſunt, et vigente naturae robore adiuti ſe a venenato fomite expediunt facili, et laudabili nata ſuppuratione, aut leni, continuataque ſaliuae, ſudoriſque excretione. Ceterum magis pueri, et puellae ante pubertatis tempus hoc morbo tentari, periclitarique conſueverunt, quam puberes, et adulti: quamquam certum, indubiumque eſt, nullam plane aetatem, nullumque temperamentum ab eo immune exſiſtere. Ceteris vero omnibus in eum procliuiores ſunt infirmi, atque imbecilli, aut cacochymici.

Quinam ſeruantur?

Quibus familiarior morbus?

§. CCCCVI.

Prognoſis.

Fallaciſſima ſaepe eſt morbi facies, ita vt, qui eum alias non viderit, facile ſibi blandiatur, ſpemque alat proximae ſanationis. Accitus ad nobilem, et vnicum familiae ampliſſimae heredem, puerum ſeptennem, angina hac laborantem primis jam morbi diebus vir longa experientia probatus, idemque medicus, et chirurgus celebratiſſimus, non ſolum cachinno quaſi excepit juuenem medicum, qui recte de morbi natura, et diſcrimine judicium tulerat; verum etiam tonſillarum, in quibus alba macula cum doloris, et difficultatis vorandi imminutione exorta erat, ſcarificationem a juuene medico, qui morbum

orbum cognouerat, propositam aspernatus est, neglexit, vti superuacuam. At biduo post, mor- laryngem pene strangulante, et facie in liuidam, dauericamque mutata, vehementer obstupuit, ortem sine ylla spe reliqua appropinquare. Tunc i nouitate, vt a fulmine, perculsus juuenem illum edicum humaniter, et blande, sed clam domesti- s omnes, rogauit, vt auctores, qui de tam per- cjoso anginae genere memorarunt, sibi indicare llet. Decipere ergo vel expertissimos potest ra- s, fallaxque morbus. Dies criticos nec seruat, c crisin certam habet. Finitur vt plurimum tra secundum, et septimum diem. Tumor, et bor exterior, progressu obortus plerumque bene ninatur. Caloris mitigatio, exscreatio copiosa, ulorum nitor spem faciunt; et contra. Diar- oea, rigor, pulsus debilis, et paruus, virium ostratio, deliquia, facies oedematosa, cadaueris milis, exanthematum liuescens color, aut recessus, emorrhagiae immodicae mortem portendunt. vlceribus vero, quae alba sunt, tutiora; cinerea, jora; liuida vero, et nigra, omnium pessima *a*). orbo ad salutem vergente euanescit exterior mor, et rubor, cuticula desquamatur, febris cedit, vlcera sanantur *).

Finis communior.

Quae bene ominentur.

Signa mala.

Vlcerum aestimatio.

Solutio.

a) HOMIVS *Princip. med. l.* 2. *P.* 3. *sect. IV. ang. malig.* 6. 8. 9.

*) Praeter scriptores, quos supra allegaui, legi debent quae de hoc morbo in Diario Medico VANDERMONDII *VII. p.* 241. *et seqq.*) cumulatissime scripta ab HVXHA- o habentur.

§. CCCCVII.

Caussae.

Proximae.

Ex his, quae hactenus exposita sunt, rite consi- ratis erui posse videtur, caussam proximam in pe- liari, malignoque erysipelatis genere faucium, et nsillarum, quod ab acri, vrentique principio indu-

 citur,

Putridum, et necroticum principium. citur, sitam, positamque esse. Id vero acre, in putridum, necroticumque principium vel sponte in corpore gignitur, atque euoluitur, impetitque fauces, et propiora loca, aut febrili motu genitum, extricatumque in iis deponitur; vel contagione recipitur, aut ex infectis in sanos traducitur. *Contagiosum.* Contagiosum enim esse, celeris per exspirationem, halitum, vaporem, aut stillantem ex ore saniem communicatio declarat. *Caussae remotae.* Remotiores vero caussae vulgo habentur pleraeque earum, quae aliorum putrium, et malignorum morborum; vti aër calidus, et humidus, aut praeter morem siccus; regio palustris; aquae turbidae, et coenosae potus; liquores fermentati; herbae, semina, atque olera corrupta, acria; alimenta quaecunque alkalescentia, aut acida, aut austera deuorata; putridae, et cadaverosae exhalationes; habitus corporis mollis, et laxus, leucophlegmaticus, cacochymicus, scorbuticus, rhachiticus, strumosus; tempestas autumnalis, aut verna calorem insolitum subsequens; aëris peculiaris constitutio; et fortasse, epidemicum miasma.

§. CCCCVIII.

Distinguenda est ab angina putrida symptomatica. Atque haec de angina quidem *gangraenosa primaria* intelligantur velim. Nam ea, quae febribus putridis, aliisque morbis malignis superuenit, quaeque *putrida* vocatur a F. PENROSIO a), aliis videtur, ni fallimur, a *gangraenosa* hactenus descripta distinguenda omnino esse. Discrimen autem, *Quomodo differant inter se.* quod inter vtramque intercedit, eodem PENROSIO judice, est hujusmodi: In gangraenosa amygdalae, et columella tument quidem, atque inflammantur, non tamen valde turgent, nec tenduntur; sed flaccido potius tumore, minime duro afficiuntur. Color subito in cinereum, et liuidum mutatur; pulsus, et vrina plerumque parum, aut non valde

inis recedunt (paucis casibus exceptis, in quibus ebris, vt supra demonstraui, aliquanto primis diebus vehementior est), dolorque citissime cessat, aut etiam abest. Et quod praecipuum est, morbus quasi repente corripit, et celerrime occidit. Contra angina putrida febri putridae, aliisque congeneribus morbis lento prorsus gradu superuenit, et non ta celeriter, sed post multos vtplurimum dies tantummodo affert exitium. Plerumque vlcerosa magis, aut aphthosa haec esse videtur, quam vere gangraenosa *), qualem nos memorauimus.

a) *A Dissert. on the inflammatory, gangrenous, and putrid sore Throat also on the putrid fever together with their dianosticks, and method of cure. Oxford.* 1766. Vid. *Comm. ipsf. Vol. XV. p.* 338.

*) Hujus prope generis fuisse existimo, quam obseruauit ann. 1748. et 1749. RAVLLINIVS (*l. c.*) itemque illam, quam anno 1749. in quodam Orphanotrophio videre contigit LASSONNIO (*Mém. de la Soc. Roy. de médec. T. I. p.* 97.). Haec enim superueniebat febri gastrico-putridae malignae a putrido miasmate ex male humatis boum, et vaccarum cadaueribus emanante genitae. Erat autem angina symptomatica, putrida, et aphthosa.

§. CCCCIX.

Quibus notis angina haec differat ab inflammatoria in gangraenam desinente.

Ab *angina* pariter *gangraenosa*, quam explicamus, *inflammatoriam*, vt supra (§. CCCXCVIII.) indicatum est, differre credimus: 1. quod haec rarissime, et morbo tantummodo ad summum inflammationis fastigium euecto, vt jam dixi, in gangraenam desinit; 2. quod color ruber ad liuidum, et fuscum, non ad cinereum, et album vergit; et demum 3. quod febris acuta, et vehemens ipsam comitatur cum pulsu magno, vehementi, duro, et sanguine ad concrescendum paratissimo, aliisque symptomatibus diathesin inflammatoriam denotantibus. At contra angina *gangraenosa maligna* in plerisque, quos eodem tempore inuadit, initio fere ipso gangraenae indicia

indicia praemonſtrat; tumor eryſipelatodes potius eſt, quam phlegmonodes; et in vlcus foetidum, album, aut cinerea eſchara, ſiue cruſta obductum citoconvertitur; fauces, et amygdalas fere ſemper primum occupat; ſanguis tenuior, et ſolutior eſt, febrisque pulſu debili, aut certe nec duro, nec valido, virium lapſu, vomitu, diarrhoea colliquante, et foetida, atque ſubdelirio comitatur. Prior robuſtos, et viros; poſterior debiles, et pueros, imo infantes magis infeſtatur. *Gangraenoſa* demum cum aphthis nequaquam confundi debet. Hae enim primum linguam, labia, palatum, deinde fauces puſtulis exiguis afficiunt, et plerumque ſine febri, niſi ſymptomaticae fuerint *). Angina vero, de qua loquimur, fauces primum, et plerumque *ſolas* adoritur, et puſtula, ſiue macula alba, aut cinerea, lata, et gangraenoſa cito alterutram, vel vtramque tonſillam foedat, et depaſcit, neque vnquam febris ab ea abeſt.

Ab aphthis quoque differt.

*) Aphthae hodiernae non videntur differre ab iis, quas A. C. CELSVS (*l.* 6. *c. XI.*) deſcripſit his verbis: *Verum longe periculoſiſſima ſunt vlcera, quae* ἄφθας *Graeci appellant; ſed in pueris. Hos enim ſaepe conſumunt. In viris, et mulieribus idem periculum non eſt. Haec vlcera a gingivis incipiunt; deinde palatum, totumque os occupant; tum ad vuam, fauceſque deſcendunt: quibus obſeſſis, non facile fit, vt puer convaleſcat; ac miſerius etiam eſt, ſi lactens adhuc infans eſt etc.*

§. CCCCX.

Indicationes, Hinc, cum morbus ſaepiſſime, praecipue infantibus, et pueris exitio ſit, et celerrime decurrat, quam primum eo intendi omnes nervi debent, vt malignus, ſepticuſque fomes, quoad fieri poteſt, corpore exeat, corruptioni, et gangraenae obſiſtatur, vireſque vitae ſuſtineantur. Experientia docuit, largam, aut repetitam ſanguinis miſſionem non modo plurimum nocere, verum etiam perniciem ipſi

Curatio.

Monita de venae ſectione.

celerare. Quare plerique, vt noxiam, hic exu-re eam jubent. Initio tamen, et nondum necro-exorta, viribus valentibus, aetate florente, bono, ethoricoque corporis habitu, faucibus valde tu-ientibus, et acriter dolentibus, parce, prudenter, t caute semel sanguinem detrahi non penitus ve-tum est; imo tum necessarium, et proficuum pu-itur, si minus per venae incisionem, per cucurbi-ılas saltem, aut hirudines. Alterutro, aut vtro-ue artis auxilio me aliquando feliciter vsum esse rofiteor. Contra si hujusmodi conditiones defi-ant, a sanguinis missione abstinere omnino ex-edit.

§. CCCCXI.

Omnium autem tutissimum, vtilissimumque prae-dium, vsu ipso comprobatum, emesin esse, om-es fere perhibent. Leni enim vomitu e ventricu-o, oesophago, fauciumque glandulis, folliculisque uidquid virulenti ibi latitat, citissime excutitur, icque magna ex parte morbi fomes detrahitur. ieri igitur debet vomitus protinus ab initio leni liquo emetico, vti aqua tepida oleo mixta, oxymel-e scillitico, radice ipecacuanhae, aut tartaro eme-ico; potuque tepido affatim desuper hausto pro-noueri, vt facilior, et promtior materiae morbi-ae excretio obtineatur. Ac si semel id non suffi-ere videatur, repeti etiam pro re nata poterit, vt uacuatione hac morbi vis, quantum per artem li-et, refringatur. Dici autem vix potest, quantum ac ratione malignitatis, et virium amittat malum. Non vero catharseos par ratio est: nam humorum nimia ad colliquescendum procliuitas immodicis aepe euacuationibus occasionem praebet, quin ta-nen venenatus fomes ex latibulis, in quibus haeret, nseditque, exturbetur. Hinc satius est vel solis nematibus aluum sollicitare, quod nemo impro-bat,

Vtilitas emeseos.

Catharsis non ita vtilis.

bat, vel leniſſimis eccoproticis tantummodo vti, quam catharſin moliri. Vtilius, ac tutius in fine morbi aluus ducitur, in primis vbi ſigna gaſtricae, atque inteſtinalis ſaburrae non defuerint, appetitus langueat, venter tumeat, aut febris protrahitur. Hac enim via plerumque omnia recrementa, quae recidiuum morbum facere poſſunt, commodiſſime excernuntur.

In fine morbi vtilior.

§. CCCCXII.

Antiphlogiſtica minus neceſſaria, aut moderate adbibenda.

In antiphlogiſticis quoque adhibendis modeſtus quis eſſe debet. Timor enim eſt, ne his motus ſalubres naturae, quibus ſe ſe ab infenſo hoſte liberare nititur, praepoſtere inhibeantur. Quare ſere praeſtat vires vitae lenibus cardiacis *ſuſtinere*, aut excitare, et putredinem, necroſinque *antiſepticis* ſimul auertere, aut coërcere. Sic natura opportune recreata, et refecta felicius acerrimi, mortiferique humoris conſequitur expulſionem, nempe vel eryſipelatis exterioris, vel papularum miliarium ſpecie, quae ſecundo, aut tertio die in aliquibus prodeunt, vel ſudoris, vel blandae exſpirationis ope, vti HVXHAMIVS ſe obſeruaſſe pluries affirmat. Is autem in hunc finem vtebatur mixtura quadam cardiaca, et diaphoretica ex ſale volatili, cornu cervi, et ſucco mali medici compoſita, et aqua alexiteria ſimplici dilutis; vel julapio camphorato, et ſimilibus.

Cardiaca, et antiſeptica magis idonea.

His vtebatur Huxhamius feliciter.

§. CCCCXIII.

Acida vegetabilia proficua.

Generatim acida ex vegetabilibus, vti acetum, ſuccus mali citrei, aurantii, medici, fructuum berberis, rubi idaei, ribeſiorum, aqua diluta, ſatis vbertim ſumta commendantur, vt acrimonia putrida, et nimia ad alkaleſcendum humorum propenſio temperetur, et cohibeatur. Camphora quoque, ſcordium, chamaemelum, ruta, contrayerua

Antiſeptica alia.

corru-

:ruptionem arcent, vitaeque vires erigunt, vt ırbum ſubigere poſſint. Hoc vero nomine ce- is omnibus praeſtat cortex peruuianus cito, et :uibus interuallis liberaliter datus, quo vno non ɔdo in hoc peſſimo anginae genere, verum etiam quouis eryſipelate maligno hodie non pauci con- unt magis, quam in reliquis omnibus. At vbi n ſanguis, reliquique humores liquari, ac diſſolui ınifeſte occoeperint, vt inde haemorrhagiae, al- jue profluuia cum ſummo vitae periculo orian- r, illis acida fortiora, vti ſpiritum vitrioli, ſul- uris, aut nitri adjicere etiam oportet.

Cortex peruuianus omnium efficaciſſimus.

Quando acidis fortioribus vti liceat.

§. CCCCXIV.

Sed cura ſimul faucium, et tonſillarum haben- eſt. PRINGLIVS in vniuerſum gargariſmatum ım, praeſertim acidorum, reprobat. Timet enim iuae fluxum, qui vtilis eſſe conſueuit, per illa hiberi. Decoctum tamen caricarum ex hydro- la paratum, cui aliquid ſpiritus ſalis ammoniaci jectum ſit, concedit, et magni aeſtimat *a*). Hoc iuam attenuari, digerique, et glandulas ad ejus :retionem, excretionemque allici arbitratur. qui HOMIVS gargarizandum eſſe conſulit ex iis, ae leniter reprimunt, et diſcutiunt, cujuſmodi ıt quae ex diluto roſarum rubrarum, et pauco ꞉to, aut vini rubri auſteri pauxillo compo- ntur *b*). Neque ab his ego valde abſum, cum tio, maculis, ſiue puſtulis nondum in faucibus ortis, aut vix apparere incipientibus, mature lluendas ſaepius, et leniter fauces jubere ſim itus aquis ſcordii, ſambuci, et chamaemeli, ad- is ſpiritus ſalis probe edulcati guttis aliquot, mellis ſimplicis, aut oxymellis, aut diamororum ıtillo. Interea ſuadeo etiam, vt ſubinde ad ·em, vrentemque dolorem, ſi quis eſt, mitigan- m lacte, aqua florum ſambuci diluto, vtantur.

An gargarizandum?

Pringlii opinio.

Gargariſmata magis idonea.

a) Ma-

a) *Malatt. delle Armat. P. 3. cap. 2. §. 3. p. 104 di Neapol.* b) *Princip. medic. l. 2. P. 3. sect. IV. §. 11.*

§. CCCCXV.

Quando detergentibus uti liceat. Pustula autem alba, aut cinerea, crassa, aut mucosa late tonsillas obtegere incipiente, doloreque tunc imminuto, aut euanescente, valentius detergendum esse docent plerique, melle nimirum scillitico, tinctura myrrhae, aut aloës, aqua calcis, decocto caricarum, lenticulae, aliisque hujus generis. Quo in casu ego equidem spiritum vitrioli melle exceptum ceteris antepono. Eo enim penicillo saepe pluries in die crustosae pustulae, siue maculae applicito, non solum hujus progressio sisti solet, verum etiam escharae necroticae separatio celeriter perficitur. Simul ac vero, crusta ablata, vlcus *Deterso ulceri quid conueniat.* detersum, purum, et rubrum intueor, tunc solo melle ex rosis, aut tinctura myrrhae syrupo e rosis siccis temperata bis, vel ter in die illud illiniri curo. Quod si idem vlcus jam detersum, et parum ruborem circum ostendat insignem, acriusque doleat, tum ab omnibus, quae irritant, abstinendum puto, solis contentus gargarismatibus, quae demulcent, et temperant, vti lacte aquae hordei admixto, aut aqua ex seminibus mali cotonei, vt vocant, emulsa; ex quibus fauces saepe, et blande colluendae sunt.

§. CCCCXVI.

Curatio Swietenio visitata. Cl. SWIETENIVS, quando pustulae gangraenosae rubor quidam circum diffusus apparet, feliciter gargarisma adhibuisse ait a), quod constat *spiritu sulphuris per campanam* multa aqua diluto, et ex *roob* baccarum sambuci. Cum vero foetidus jam ex ore halitus emanat, et gangraena profundius locum exedere videtur, mox illiniendas partes jubet mixtura, quae habet mellis rosacei vnciam vnam;

nam; et spiritus salis marini guttas triginta, aut quadraginta; sicque cito sisti serpens malum vidit. Mixturam ceteris praefert RAVLINIVS, quae recipit aquam rosarum cum aliquot salis saturni granis *b*). Hac saepius in die gargarizandum, aut tingenda vlcera esse praecipit, neque aliis opus esse medicamentis opinatur. Sic quippe ea imminui, nutriri, et sanescere, etiam vbi reliqua gargarismata irrita fuerint, confirmante id quoque BOVCHERO *c*), dicuntur. Is enim narrat, se mirabiles semper effectus ex plantaginis vnciis duabus, et salis saturni granis viginti ad gargarizandum vsurpatis retulisse. Similes plane effectus ab *aqua vegeto-minerali*, vel ab *extracto saturni* GOVLARDII sibi pollicentur alii.

Raulinii gargarisma.

a) *In* BOERH. §. 811. *b*) *Des malad. occasionées etc. chap.* XIII. *p.* 261. *c*) *Journal de Médec. vol.* 8. *pag.* 556.

§. CCCCXVII.

Alkali quoque volatile, tamquam antisepticum, antinecroticumque summum, hic celebratum video post PRINGLIVM a Cl. MAIAVLTO *a*); neque multum interest, e regno vegetabili, an animali id elicitum sit. MAIAVLTVS vsus est alkali volatili e raphano rusticano educto, et in gargarismatis modum sic redacto: Rec. *aqu. commun. vnc. vj., spirit. vini vnc. ij., spiritus raphani rustican. vnc. ij., mellis rosat. vnc. j. ß. m.* Colluenda leniter ex hoc liquore gangraenosa loca jussit, et vaporem ejus assidue inhalandum. Hac ratione post horas triginta sex gangraena amygdalas occupans non modo substitit, verum etiam leui circum exorta inflammatione pars emortua abscessit, aegrotansque intra nouem dies perfecte conualuit. Monet vero apposite Auctor, omittendum esse alkali volatile, simulac quidquid corruptum erat, exciderit. Valentius tamen

Alkali volatilis mira vis antiseptica.

men agere videtur ſpiritus ſalis ammoniaci volatilis. Hujus in calidam inſtillati vapor erumpens, ſi ore attrahatur, non ſolum tonſillarum, et faucium gangraenae curandae eſt peridoneus, ſed ejuſdem quoque ad laryngem proceſſum anteuertit; imo, ſi ea jam deſcendere in vias ſpiritus coeperit, vnicum, in quo ſpes aliqua relinquatur, auxilium, et quidem praeſentiſſimum nobis largitur.

a) *Journal de Méd. T. V. p. 25. Iuillet* 1756.

§. CCCCXVIII.

Meadii optima curatio. At aliam Cl. R. MEADIVS proponit curandi rationem. Detracto primum ſanguine, et clyſtere aluo laxata, tonſillas gangraenoſa macula correptas tribus, vel quatuor vulnuſculis ſatis profundis incidendas, et deinde melle roſaceo inungendas, atque hordei, et ficorum decocto eluendas, abſtergendasſque ſaepius eſſe, feliciter *a*) expertus, commendat. Neque LIEVTAVDII, qui ejuſmodi chirurgiam infauſtam fuiſſe *b*) ſcribit, auctoritati tantum tribuendum eſt, vt id genus auxilii ſtatim ut inutile, aut noxium rejiciatur. Fortaſſe ſerius, quam par eſſet, adhibitum optato effectu caruit, vel noxium euaſit culpa ejus, qui ſcarificationem inſtituit: nam inepto inſtrumento adhibito, vel imprudentius ſcalpello adacto non nunquam nocuiſſe, fateor, potuit. Ceterum MEADIVS ipſe opportuniſſime animaduertit, ſcarificationes iſtas protinus ab initio, nimirum nondum necrotico tabo abſorpto, aut nondum ad laryngem protenſo, fieri oportere; poſt biduum enim, aut triduum adeo alte gangraena inualeſcit, ſpiritumque intercludit, ut exitium nulla tunc arte vitari poſſit. Teſtor, pluries praeſcriptas a me felici euentu in quadam epidemica anginae gangraenoſae conſtitutione hujuſmodi inciſiones eſſe. Vtinam licuiſſet iis ſemper *Defenditur contra Lieutaudium.*

rti

vti in pueris, et infantibus, qui difficillime induci ad eas subeundas solent; nam majorem eorum partem seruare potuissem!

a) L. c. cap. 2. de morb. cap. 4. p. 53. b) Précis de Médec. l. 2. p. 521.

§. CCCCXIX.

Anginam *putridam*, quae symptomatice febribus putridis, et mali moris, et variolis, aut morbillis malignis, aliisque exanthematicis morbis interdum superuenit, supra (§. CCCCVIII.) commemoraui. Haec autem, vt symptoma morbi principis, vix aliam medicinae opem desiderat, quam quae morbo principi conueniens est. Multa tamen, quae intrinsecus, atque extrinsecus hactenus proposuimus, in hac quoque vsui esse poterunt; sed praecipue ratio habenda morbi primarii, a quo bene curato, symptomatum etiam, atque adeo anginae inde pendentis maxima pars curationis exspectanda est. *Anginae putridae symptomaticae curatio.*

§. CCCCXX.

Quod ad regimen attinet, hoc neque nimis ad calidum, neque nimis ad frigidum inclinare debet; alterum enim putredini faueret; alterum morbo ad cutim prodituro impedimento esset. Itaque media via insistere oportet, vt vtrique scopo fiat satis. *Regimen diaeteticum.* Aëris quoque renouatio quam maxime curanda est, vt putridi halitus, vaporesque dissipentur. *Aëris renouatio.* Neque suffumigia praetermitti debent, quibus aëri, qui inhalandus, ducendusque perpetuo est, vis medicata, atque antiseptica impertiatur. *Suffitus.* Acetum super laminam ferream candentem projectum, vaporem saluberrimum, et non ingratum suppeditat. Camphora item in acetum infusa, leni igne subdito, in halitus sensim resoluitur mirifice antisepticos. Jure tenui *Cibus.* e pullis, et ouorum recentissimis vitellis vires susti-

 neantur.

nantur. Serum quoque lactis vinosum ad idem egregie confert. Nunquam vero quidquam siue cibi, siue potus, siue medicamenti deuoretur, quin os, et fauces prius ablutae rite fuerint. Alias ichor necroticus, putridusque cum iis confusus, et demissus oesophagum, ventriculum, et penitiora loca contaminaret.

ANGINA VLCEROSA BENIGNA.

§. CCCCXXI.

Discrimen inter gangraenosam malignam, et vlcerosam benignam.

Cauendum denique est, ne quoduis pustulae, aut vlceris genus tonsillas, faucesque corripiens pro *gangraenosa* statim, et *maligna angina* habeatur. Nascuntur ibi quandoque et pustulae, et vlcera, quae minime maligna sunt, quaeque non difficulter remediis obtemperant, neque exitiosa facile euadunt: quod jam memoriae tradidit ARETAEVS ipse. Ab his maligna differunt, quod lata, caua, pinguia, sordida, alba, cinerea, aut liuida, nigra, atque altius, et citius descendentia apparent. Hinc scite, et vere monet SWIETENIVS *a*), esse anginae speciem quandam *gangraenosae* affinem, sed benignam, palatum, vuulam, et tonsillas infestantem, saepius a se visam, quae facile depellitur, quamquam acriter partes illae doleant. Haec medico clinico diligenter medicinam facienti rara non est. Praecedit febris non magna, interdum acutior, et ephemerae similis breui euanescens. Tum primum dolor fauces alicubi aggreditur. His inspectis, maculae, siue pustulae quaedam albae, sed exiguae cernuntur, quarum limites circum rubent, et dolent acerbe; at neque crassae valde fiunt, neque loca circumposita magnopere tument. Si tamen negligantur, dilatantur ipsae, proserpunt, et vicinas partes rodunt, excauantque, neque foetoris expertes omnino esse

esse solent. Nec desunt exempla funestiora, in quibus ad tracheam, et pulmonem vis morbi penetrauit pessimo euentu *).

a) *L. c.* §. 811.

*) Cujusmodi fuisse videtur anginae primum genus, quod Cl. GHISIVS epidemicam Cremonae vidit. *Lett. med. Lett.* 2. 1749.

§. CCCCXXII.

Quos, et quando inuadat. Scorbuticis, et cacochymicis hujusmodi malum frequens, et familiare est; quandoque etiam epidemice occurrit, verno praesertim tempore, humido, et calido coelo existente. *Aetiologia.* Acris quaedam, et subtilis materia e sanguine extricata, aut e primis viis in eum immissa, aut a recrementis exspirationis profecta cor, neruosque irritans febrilem primo motum exsuscitat; deinde vi febris ad fauces protruditur, ibique consistit, pustulas leuiores, atque vlcuscula benigniora cum phlogosi efficiens. Sanguine per metastasin sic repurgato, nec amplius cor, arteriasque praeter naturam irritante febris omnino decedit. *Curatio.* In hac igitur quoniam acer humor morbum facit, non temere, neque sine vrgente dolore, et difficultate deglutiendi sanguinem mitti licet. Tentari prius debent attemperantia; reuellentia; eccoprotica; fomenta; gargarismata anodyna, et demulcentia, et copiosus aquae hordei potus. Si his nec dolor, nec phlogosis, nec febris remittat, sanguis detrahendus quidem est, sed parca, et cauta manu. Pustulis vero, siue aphthis, vlcusculisue ea adhibenda propemodum sunt, quae supra (§. CCCCXIV. *et seqq.*) accurate exposita fuere. Sin vero haec dolorem exasperent, quemadmodum primo attactu fieri solet, poterit is leniri aqua hordei cum lacte remixta, aut succo semperuiui majoris, cui mel, aut syrupus althaeae adjectus sit.

 De-

Detersa tum fuerint vlcuscula, sensim tum omitti debent detergentia paullo acriora, vt illa cor possint *).

*) Ad hanc speciem videtur referenda angina epidemica, quam describit REGNAVLTIVS (*Journ. de Méd.* T. 57. *Iuin.* 1782. p. 528.). In ea enim fauces saepe aphthis afficiebantur, et interdum iis non carere visa est interior tracheae tunica, vt ex sectione cadauerum patuit, sed aliquanto magis anomala, et perniciosior illa fuit. Male ferebat sanguinis missionem. Interdum tamen secta vena jugularis, vbi suffocatio imminebat, morbum vicit. Vesicantia pariter loco affecto plurimum profuere.

ANGINA TRACHEALIS, SIVE CYNANCHE THE CROVP AB ANGLIS DICTA *).

§. CCCCXXIII.

Est alia anginae species, quae in regionibus humidis, et frigidis frequentissima occurrit, quaeque a Scotis, cum ei maxime obnoxii sint, vernacula lingua *croup*, vel *chock*, vel *stuffing*, id est strangulatus, siue suffocatio nominatur. Infantum, et puerorum fere propria creditur, sed falso, cum adultos etiam corripere interdum obseruata sit; quos tamen minus grauiter ab ea affici, fatendum est, vt animaduertit in epidemica constitutione Cremonensi ann. 1747. et 1748. Cl. MARTINVS GHISIVS *a*). Illos vero frequentius infestat. Quo nomine, et strangulationis ratione, et exitii celeritate adeo ad *anginam gangraenosam malignam* accedit, vt pro vna, eademque a quibusdam accepta sit. Sed quo facilius vtriusque differentia discernatur, non alienum erit ejus descriptionem mox in medium proferre. A sede, quam tenet angina haec, rejectis aliis minus aptis nominibus, eam appellandam censui; adjuncta tamen anglica denominatione, vt a ceteris cynanches speciebus, a quibus reapse differt, diuersa esse comperiatur.

*) Syn-

*) *Synonyma.*

Suffocatio stridula Fr. HOMII, *An Inquiry into the croup Edimb.* 1765. *Asthmatis species, Anglice* CROVP *dicta*, BVCHANII, *Medic. domest. T.* 4. *p.* 182. *edit. Paris.* 1778. *Cynanche stridula* WAHLBOMI, *Barattelser till Riksens stander an.* 1765. *Angina suffocatoria* ENGSTROEMI, *Berattelser till Riksens stander varand Medicinal etc. an.* 1767. *Angina strangulatoria*, *et morbus strangulatorius* QVORVMDAM. *Angina polyposa*, *siue membranacea* CHRIST. FRID. MICHAELIS, *De Angin. Polyp. Gotting.* 1778. *Alterum anginae epidemicae genus ann.* 1747. *et* 1748. MARTINI GHISII, *Lett. med.*, *lett.* 2. *Cremon.* 1749. An *angina maligna epidemica* MALOVINII? *Mem. de l'Acad. Roy.* 1746.

a) GHISI *Lett. med. Lett.* 2. REGNAVLT *Journal de Med. T.* 57. *pag.* 527., vbi etiam adulti in hunc morbum incidisse memorantur.

§. CCCCXXIV.

Plerumque epidemice discurrit; non nunquam etiam sporadice, et sparsim infestat. Quoniam vero infantibus, et pueris frequentissime accidit, qua ratione in his praesertim se explicet, desaeuiatque, dicendum erit; nam facile hinc elucescet, quomodo in adultos etiam impetum faciat. Sequar autem cl. CHRIST. FRIDER. MICHAELIVM, qui hujusce morbi historiam prae omnibus aliis accuratissime conscripsit *a*), et opportunissimis animaduersionibus illustrauit. Amittunt, inquit ille, infantes, et pueri, quibus morbus imminet, natiuam hilaritatem, et consuetam ad jocos, atque alia oblectamenta procliuitatem. Hinc tristes, morosi, difficilesque fiunt, et solito magis incalescunt. Linguam habent albo muco obductam, et quandoque etiam sordibus foedam. Mox dolorem aliquem in trachea accusant, plerumque obtusum, interdum pungentem. Saepe colli pars anterior, qua dolenti tracheae respondet, tumidior apparet, et pressione, etsi non admodum acutum, doloris tamen sensum aliquem percipit. Facies quoque turget, et rubet; sitis

Descriptio.

Quae morbo imminente accidant.

non exigua est; maxima in somnum propensio, e capitis dolor premit.

a) *De angin. polyposs. p. 10. et seqq.*

§. CCCCXXV.

Morbus jam praesens.

Ad haec morbi praeludia, siue mauis initia, succedit cito febris cum pulsu celerrimo, et duro, raucedine, tussi breui, et primum semper sicca, stillicidio sanguinis e naribus, aliisque symptomatibus catarrhalibus. Superuenit modo citius, modo serius spirandi difficultas, initio leuissima, deinde grauissima cum suffocationis periculo. Laesae respirationis, suffocationisque incumbentis *nulla* manifesta caussa se prodit; nam inspectis faucibus nihil praeter naturam inuenitur, nisi quod *aliquando* paullulum niteant, aut tenaci muco *induantur.* Cum ista difficili respiratione, plerumque profunda, raro celeri conjungitur sonus quidam peculiaris, qui verbis exprimi apte nequit, sed facillime discernitur ab iis, qui semel eum audiuerint. Si cuiquam voci comparandus is est, nullam ei magis similem inuenies, quam illam ipsam, quam juniores gallinae edunt. In quibusdam sonus iste singulas inspirationes comitatur; in aliis tum solum auditur, cum vel clamant, vel tussiunt. Praeter spirandi hanc difficultatem, saepe vomituritio, imo vomitus, quo insignis materiae tenacissimae copia ejicitur, aegros exercet. Nonnullis tamen vomitus inanis est, nihilque eo expellitur. Compluribus manus, et pedes tumefiunt; tonsillae vix vnquam, et, si quando parum certe.

§. CCCCXXVI.

Augmentum.

Citissime haec omnia (§. CCCCXXV.) ita increscunt, ferociuntque, vt qui paucis ante horis nulla medicina egere videbatur morbus, jam saepius omnem medendi diligentiam superet. Tanta enim anxietas, et spiritus angustia miseros torquet, vt quo-vis

momento mors ex suffocatione immineat. In-
im illaesa manet deglutiendi facultas, aut si quid
titur vnquam, leuissimum id plane est. Vrina,
ae clara ante erat, et aquosa, tunc sedimentum
bum deponit; et pulsus, qui celeritatem cum du-
ie, et fortitudine conjungebat, in debilem, mol-
simum, imo intermittentem commutatur. Inter
ec non raro euenit, vt tussi, naturaeque ope non
do copiosissima alba, caseiformis, tenax materies,
rum etiam concretiones cauae, tubuliformes,
mbraneae, figuram asperae arteriae, ac bron-
iorum perfecte referentes extundantur. Qua ex-
tione respiratio in primis plurimum subleuari
et, et omnia fere in melius mutantur. Imo si
ta haec glutinosa materies, siue membraneum
ncrementum, vel magna ejus saltem pars ejecta
erit, aeger ab orci faucibus continuo eripitur,
conualescit. Sin vero potior adhuc materiae
utinosae, et caseo similis, aut membranae tubuli-
rmis portio intus relinquatur, aut, etsi rejecta,
o nimis regeneretur, mox omnia ingrauescunt
rum, et in pejus ruunt, sic vt, quem seruatum
edidisses, morbi vi denuo aeger obrutus extre-
im fatum experiatur.

Membranae tubuliformes extussiuntur.

Interdum regenerantur.

§. CCCCXXVII.

Animaduertendum quoque est, non raro, et su-
o praeter rationem, et sine vlla materiae obstruen-
excretione omnia sic in melius verti, vt liberior,
o naturalis omnino respiratio reddatur, et infan-
, pueriue e lecto surgere, et obambulare possint;
ullo post vero fallaci huic symptomatum quieti
uum repente succedere insultum, saepenumero
grauem, vt eum, qui momento vno, vel altero
us cum sociis ludebat, aut cibum appetitu opti-
sumsit, mors repentina abripiat. Ceterum alii
tiore mortis genere, aucta nimirum anxietate, et

Fallax morbi mitigatio.

 semper

ſemper difficiliore reddita reſpiratione, tuſſi deni-que ceſſante, et pulſu intermittente, et tremulo facto pereunt. Sed lentum ejuſmodi genus mor-

Nullus certus finis terminus.

rarum eſt. Illud prope perpetuum perhibent, quod ad extremum vſque vitae terminum ſenſuum, rationiſque vſus perfecte integer ſeruari ſolet. Nullis certis limitibus, aut diebus morbus adſtrin-gitur, quibus aeger euadat, aut occumbat. Plurimos tertius, vel quartus, imo interdum ſecundus dies occidit; nec tamen inſequentes periculo ca-rent; cum ab HALENIO referatur exemplum, in quo decimus octauus dies lethum attulit. Cum plures poſt tertium, aut quartum diem ſanati ne-rantur; ſunt tamen qui tardius ad integritatem redeunt. Prouectiores diutius morbum trahunt. Puer duodecim annorum poſt quinque demum hebdomadas, rejecto tum peregrino corpore, ſeruatus *a*) fertur, et ſartor ille TVLPII multo adhuc longius vitam produxit.

a) *Act. N. C. T.* I.

§. CCCCXXVIII.

Huc vſque MICHAELII deſcriptio tum ex pro-pria, tum ex aliorum obſeruatione diligenter de-promta. Cumque eidem quam ſimillima ſit illa, quam inter primos certe, et in Italia fortaſſe ſolus hujuſce exitioſiſſimi morbi epidemice in vrbe Cre-mona graſſati accuratiſſimus obſeruator, MAR-NVS GHISIVS, jam diu edidit; operae pretium duxi, italicaeque medicinae hodie apud exteros in-juria deſpectae perhonorificum, ſi anginae hujus hiſtoriam jam traditam ejus quoque obſeruationi-bus illuſtrare non praetermiſero; id enim tam te-mi, fallaciſſimique morbi cum diagnoſin, tum cu-rationem quam maxime adjuuabit. Dabo autem operam, vt non pluribus, quam ipſe auctor, verbis

t. summatim quoad licet, rem comprehendam.
: igitur species anginae, quae annis 1747. et *Descriptio constitutionis epidemicae Cremon. 1747. 1748.*
8. epidemica apud Cremonenses exstitit, erat
x, et lethifera, quin fauces vllo modo laederet,
deglutitionem deprauaret. Hinc aliquos in-
ós homines, et complures pueros, quibus apta
icina defuit, adoriebatur, et neci dabat. Inso-
bibendi cupiditas, facies pallida, tussis asper-
, assidua, et consueti sonitus expers, vtpluri-
ı sicca; spirandi difficultas; ardor, dolorque
semper circa laryngem molestus; febris cum
no interiorum partium, exteriorum vero per-
ıo calore conjuncta; pulsus parui, et plerum-
ınaequales; magna corporis jactatio; vox clan-
; et quandoque respiratio sibilans communia
t omnibus symptomata; quae breui vehemen-
facta, citissime eo aegros redigebant, vt pul-
naxime inaequales, et intermittentes, cutim
ue aridam, extremaque corporis frigida habe-
; nullo modo decumbere, aut loco conquie-
possent; spiritum aegerrime, et celerrime
horrendo stertoris perpetui murmure duce-
Ore enim hiante, ceruice tumida, et poste-
versus retracta, et trachea, in primis ejus ca-
siue larynge sursum ad maxillam inferiorem
proxime adducta, et extrorsum anterius ve-
ntissime protrusa inspirationem obibant, siue
idem est, oppido sublimem, vt eam vocauit
OCRATES, habebant respirationem. Sicque
rime vexati, alii tertia, aut quarta, alii quinta,
andoque etiam secunda, aut septima ab angi-
rincipio die suffocabantur.

§. CCCCXXIX.

ıssis autem *vtplurimum sicca* (§. CCCCXXVIII.) *De tussi animaduersiones.*
hic dicitur; quia copiosa sputa, quae non
nulli

nulli exscreabant, non ex trachea, aut larynge, sed ex ipsis faucibus educebantur. Ibi enim magna lymphae, et muci vis ex irritatis glandulis tonsillaribus, et folliculis mucosis expressa coacervabatur.

Sputa qualia. Quod si aliquando aliquid tussis ope ex viis respirationis extundebatur, id erat membranae instar, simillimum adamussim concretionibus illis gelatinosis, quae in summo sanguine e vena pleuriticorum extracto, aut in praecordiis cadauerum sub nomine crustae pleuriticae, aut pseudopolypi reperiri solent. Puella sexennis pridie, quam moreretur, tussiens cum suffocationis metu eiecit ex larynge non modicum frustum albae, et solidae materiae, quae formam, et cauum totius tracheae, et bronchiorum apprime referebat.

Crisis bona. Reapse, si *quis tanto* e periculo euadebat, is judicabatur quidem *vel* multo sputo lymphatico, et sanguine tincto, aut sudore et vrina vbertim manantibus, aut metastasi ad pulmones: quae, licet in aliis fere mortifera esse soleat, in hac tamen specie, si septimam diem superaret, in lentam, longamque, sed vtilem suppurationem desinebat.

Metastasis ad pulmones interdum vtilis. Nam pure per tussim probe educto, sicque euacuata vomica aeger seruabatur et conualescebat. Sed de iis, quae in Cremonensi illa constitutione contigerunt, jam satis.

§. CCCCXXX.

Cadauerum sectiones. Superest, vt ad complendam morbi historiam, ejusque naturam rite cognoscendam, quid cadauerum eorum, qui inde perierunt, sectiones docuerint, paucis aperiamus.

Exterior cadaueris habitus. Exterior corporis habitus, qualis in strangulatione peremtis, apparet; facies plerumque liuet, et tumet; oculi prominent, et sanguine turgent; colli venae inflatae sanguine, et sanguine quoque anterior ceruix tumida, et rubens reperitur. Fauces nulla labe, aut inflammatione

e contaminantur *a*), si excipias, quod aliquan- *Fauces fere naturales.*
landulae ad linguae radicem sitae turgescunt,
irum excretorii ductus aperto, et dilatato ostio
it *b*). Magna item muci vis circa glottidem *Mucus circa glottidem.*
iia obstruens plerumque offenditur *c*). Trachea *Tracheae vitia, et noxae.*
o sub larynge modo vniuersa interiori facie
xtr vsque bronchia inflammata *d*), modo ab
ii inflammationis nota immunis *e*) deprehendi-

Membrana autem tubuliformis, siue concre- *Membrana tubuliformis.*
nembranea interiorem tracheae faciem succin-
;, modo longissima, et ab ipsa larynge ad vlti
bronchiorum diuisiones protensa, quae educta
ram continentis partis omnino ostendit; modo,
uidem frequentius, infra laryngem tantum sita, *Ejus varietates.*
nulto breuior; in aliis paruum arteriae asperae
ium occupans *f*); in aliquibus in media dum-
it trachea parui concrementi albidi frustum re-
ns, simillimum illis, quae extussita fuerunt *g*);
nonnullis tenuissima; interdum crassissima, vt
im cauum oppleat; interdum mollis, et facile
erpenda; aut contra tenax, et glutinosa valde
irrit. Colore plerumque est albido, et nitido,
uando rubris maculis variegato, quandoque
m cineraceo, aut nigro. Nullibi adhaerere in- *Nulla ejus adhaesio.*
ori tracheae tunicae videtur, sic vt pro intima
tunica, quae integra subter inuenitur, haberi
ieat. De ejus structura non conuenit inter ob- *Fabrica.*
atores. Alii eam ex vasis sanguineis contextam,
ex fibris longitudinalibus, aut striatis composi-
dicunt. Verum si rite examinetur, inorgani- *Inorganica est.*
dices, ex mucoso, lymphaticoque humore con
am, non dissimilem polyposis concretionibus,
interdum vel a peripneumonicis exscreantur,
juod omnem membranae verae naturam exclu-
in aqua cum sapone omnino solubilem. Non
membranea ista concretio cum aqueo, et spu-
mofo

moso liquore, imo cum aqua quadam coniuncta. In quibusdam etiam glandulae, quae circa bronchia ad horum in pulmones ingressum locantur, numero multae, et praeter modum induratae sunt. Pulmones in multis perfecte sani; in aliis sani quidem, sed pleurae adhaerentes, et non nihil infarcti; in aliis multo rubore suffusi, et sanguine concreto repleti, aut obscure fusci, maculisque nigris passim notati *h*); quandoque ita rubentes, vt etiam interius inflammati appareant, sed colore valde diuerso, qualis erysipelatodes est, nec ab ejusmodi phlogosi pleura, et diaphragma alicubi, scilicet qua pulmoni grauius inflammato, aut adhaerenti respondent, immunia euadunt *i*). Nec rarum est, pulmones deprehendi materia quadam albida plenos, qua omnes bronchiorum rami obstruantur. Hac vero ablata facile etiam aliquid sanguinis pressione exprimitur. In quibusdam etiam pure scatentes, aut aëre multo tumidos *l*). Cor, pericardium, mediastinum, et thymus plerumque sanissima, nisi quod vena caua, et dextri sinus atro, et grumoso sanguine, aut pseudopolypis saepe scateant, dum sinistri, et aorta inanes sunt *m*). Nec deest quandoque in alterutro, aut vtroque thoracis cauo aquae effusae modo plus, modo minus *n*). In abdomine omnia juxta naturam. In capite vero tam subcutanea, quam piae meningis, et plexus choroidei praeter modum varicosa, ac dilatata, qualia in strangulatis esse consueuerunt.

Marginal notes: *Glandulae bronchiales.* — *Pulmones.* — *Cor, et praecordia.* — *Abdomen.* — *Caput.*

a) GHISI *l. c.* MICHAEL. *l. c. a p.* 10. *ad* 22. *b*) MICHAEL. *ibid.* *c*) MICHAEL. *l. c.* *d*) GHISIVS *l. c.* MICHAELIVS *l. c.* *e*) MICHAELIVS *l. c.* *f*) MICH. *l. c.* *g*) GHISIVS *l. c.* *h*) MICHAEL. *l. c.* *i*) GHIS. *l. c.* *l*) MICHAEL. *l. c.* *m*) GHISIVS *l. c.* *n*) MICHAEL. *l. c.*

§. CCCCXXXI.

Sedes, et natura morbi. Ex iis igitur, quae in historia morbi exposita sunt, et deinde ex his, quae in cadaueribus defunctorum ...

ftome detexit, satis colligi licet, morbi sedem in ... era arteria perstringi, atque adeo anginam esse ... chealem, siue cynanchen, modo phlegmonodem, ... do, et fortasse frequentius, erysipelatodem, mo... catarrhalem tantummodo; cujus praecipua, et ... opria symptomata efficiunt febris, dolor, aut ar... r in ipsa trachea; tussis primum sicca, consueti ... itus expers; vox rauca, stridula, aut clangosa; ... piratio strepens, et cum sibilo voci juniorum gal... arum simili; vehemens laryngis eleuatio, et faci... citusque ad suffocationem lethalem transitus; et ... num, quod peculiare ejus est, mucosa, lympha... ique concretio tracheam, et bronchia obstruens, ... saepe sub membranarum tubuliformium forma ... tussim ejecta. Hanc vero membraneam con... tionem verosimilius esse, partim ex copioso, den... ue muco, quem glandulae, siue folliculi trachea... eructant, partim ex tenui lymphatico humore, ... ora extrema arteriarum exhalant, aut arteriarum ... rganici meatus exsudant, coacto, et concreto ... iflari, cauearumque, et canalium, in quibus con... itur, formam recipere, et exhibere a).

Signa diagnostica.

a) GHISI *l. c.*

§. CCCCXXXII.

Perspicuum etiam videtur, non vnam ejus esse ... ıram, sed variam, prout temperamentum, ha... s corporis, aetas, sexus, anni tempus, tempe... um constitutiones, aëris ratio, aliaeque caussae ... ecedentes, aut procatarcticae variantur; nec ... m signum pathognomonicum existere, ex quo ... am dignoscatur, sed symptomatum praecipuo... syndrome, et concursu ejus diagnosin a) in... oportere. Dissimulandum tamen non est, fa... anginam hanc cum aliis congeneribus morbis ... undi posse, videlicet cum angina tracheali in... flamma-

Multiplex ejus natura.

Nullum signum pathognomonicum.

Confundi potest cum aliis morbis.

flammatoria pura (§§. CCCLXXV. CCCLXXVI), cum catarrhali, aut serosa (§. CCCXC.), cum illa, quae ab illapsis in laryngem corporibus (§ CCCIIII) nascitur, cum catarrho suffocatiuo ettmvlleri, cum tussi conuulsiua *coqueluche* vulgo dicta, similis. Verum singula haec mala peculiaribus quibusdam notis discriminantur. Angina inflammatoria trachealis pura non adeo fallax, et subdola est, sed manifesto acutior, et inflammationis verae phaenomenis comitata. Dolorem in larynge, et trachea exhibet acriorem, et magis molestum; sibilum peculiarem in inspiratione, qualem indicauimus, omnino tem non habet, neque vocem edit gallinaceae similem, neque frustula membranea, de quibus memoratum est, et tubuliformes concretiones tussi ejicit b).

Discrimen inter hanc, et anginam inflammatoriam puram trachealem.

a) MICHAEL. *l. c.* b) *Id. ib. p.* 128.

§. CCCCXXXIII.

Discrimen, quo differt ab angina catarrhali.

Distinguitur quoque haec anginae species a catarrhali, siue serosa, quod in hac tument fauces, et glandulae lymphaticae; raucescit quidem vox, sed non stridet; tussis sonitu consueto non caret; respiratio si quid patitur, nunquam tamen adeo increscit, vt ad suffocationis periculum pertingat, et demum nihil membraneum, aut tubuliforme excutitur. Ab angina vero, quam illapsa in asperam arteriam corpora inducunt, nostra haec vel ex anamnesi, siue antecedentium commemoratione internoscitur. Differt quoque ab asthmate conuulsiuo, quod in hoc insultus illico grauissimus corripit, dum in illa a paruis, incertisque principiis malum exorditur; quod peculiaris sibilus, et vociferatio, et stridor abest; aspera arteria neque dolet; statis quibusdam temporibus accessio repetitur; vrina tenuis, et aquosa, et crebra redditur; pulsus paruus, contractus, spasticus, non febrilis

Ab asthmate,

ſt, neque vlla membranarum rejectio contingit. ſimilibuſque prope notis, et diſcriminibus a catarrho ſuffocatiuo ETTMVLLERI, itemque a tuſſi conuulſiua, eam non arduum eſt diſtinguere *a*), et ſic porro.

A catarrho ſuffocatiuo. A tuſſi conuulſiua.

a) MICHAEL. *l. c. p.* 122. 123. 126.

§. CCCCXXXIV.

Facilius quis falli poteſt ab angina hac tracheali ſtrangulationem afferente, dum ſtrangulationis ratione anginam gangraenoſam malignam, quando haec ad laryngem progreſſa eſt, quodammodo aemulatur. Verum vtriuſque deſcriptione mutuo collocata, ceſſabit omne errandi periculum. Conſideret is in primis in angina gangraenoſa maligna putredinis indicia, oris foetorem teterrimum, nauſeam, vomitionem, alui dejectiones, ſudoreſque foetidiſſimos, puniceum faucium ruborem, paruas plerumque vel primo, aut altero nychthemero in faucibus exortas puſtulas, aut albas, mucoſas, cinereas, liuidaſque maculas, cito totas tonſillas occupantes, lateque ſe diffundentes, et eſcharas inde natas, et paullatim deciduas, vlcera ſubter depaſcentia relinquentes. Nam ex his ſolis cognoſcet, ingens inter vtramque eſſe diſcrimen. Praeterea animaduertat, plus deglutitionem, quam reſpirationem, in gangraenoſa angina laedi, tracheam nullo dolore affici, aliam vocis rationem eſſe, ſaepe delirium ſuperuenire, et membranas illas tubuliformes non exſcreari; et, ſi vnquam fruſtula quaedam membranea in angina gangraenoſa, aut vlceroſa, vt quandoque incidit, extuſſiuntur, vera haec eſſe membranae fruſtula, non tamen tubulata, ſed e faucibus, puſtuliſque diuulſa, et decerpta, quae in aqua cum ſapone nequaquam ſoluuntur *a*).

Quomodo diſtinguatur ab angina gangraenoſa maligna.

a) *Id. l. c. p.* 113.

Curatio.

§. CCCCXXXV.

Quoniam morbum adeo fallacem, et adeo praecipitem subita, et fere ineuitabilis suffocatio excipit, vitamque atroci specie adimit, sic, vt paucissimi seruentur: idcirco si vnquam alibi, hic certe summa celeritate opus est, vt periculum certo iminens, quanta fieri potest cura, auertatur. Si quid igitur spei est, id totum in sanguinis missione initio statim instituta ponitur, vtpote quae praesertim, si in brachio fiat, saepe sola omne malum depellit. Repetique id auxilii genus potest vel in ipsis pueris, quoties pulsus, et cetera indicantia vrgeant *a*). Hirudines collo applicitae, et scarificationes sanguinem detrahunt vtiliter, et minus viribus nocent. In Cremonensi epidemica constitutione, vt testatur Cl. GHISIVS *b*), nemo euasit, nisi ope citissimae, largae, ac repetitae venae sectionis, et cucurbitulae postea supra laryngem cum scarificatione adhibitae; non omissis interea pedum balneis, et paruis, sed crebris haustibus aquae cuiusdam pectori amicae, et tepidae, et linctu subinde olei amygdalini recentissime sine igne expressi, quo pars posterior asperae arteriae fouetur, humectatur, et emollitur. Hac curandi ratione non solum aliquot pueros, verum etiam non nullos adultos, ad quos ingruente morbo statim accitus est, seruatos idem ipse vidit. Horum autem alii breui conualuerunt, multa lymphatica materia, sanguine tincta, per tussim rejecta; alii sudoribus toto corpore effusis, et vrinae copia; metastasi ad pulmones, et in lentam, sed vtilem, laudabilemque suppurationem, qualem HIPPOCRATES jam memorauit *c*), desinente.

Spes omnis in matura sanguinis missione.

Cucurbitula supra laryngem scarificata.

Pediluuia, potus tepidus, linctus oleosus.

Sputatio, sudor, vrinae copia, metastasis.

a) MICHAEL. *l. c. p.* 194. 195. *b*) *L. c.* *c*) *Aph. sect. V.* 10

§. CCCCXXXVI.

§. CCCCXXXVI.

Inter initia laudantur anodyna, et simul diaphoresin promouentia, vtpote quae caussam tollunt. Hinc opium, camphora, spiritus Mindereri, et tartarus emeticus exigua, et refracta dosi alterantis in modum *a*); sed multo magis accommodata, et opportuna, censentur potus saponaceus antiphlogisticus, nitrum, oxymel, atque enemata. Nec omittenda eccoprotica, si saburra gastrica, aut serosa colluuies educi, aut reuelli debeat, quo spectant magnesia alba cum saccharo, pulpa cassiae, electuarium lenitiuum, manna sero lactis soluta. Non ita tutus emeticorum vsus est, et, si vnquam vomitus ciendus videatur, magna id fiat cautione, et prudentia, nam periculum est, ne suffocationem acceleret *b*). Vesicantia potius circa collum, et ad ejus latera, aut anteriori ceruici, aut etiam posticae ejus parti admota non carent laudatoribus *c*). Hae quoque partes oleo, et spiritu salis ammoniaci non sine emolumento inungi posse a quibusdam dicuntur *d*). Atque haec quidem primo morbi stadio conueniunt. In altero vero, vbi et suffocationis metus est, et magna glutinis, mucosique humoris copia viae aëreae obstruuntur, ad expectorantia, et incidentia properandum est. Inter haec primas tenent oxymel scilliticum, sulphur antimonii auratum tertiae praecipitationis, gummi ammoniacum, vapor aceti calidus ore hauriendus, et similia. Sed haec omnia non sine delectu, et matura deliberatione in vsum vocentur. Si inflammationis verae, aut erysipelatosae symptomata magis vrgeant, mitioribus blandioribusque medicamentis tutius erit vti; sin catarrhalis, pituitosique affectus praeualent, paullo audentius agere, et aliquanto acriora tentare tum licet. Non desunt qui audeant hic quoque emesin proponere. Sed quantum discriminis habeant

In hoc item primo stadio quae conueniant.

Antiphlogistica.

Eccoprotica.

Emetica suspecta.

Vesicantia vtiliora.

Topica.

Quae in secundo stadio apta sint.

Incidentia et expectorantia.

Cautio.

beant emetica in ita proximo suffocationis metu, viderint prudentiores e). In extremo suffocationis

Tracheotomia. periculo sola tracheotomia, reliquis irritis, spem aliquam facit, quamquam non ab omnibus probetur f) *).

a) MICHAEL. l. c. p. 197. b) Id. ib. p. 203. c) Id. p. 207. d) Ib. p. ead. e) Id. p. 210. f) Id. p. 217. et 220.

*) Tracheotomiae feliciter institutae in puero hac anginae specie periclitante exemplum mecum communicauit per litteras Londino ad me datas IACOBVS LOCATELLVS medicus magnae exspectationis, qui eam vidit a celebri Londinensi chirurgo ANDREE dexterrime adhibitam in hunc modum: Primum sectione longitudinali a glandula thyroide versus sterni apicem producta, et tres circiter digitos latos longa, integumenta diuisit. Trachea deinde solerter detecta, transuersim inter secundum, et tertium ejus annulum nectentem membranam dissecuit, et similem aliam incisionem inter quartum, et quintum annulum fecit, sic vt duo annuli inter vtramque incisionem transuersalem comprehenderentur. Ex his, qua anterius spectant, duabus aliis lateralibus sectionibus frustulum quadrangulare exemit. Quo factum est, vt hiatus satis idoneus ad aëri inspirando, et exspirando, tum concretioni membraneae, quae suffocationem intentabat, expellendae aptus esset. Ex hoc hiatu continuo prodiit non exiguus aëris vis, nulla vero membraneae concretionis pars. Duobus post diebus per se quaedam hujus portio erupit per artificiosum ejusmodi hiatum; sic vt quod intus remanebat, manu deinde extrahi potuerit. Puer autem intra quindecim dies perfecte conualuit.

ANGINA CONVVLSIVA BOERHAAVII,

De cognosc. et curand. morb. §. DCCCXVIII.

§. CCCCXXXVII.

Definitio. Haec est ea faucium, siue laryngis, pharyngisque constrictio, quam earum spasmus efficit. Hinc etiam *spasmodica*, aut, quia mulieribus, ac viris hy-

pochon-

pochondriacis familiaris est, *hysterica*, aut *hypochondriaca* vocitatur.

§. CCCCXXXVIII.

Cognoscitur ex sensu constrictionis, aut globi, aut alius corporis, interdum oblongi, et cylindrici faucibus infixi, aut ibi haerentis; inflatione, aut rigida tensione vicinarum partium cum aliquo interdum dolore; spirandi, aut deglutiendi difficultate per interualla cessante, et redeunte; vocis interceptione, aut aphonia; pulsu paruo, duro, debili, abdito, raro, minime febrili; refrigeratione externarum partium; interdum tremore; borborygmis, doloribus ventris, aut stomachi; vrinis pallidis, crebro, et copiose redditis; oscitationibus, pandiculationibus, aliisque conuulsiuarum affectionum symptomatibus. Antecedunt caussae, quae proxime neruos, aut fibras ad laryngem, pharyngemque spectantes, aut neruorum originem, aut eorum in imo ventre propagines irritant, vti halitus, vaporesque sulphuris, nitri, vitrioli inspirati; acria vorata, aut comesta; herpetica, arthritica, scabiosa materies retropulsa; vteri, viscerumque abdominalium, in primis stomachi, vitia; menstrua imminuta, aut suppressa; hypochondriaca affectio; animi pathemata, et in primis moeror, aut ira compressa, ac diuturna.

Diagnosis. *Caussae.*

§. CCCCXXXIX.

Plerumque periculo vacat iste morbus, nisi ex vitio aliquo per se grauiore oriatur. Sed diuturnitate, et pertinacia aegros fatigat, et saepius recurrit post breues inducias ex leui quauis caussa procatarctica. Curatio varia esse debet pro caussarum euidentium ratione; petique potest ex iis, quae alibi aduersus neruorum rigorem, distentionemque commendauimus. Hinc modo aër purus, atque

Prognosis. *Curatio.*

apertus cum oleosis, et demulcentibus, modo eccoprotica, modo sanguinis missio, modo anthysterica, et paregorica, modo purificantia, et diaphoretica opportuna sunt. Generatim, vbi ataxia neruorum, hystericaque affectio est, graueolentia naribus, cucurbitulae siccae cruribus, et femoribus admoueri, pedes, et manus in calidam demitti vtiliter solent; aluusque enematis blandis laxari. Puellam sensibiliorem, quam anthysterica nihil leuarant, postquam horis quadraginta octo nihil deglutire potuerat, extemplo sanauit SWIETENIVS a) cucurbitula sine scarificatione posteriori ceruici affixa. Anginae conuulsiuae, quae a primarum viarum cacochylia pendebat, profuit emesis, et catharsis b), non facile alias administranda. Aliis nequidquam juuantibus, raro optato effectu caret epispasticum, aut vesicans occipiti applicitum. Hujusmodi morbum in foeminis etiam exquisitiori sensu praeditis pluries felicissime expugnauit IO. TARGIONIVS TOZZETTIVS c) in hunc modum: Sanguinem e vena pedis primum detrahendum curabat, deinde cucurbitulas scarificatas scapulis admouebat. Demum, perstante pertinaciter adhuc malo, cantharidibus vesicas amplas vtroque in brachio, aut vtroque in sura excitabat. His mirum est, quam celeriter angina conuulsiua soluatur.

a) *In* BOERHAAV. §. 818. b) *Essays de Méd. d'Edimb.* *T. I. p.* 277. c) *Osservaz. medic. p.* 113. *et seqq.*

ANGINA PARALYTICA.

§. CCCCXL.

Quid in angina paralytica laboret. Si musculi linguae, pharyngis, atque oesophagi motibus inseruientes resoluantur, deglutitio laeditur, aut aboletur. Huic morbi generi *angina paralytica* nomen est. Raro in hac respiratio aliquid patitur

atitur SWIETENIO judice, quod musculi respira- ioni dicati ad thoracem potius, quam ad fauces, uarum morbus angina est, attinere videntur; nisi nusculi scaleni, et spinales colli vna afficiantur. Hemiplegiam, paraplegiam, apoplexiam, aliaque nala peculiarem quarumdam partium paralysin inlucentia subsequitur haec anginae species. *Deglutitio laeditur.* *Caussae.*

§. CCCCXLI.

In ea cibi, potus, et saliua deglutita per nares, ut os refluunt, et quasi resiliunt non siue suffocaionis periculo. Nullus est in faucibus constrictionis sensus, nullus tumor interior, aut exterior, febrisque nulla. Neque quidquam in oesophagum lemittere possunt ea correpti, aut difficulter, et ente id faciunt pro majore, vel minore resolutionis gradu. Solidiora tamen minus aegre, quam liquida, deglutiuntur. Supini magis laborant, quam erecta ceruice. Si parua cerea candela, aut flexilis balaenae pinna in fauces indatur, nullo obstaculo inuento oesophagum facile peruadit, et libere ad ventriculum vsque detrudi posset. *Diagnosis.*

§. CCCCXLII.

Id mali etiam a vertebrarum colli luxatione proficisci, perspectissimum est. Sed tum, si perfecta luxatio, praesertim in adultis, fuerit, lethalis paraplegia simul adest. Imperfecta igitur luxatio esse debet, et quidem introrsum, vt paralytica angina oriatur. Vix autem ea locum habet, nisi in supremis colli vertebris, atque in junioribus, tenerioribusque corporibus, quibus vertebrae illae cartilagineae magis sunt, minusque firmis ligamentis connectuntur, vt optime animaduertit SWIETENIVS *a*). Hujusmodi luxationem non modo in aphorismis HIPPOCRATES *b*), vbi de juniorum morbis loqui- *Interdum fit ex luxatis colli vertebris.*

 tur,

tur, commemorat, verum etiam in *prorrheticis*, vbi ait: *Qui autem angina laborabant, illorum hae erant affectiones. Ceruicis vertebrae intro vergebant, quibusdam amplius, quibusdam minus, collumque conspicuam intro cauitatem habebat, et hac parte contactum dolebat c*). Et quamuis raro iste morbus occurrat, tamen SWIETENIO contigit semel eum videre à *infante decem menses nato, cui caput retro inclinatum erat, guttur prominulum, et manifesta in ceruice cauitas apparebat. Infans nihil deglutire poterat.* In hoc autem malum inciderat *post validas conuulsiones*, a quibus facile in tenello e loco moueri, et depelli vertebrae colli potuerant, cum ossium luxationes vel in adultis ex hac causa saepe contingere videamus.

a) §. 818. *citat.* *b*) *Sect.* 3. *aphor.* 26. c) L. 1.

§. CCCCXLIII.

Prognosis, et curatio. Plerumque qui angina paralytica affecti sunt, lenta pedetentim macie conficiuntur, et pereunt. Interdum tamen temporis, naturae, artisque beneficio sanantur. Ex caussa vero paralysin efficiente spem, aut periculum metimur. *Curatio.* Curatio autem, si ei vllus est locus, tentanda est iis, quibus reliquas neruorum resolutiones curandas docuimus. Sed quia deglutitio impedita, aut plurimum laesa est, vt bibere, aut comedere aegri nequeant, ali eos oportet vel per fistulam in ventriculum demisso liquidiori alimento, vel enematibus, vt vocant, nutrientibus subter injectis, vel fomentis extrinsecus corpori ex liquoribus alere aptis, vti lacte, vino, jure carnium admotis; nam vasa vbique hiant, quae aliquid absorbeant, et per lymphaticas venas sanguini suppeditent. Balneum etiam ad id accommodatissimum est. In perfecta vertebrarum colli luxatione, in qua spinalis medulla non modo prematur, sed intime

ime labefactetur, et simul magna adsit inflammatio, et febris, nullam superesse spem salutis jam AVLLVS AEGINETA a) docuit. In imperfecta vero, minusque graui tentandam curationem suadet AETIVS cucurbitula circa primas colli vertebras affixa, et saepius auulsa, eo consilio, vt vertebrae in pristinam sedem restituantur b). Eo etiam spectat, ubi lenta vertebrarum luxatio, atque introrsum protrusio facta sit, et omnis inflammatio absit, quotidie manu mento, et occipiti supposita, aut apto linculo accommodato juniores in altum attollere, ac suspendere, vt pondere corporis spina in rectum educatur.

a) L. 3. cap. 27. b) Tetrab. 2. serm. 4. cap. 47.

ANGINA VALSALVIANA, SIVE AB OSSE HYOIDE LVXATO *).

§. CCCCXLIV.

De ossis hyoidis luxatione, ejusque ad deglutiendum impedimento primus omnium VALSALVA a) meminit, deinde PETRVS PAVLLVS MOLINELLIVS b), quorum alter vnum, alter duo exempla hujusce morbi in medium protulit, vt nullum de eo superesse dubium possit. Itaque luxatur os hyoides, non vti humerus, vel digitorum phalanges, aut ossa alia, quorum articulos cauum aliquod excipit, e quo, cum luxantur, excidunt: sed ea ferme ratione, qua luxantur ossa cartilaginibus vna connexa, vti ossa pubis, coccygis, nasi. Tum enim luxari coccyx a chirurgis dicitur, cum ita distorquetur, distrahiturque, vt manus opera ad eum in suam sedem reducendum opus sit. Idem ferme accidit ossi hyoidi, et speciatim ejus cartilaginibus. *Luxatio ossis hyoidis.*

*) *Synonyma.*

Dysphagia Valsaluiana SAVVAGESII *Nosol. cl. VII. n. XVII.* Ad anginas vero nos id mali referendum duximus,

mus, quod impedimentum in ipsis faucibus consistit, an infra. Quae enim difficultates deglutiendi caussam in faucibus dissitam habent, has tantummodo ad Dysphagiam spectare credimus, vt capite *de Dysphagia* dicemus.

a) Tract. de aur. human. c. 2. n. 20. *b) Comm. In scient. et art. acad. Bonon. T. V. part. 2. p. 1.*

§. CCCCXLV.

Quot modis luxetur os hyoides.

Luxatur autem os hyoides, ejusque appendices vel introrsum, vel extrorsum. Quocumque modo hujus ossis cornua, aut appendices distrahuntur, aut e sua sede deflectant, illud necessario sequitur, vt pharynx quoque, quae cum osse hyoide ope musculi hyopharyngaei jungitur, distrahatur, et sic distracta deglutitionem laedat, impediatue. Si igitur vis aliqua ossi hyoidi vel extrinsecus, vel intrinsecus inferatur, haec illud, vel aliquas ejus partes facile distorquebit, atque adeo luxabit. Sic crassior, duriorque bolus, vel quid aliud simile per vim in fauces, oesophagumque adactum, et deglutitum, extrorsum vrgeat os illud, vel ejus cartilagineas appendices, necesse est; quod erit alterum luxationis genus, ossi hyoidi proprium. Contra violenta manuum in guttur injectio, vel exterior ictus, percussio, pressioque os idem, aut ejus cartilagines introrsum inflectet, atque e naturali sede dimouebit; quod erit alterum luxationis genus, cui illae partes subjiciuntur.

§. CCCCXLVI.

Symptomata diagnostica.

Quando illud incidit, ne gutta quidem, nec quidquam aliud cibi assumi, et deglutiri potest. Interdum etiam summi, et crebri deglutiendi conatus accedunt, quales is experiretur, qui bolum in faucibus haerentem haberet, quae vexatio tanta quandoque est, vt multus, frigidusque sudor vndique effluat, ac pulsus parui, exilesque fiant. Respiratio tamen

loquendi facultas non admodum offenditur. Lanx solus e sua sede dejectus, et veluti incompous apparet. Tumor item aliquis hunc inter, et usculum sterno-mastoideum ex alterutro latere rnitur, eoque loco, quo eleuatio est, si contreetur, dolor percipitur. Si his addas defectum, sentiamque eorum, quae aliarum anginarum sunt opria, eo certius de ossis hyoidis luxatione, orque inde deglutiendi difficultate judicium habis.

§. CCCCXLVII.

VALSALVAE obseruatio, de qua supra memoui, est ejusmodi: Putabat *Bononiensis mulier, quae assiorem bolum deglutiuerat carnis non bene mansae, ultisque imposuerat, se diuexari a bolo in faucibus erente: quem vt inde deturbaret, varia manuum, medicamentorum auxilia tentauit; sed incassum. amque elapsum triduum erat absque eo, quod vllum bum, vel potum assumere potuisset, cum denique a e opem quaesiuit. Ego vero omnibus perpensis, cum aliqua ex appendicibus cartilagineis ossis hyoidis lutionem suspicarer, partem, vt anatomica indicabat gnitio, ita digitis contrectaui, et illico per vnam, l alteram contrectationem omnia in pristinum statum ducta sunt, sic vt immediate absque vllo deglutiendi commodo jusculum sumere, et cibum, mulier modo sperata, potuerit.* Hactenus VALSALVA. Haec oseruatio exemplum sistit luxationis ossis hyoidis caussa intrinsecus applicita inductae. Quas haiit MOLINELLIVS, luxationem hae exhibent, iam genuit vis extrinsecus illata. Prior autem exponitur: *Chirurgus annos agens vigintiquinque, ibitu corporis gracilis, cum nescio quid e manibus erire niteretur robustioris juuenis, manum hic illius colinjecit, atque in mutua illa concertatione virium ad iorem, et dexteram partem vehementer pressit. Nihil*

Confirmatur res exemplis.

Molinellii binae obseruationes.

hil postea solidi, nihil liquidi deglutire chirurgus potuit. Elapsa hora de me auxilium quaerit. Perstabant in ea, quam modo dicebam, deglutiendi difficultatem summos, assiduosque deglutiendi stimulos, atque motus, etiamsi nihil in os quidquam sumeret ad deglutiendum. Eaque afflictatio sic opprimebat intrepidum ceteroquin hominem, ut jam multo, frigidoque sudore perfunderetur, et pulsus exiles fierent, nec diu se vitam, nisi angustiae vis remisisset, omnino trahere posse affirmaret. Haud multum tamen loquendi, respirandique turbatam facultatem dixissem. Larynx tamen deformata non nihil, atque incomposita visa est. Tumor etiam aliquis hanc inter, et musculum sterno-mastoideum dexterum apparuit; ab eoque loco, si tangeretur, dolebat non leviter a). En alteram ejusdem obseruationem in haec verba: *Vir mihi in Nosocomio se obtulit annos natus duos, et quinquaginta, mediocri statura, atque habitu, cujus dexterae, superiorique anterioris colli regionis parti cum manum quis, qua lapidem distringebat, iratus impegisset, tantum passionem illam, quanta in eo, de quo antea diximus, junctam, deglutiendi difficultas consecuta est, anxietas plane non tanta. Nihil difficultate post horas minimum tres remittente Nosocomium petiit b).* Vtrosque continuo

Curatio. in integrum restituit, adhibita, quam mox ex eo-

Obseruatio Auctoris. dem tradam, facili curationis ratione. Eandem ego quoque adhibui cuidam mulieri, quae a viginti jam horis nihil prorsus potuerat deglutire, nec fere me aliquid dicere. Praeter enim difficultatem deglutiendi, de qua querebatur, vocis etiam, et loquendi potestatis non parum amiserat. A viro manu vehementer injecta compressae eidem fuerant fauces. Illico VALSALVAE, et MOLINELLI observationum recordatus, eam ab omni incommodo liberaui intra pauca minuta.

a) L. c. p. 4. b) Ib. p. 6.

§. CCCCXLVI

§. CCCCXLVIII.

Curatio autem sic instituitur: Ministro ad caput *Curandi ratio.* ontinendum delecto, dexterae manus index, si lu- tio dextrorsum inclinet; si vero sinistrorsum, si- istrae index alte in fauces demittitur tonsillam in- r, et linguae basin ex eo latere, in quod luxatio detur protuberare, vel quaquauersum modo in iam, modo in aliam faucium partem, si affecti loci des nequaquam perspecta satis sit. Eodem tem- re index, mediusque digitus sinistrae manus in imo indicato casu, dexterae vero in altero extrin- cus collo transuersim admouentur, eo in loco, i ossis hyoidis sedi respondeat. Indice, qui in uces immissus est, os hyoides leniter promouea- r, flectaturque secundum ejus longitudinem vel anteriorem partem, vel in posteriorem, prout xatio introrsum, aut extrorsum contigerit, pressio- m vna moderantibus, ac dirigentibus digitis collo trinsecus appositis. Idque interdum repeti bis, l ter oportet, donec deglutiendi potestas omnino leat; quod momento fere temporis consequitur. rum si ex luxatione inflammatio orta jam sit, ec discutienda prius est, quam ad ossis repositio- m deueniatur, vt facilior euadat.

ALIAE ANGINAE SPECIES.

§. CCCCXLIX.

Memoratis addi possent anginae a veneno canis idi, aut aliorum animalium, a semine daturae, inanitate, atque exsolutione morbis grauiori- , diuturnisque superueniente, ac demum a de- atis, et circa fauces haerentibus *). Quarum e tamen vel ad anginam *conuulsiuam*, aut *para- cam* referri commode possunt, vel ad morbos, orum curatio chirurgis committenda est. Chi- rurgis

rurgis quoque relinquuntur illae anginae, quae a excrescentiis, fungis, verrucis, ossibus, calculis pharyngi, vel oesophago innatis, a tumore glandulae thyroideae, a thymo adaucto, et indurato, ab abscessibus, a sarcomate, a polypo, a scirrho, aliisque id genus caussis difficilem deglutitionem, aut respirationem reddentibus proficiscuntur; quarum harum non nullae opportunius a nobis pertractandae fortasse erunt, cum de *dysphagia* sermo habebitur.

*) Corpora aliena in fauces delapsa, ibique in oculis pateant, volsella, aut vnco idoneo educuntur, aut tenui ceti pinnà, vel cereo in ventriculum detruduntur, vel oleosis, pinguibus, et mucilaginosis sensim sorbillatis viae sic lubricantur, vt illa suum iter deorsum perficiant. Spinae defixae, aut alia acuta corpora, si extrahi, aut deprimi nequeant, inflammationem inducunt, et sanguinis missionem exigunt. Facta demum suppuratione aut descendunt, aut sursum redeunt. Non desunt exempla eorum, qui moto vomitu corpora illapsa sursum eiecerunt. Sed si acuta fuerint, et infixa, timendum est, ne vehementius, et altius defigantur. Res difficilior est, quando in tracheam, aut brônchia aliena ingrediuntur. Tunc enim vel continuo eliso spiritu occidunt, vel lentos pulmonum morbos afferunt. Rarum omnino est, vt tussis ope extrudantur, et per os exeant. Puellam decem circiter, aut duodecim annorum, gracilem, tenuique habitu corporis praeditam vidi, cui dens primus molaris a chirurgo euulsus, malo fato e forcipe elapsus in fauces decidit, et in glottidem se se intrusit. Parum abfuit tunc, quin suffocaretur. Post aliquot vero horas, quibus cum morte colluctata est, dente laryngis angustias praeterlapso, altiusque in tracheam protruso, coepit melius habere, sola molestissima tussi, et sibilo, et stertore assiduo vexata. Casum miseratus consului, vt eclegma oleosum subinde cochleatim assumeret, decoctum emolliens tepidum saepe sorbillaret, et vaporem bis saltem in die aquae calidae ore exciperet. Si quid incideret, vti dolor, sanguinis sputum, febris, aut tussis vehementior, sanguinem sibi mitti curaret; quod vtique necesse fuit post aliquot dies ob dolorem quasi pleuriticum, febremque cum tussi asperiore obortam, et

spu-

putum sanguine tinctum semel facere. Ceterum con-
inuato, quod dixi, regimine, viisque laxatis, quodam
nane experrecta puella, et tussi de more, sed atrociore
orrepta sensit sibi aliquid ad laryngem adscendere, mo-
uitque matrem dentem proxime erupturum. Et reapse
pem exitus comprobauit. Tussiendo enim dentem paullo
ost eiecit, et sic ab omni et tussi, et stertore libera
uasit. Scire autem oportet, inspectis, pertrectatisque
aucibus nihil iis deprehensum esse alieni, aut doloris vn-
uam perceptum. Complures et medici, et chirurgi non
ulgares id tentarunt, testatumque faciunt. Tussis nun-
uam abfuit, saepe spirandi difficultas accessit, et quod
nimaduersione in primis dignum est, interdiu quidem
ost primos dies sibilum, et stertorem inter respirandum
on raro siluisse, fortasse dente inferius, dum ipsa erecta
aret, descendente; rediisse vero certissime, et constan-
ssime, simul ac lectum peteret, et horizontaliter decum-
eret, dente tunc, vt videtur, altius prouecto. Dies
utem fausta, qua dens extussitus est, nonnisi post sesqui-
nensem circiter ab extractione dentis elapsum, auspicato
lluxit. En quomodo natura prouide a Medico adiuta
e tanto discrimini eripuit.



